8
55 B
11

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
55 B
11
ROMA

[illegible] ALFREDO
ROMA
B.V.E.
LEGATORE DI LIBRI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRARUM CÆREMONIARUM SYLVA.

EX VARIIS AUTHORIBUS, ET CÆREMONIALIBUS

Collecta, & Compilata;

Juxta Ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

STUDIO, ET OPERA

FR. SIMONIS BUONGIOVANNI A LARCIANO

Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Sancti Franciſci,

Provinciæ Thuſciæ

SACERDOTIS CONCIONATORIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FLORENTIÆ, & PARMÆ, 1692.

Apud Albertum Pazzonum, & Paulum Montium

SUPERIORUM CONSENSU.

Digitized by Google

Maledictus, qui facit opus Dei negligentèr.
Jerem. 48.

PROEMIUM
Ad Benignum Lectorem.

Cum omnia omni modeſtia, honeſtate, & reverentia poſſibili fieri ſemper debeant; propter hoc Eccleſia S. Rom. Ordinationibus, & Decretis ſemper invigilavit, ut penes Eccleſiaſticas Perſonas ritè, & ordinatè fiant Cæremoniæ Sacræ, non permittendo, ut Sacerdos quicunque illarum inſcius ad Altare Sacrum accedat: nevè ritus alios, aut alias Cæremonias adhibeat, præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti, & laudabili uſu receptę ſunt: & prout in Bullis Pii V., quæ in principio Miſſalis, & Breviarii poſitæ ſunt, ac per Decreta Urbani VIII. declaratum eſt. Præclara eſt enim Dignitas Sacerdotis, eiuſque Miniſterium ſingulare: qua de re in Cæremoniis ſervandis ſedulus eſſe debet: etenim rigoroſam coram Deo, ſi fuerit negligens, reddet rationem; cum in illis examinandis principale debeat eſſe ejus intentum. Sanè quidem (fateor) devotionem non parvam adſtantium Fidelium cordibus ingerunt ritè obſervatæ Cæremoniæ: necnon Eccleſiam Sanctam, perſonaſque Eccleſiaſticas ponunt in pretio. Quamobrèm (ſive ſtudiorum, devotioniſque meæ cauſa, ſive perſonarum pro Cæremoniis ſervandis zelantium precibus ſatiſfaciendi gratia) in quibuſdam Sacrarum Cæremoniarum annotationibus ſimùl col-

Digitized by Google

ligendis operam navare decrevi. De omni materia, ſivè quo ad Miſſam ſolemnem, privatamque, ſivè quo ad Officium Divinum in Choro, tàm ſolemne, quàm non ſolemne, ſivè quo ad Proceſſiones, ſive quo ad Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ expoſitionem, necnon quemcumque ejus cultum, tractando; & pro majori legentium commoditate omnes materias ſimùl uniendo, cum locorum annotationibus, ſive ex Cæremonialibus, ſive ex Auctoribus, undè fuerunt excerptæ Cæremoniæ.

Ne credas (quæſo) iſta me ſcriptis mandaſſe (cùm inter Eccleſiæ Dei Sacerdotes ſim minimus) cæteris regulas dandi cauſa, aut alios in illis obſervandis me doctiores docendi (cùm in Cæremoniis ab illis doceri debeam) verùm, ſicuti antea dixi, otii vitandi cauſa, amicorumque devotioni ſatisfaciendi, in ſcribendis illis operam dedi.

Recipe ergo parvulum hunc Libellum: & ſi tibi boni occurrerit aliquid, non nobis, ſed Deo Optimo, Maximo, Summo, da Gloriam, necnon Authoribus, unde præfatas Cæremonias excerpſi; ſi verò aliquos (præter intentionem) offenderis errores; charitativè argue, atque pauperculùm Sacerdotem Ordinis Minorum de Obſervantia Divi Franciſci apud Deum commendatum habe, qui in Sacroſancto Chriſti Sepulchro Jeroſolymis præfatas Annotationes ſcripſit. Vale.

INDEX
CAPITUM LIBRI PRIMI.

DE Acceſſu ad Chorum. cap. 1. pag. 1
Quomodò, & quandò ſignum Crucis formandum, & pectus percutiendum. c. 2. 4
De Inclinationibus, & Diſciplina in eis ſervanda. c. 3. 7
De profunda Inclinatione. c. 4. 8
De mediocri Inclinatione. c. 5. 12
De minima Inclinatione. c. 6. 14
De Genuflexionibus, & diſciplina in eis ſervanda. c. 7. 16
De Genuflexionibus in particulari. c. 8. 18
Quomodò, & quandò proſternendum, terra oſculanda, Pallium, Sandaliaq; deponẽda. c. 9. 24
Quando ſtandum in Choro facie ad Altare converſa. c. 10. 27
Quãdo ſtãdũm facie ad invicem converſa. c. 11. 29
Quando ſedendum in Choro. c. 12. 32
Quando caput operiendum. c. 13. 33
Quando caput aperiendum. c. 14. 34

CAPITUM LIBRI SECUNDI.

DE Officio Ceroferariorum in genere. c. 1. 36
De Ceroferariis in Veſperis Solemnibus. c. 2. 38
De Ceroferariorũ officio in Miſſa Solemni. c. 3. 40
De Thuriferarii officio in genere. c. 4. 42
De officio Thuriferarii in Veſperis Solemnibus. c. 5. 47
De officio Thuriferarii in Miſſa ſolemni. c. 6. 50
De officio Acolythorum Chori. c. 7. 52
De officio Cantorum. c. 8. 55

Digitized by Google

De Officio Hebdomadarii. cap. 9. 61
De Organo, Organiſta, & Muſicis, ſeu Cantoribus, & Norma in Divinis per omnes ſevamda. cap. 10. 69
De Miniſtro Miſſæ, &c. cap. 11. 72
De Coloribus Paramentorum. cap. 12. 81
De uſu, & qualitate Paramentorum. cap. 13. 82
De modo imponendi, & benedicendi incenſum quoties, & quando, tàm in Miſſa ſolemni, quàm in Veſperis imponatur. cap. 14. 84
De menſuris propriæ ſacræ Suppellectilis in Ordine ad Miſſam tùm ſolemnem, tùm privatam &c. cap. 15. 89
De Magiſtoro Cæremoniarum, & Chori Vicario. cap. 19. 99
De Sacriſta, & ejus Officio. cap. 21. 106
De Præsbitero Aſſiſtente. cap. 21. 113
De Diacono, & ejus Officio in Miſſa ſolemni. cap. 23. 119
De Subdiacono, & ejus Officio. cap. 24. 148
De benedictione, & aſperſione Aquæ Benedictæ. cap. 25. 167

CAPITUM LIBRI TERTII.

D*E Miſſa ſolemni, & minùs ſolemni. c. 1.* 174
De Hora celebrandi Miſſam ſolemnem. cap. 2. 175
De iis, quæ præparanda ſunt ad Miſſam ſolemnem. cap. 3. 176
De præparatione Celebrantis, & Miniſtrorũ & de eorum ingreſſu ad Altare. cap. 4. 179
De principio Miſſæ ſolemnis, uſque ad thurificationem Altaris. cap. 5. 187
De obſervandis in thurificatione Altaris in Miſſa ſolemni. cap. 6. 189

De

De introitu Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis in Miſſa ſolemni. cap. 7. 197
De Oratione Epiſtolæ, & alijs uſque ad Evãgelium. cap. 8. 202
De Evangelio, & aliis uſque ad Offertorium. cap. 9 209
De Offertorio, & aliis uſque ad incenſationem oblatorum. cap. 10. 218.
De incenſatione oblatorum, & aliis uſque ad Canonem. Cap. 11. 225
De Canone Miſſæ ſolemnis, & aliis uſquè ad Communionem. cap. 12. 234
De Communione Generali, & particulari in Miſſa ſolemni. cap. 13. 246.
De poſt Communione, & aliis uſque ad finem Miſſæ ſolemnis. cap. 14. 254
De Miſſa, quæ cantatur ſine Miniſtris ſacris. cap. 15. 259
De Miſſa ſolemni coram Prælato in locis ſuæ juriſdictionis. cap. 16. 261
De Miſſa ſolemni Miniſtri Generalis Ordinis Minorum. cap. 17. 267.
De prima Miſſa ſolemni novi Sacerdotis c. 18. 268

CAPITUM LIBRI QUARTI.

De ijs, quæ pertinent ad Miſſam privatam, & primò de præparatione Sacerdotis celebraturi. cap. 1. 270
Quomodo Sacerdos accedere debeat ad Sacra indumenta. cap. 2. 272
Quomodo Sacerdos ſe induere debeat Sacris veſtibus. cap. 3. 274
De ingreſſu Sacerdotis ad Altare. cap. 4. 277
Quid debet facere Sacerdos, cum pervenerit ad Altare. cap. 5. 279

De

De principio Miſſæ, & Confeſſione facienda. cap. 6. 283
De Introitu, Kyrie, & Gloria in Excel. c. 7. 290
Quando dicendum ſit Gloria in Excelſis. c. 8. 294
De Oratione, &c. cap. 9. 295
De Commemorationibus, & Orationibus in particulari. cap. 10. 300
De Epiſtola Graduali, & aliis uſque ad Offertorium. cap. 11. 305
De Offertorio, & aliis uſq; ad Canonem c. 12. 312
De Præfationibus, Comunicantes, &c. c. 13. 323
De Canone Miſſæ uſq; ad cõſecrationem. c. 14. 325
De Canone poſt Conſecrationem uſq; ad Orationem Dominicam. cap. 15. 338
De Oratione Dominica, & aliis uſque ad factam Communionem. cap. 16. 342
Notationes de Miniſtranda Communione c. 17. 358
De Communione, & orationibus poſt Communionem dicendis. cap. 17. 364
De Benedictione in fine Miſſæ, & Evangelio S. Joannis. cap. 18. 366
De Miſſa privata coram Summo Pontifice, coram Prælatis, & Principibus. cap. 19. 372
De Miſſa quæ ſinè Cantu à Miniſtro Generali Ord. Min. Celebratur. cap. 20. 374

CAPITUM LIBRI QUINTI.

De adminiſtratione Sacramenti Penitentiæ, & Abſolutionis forma cap. 1. 378.
De Ordine miniſtrandi Sacram Communionem extrà Miſſam. cap. 2. 380
De Ordine miniſtrandi Sacram Communionem coram Sacramento expoſito. cap. 3. 384
De Communione Infirmorum. cap. 4. 385
De extr. Unct. & animæ commendatione. c. 5. 391

De

De qualitate Paramntorum in expoſitione, & Proceſs. SS. Sacram. &c. cap. 6. 391
De Notandis in Miſſa coram Sacramento expoſito. cap. 7. 393
De Miſſa Privata coram Sacramento expoſito. cap. 8. 395
De Miſſa ſolemni coram Sanctiſſimo Sacramento expoſito. cap. 9. 399
De Thurificatione Sanctiſſimi Sacramenti expoſiti. cap. 10. 404
De Miſſa, & expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti. cap. 11. 407
De modo exponendi SS. Sacramentum per octavam Corporis Chriſti, & extra eam antè Miſſam Solemnem. cap. 12. 411
De modo exponendi SS. Sacr. extrà Miſſam abſq; Miniſtris, ſivè cum eis. cap. 13. 413
De modo deponendi SS. Sacramentum ſinè Miniſtris extrà Miſſam. cap. 14. 415
De modo deponendi SS. Sacr. cum Min. Sacr. antè, vel poſt Miſſam ſolemn. cap. 15. 418
De modo exponendi, & deponendi SS. Sacr. in Oratione 40. horarum. cap. 16. 421

CAPITUM LIBRI SEXTI.

DE Proceſſionibus in generali. c. 1. 425
De Proceſs. SS. Sacram. in Feſto Corp. Chriſti, & per octavam. cap. 2. 433
De Proceſs. SS. Sacr. in Cœna Dom. c. 3. 443
De Proceſs. SS. Sacr. Fer. 6. Paraſc. c. 4. 447
De Proceſſione in Feſto S. Marci, &c. cap. 5. 451
De Proceſs. Cordig. Ord. M. S. Franc. cap. 6. 454
De receptione Prælati in loco ſuæ juriſdictionis, Principis ſeu Principiſſæ cap. 7. 455
De receptione Cleri vel aliius Ordinis, &c.

ad

Digitized by Google

ad noſtras Eccleſias Proceſſionaliter venientis. cap. 6. 457
De receptione ſolemni Miniſtri Generalis, & Provincialis Ord. Min. cap. 9. 458

CAPITUM LIRRI SEPTIMI.

De nonnullis obſervationibus circa Miſſarum Celebrationem. cap. 1. 463
De feſto Purificationis B. M. V. & Benedictione, ac diſtributione Candelarum. cap. 2. 469
De Benedictione in Miſſa Feriæ 4. Cinerum. cap. 3. 476
De Benedictione antè Miſſam in Dominica Palmarum. cap. 4. 480
Aliqua notanda in Miſſa Dominica Palmarum circa Paſſionem cantandam. cap. 5. 482
De Feria 5. in Cœna Domini. cap. 6. 483
De mandato, ſeù Lotione pedum in Feria 5. Cœnæ Domini. cap. 7. 491
De Feria 6. in Paraſceue. cap. 8. 494
De Sabbato Sancto. cap. 9. 505
De Cereo accendendo. cap. 10. 514
De Notandis à die Sancto Paſcha, uſque ad Feſtum Trinitatis. cap. 11. 514
De Miſſis Votivis. cap. 12. 516
De modo celebrandi in aliquibus locis Terræ Sanctæ. cap. 13. 521
Declaratio, & ordo orationum, qui in Miſſis Votivis obſervari debet. cap. 14. 521

CAPITUM LIBRI OCTAVI.

De iis, quæ omittuntur in Miſſa pro Defunctis. cap. 1. 532
Quædam notanda circa Miſſam tàm Privatam, quam ſolemnem pro Defunctis. cap. 2. 533

De

De officio Subdiaconi in Miſſa Solemni Def. Abſolutione, & Exequiis. cap. 3. 539
De officio Diaconi in Miſſa ſolemni Def. Abſolutione, & Exequiis. cap. 4. 542
De hora celebrandi Miſſam Defunct. cap. 5. 545
De præparandis in Miſſa ſolemni Defunct. c. 6. 545
De ingreſſu Celebrantis, & Miniſtrorum ad Altare, & de Miſſa ſolemni Defunctorum. cap. 7. 547
De Abſolutione poſt Miſſam Defunct. cap. 8. 551
Aliqua notanda circa officium Defunct. c. 9. 556
De Commemor. omn. Fidel. Defunct. cap. 10. 558
De obitu, & depoſitione Fratris noſtri Defuncti. cap. 11. 563

CAPITUM LIBRI NONI.

De Veſperis ſolemnibus: cap. 1. 566 566
De incenſatione Chori ad Veſperas Solemnes. cap. 2. 576
De Veſperis ſolemnibus, Celebrante Prælato apud Altare extrà Chorum. cap. 3. 582
De Completorio Solemni. cap. 4. 584
De Matutino Solemni. cap. 5. 585
De hora anticipandi Matutinum pro quocumque Anni tempore in Etruria, ut colligitur ex DD. cap. 6. 591
De Prima cum Martyrologio. cap. 7. 591
De Martyrologio Solemni in vigilia Nativitatis D. N. I. Chriſti. cap. 8. 593
De Antiphonis finalibus B. M. V. cap. 9. 596
De varia Hymnorum intonatione. cap. 10. 596
De Cereis accendendis, &c. cap. 11. 599
De Beuedictionibus in generali cap. 12. 601
De Benedictione Menſæ, & gratiarum actione. cap. 13. 602

Reimprimatur.

Fr. Joannes Carolus Falconi Magiſter, ac Inquiſitor Generalis Parmæ, Burgi &c.

Reimprimatur.

Julius dalla Roſa Vic. Gen.

Vidit Nicellus Præſes Cam.

Digitized by Google

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Diſciplina circa Officium Divinum in genere.

LIBER PRIMUS.

De Acceſſu ad Chorum. Cap. I.

STatim, ac Fratres audierint ſignum, quò ad Chorum vocantur, relictis omnibus ad illum modeſtè properabunt, Templumque ingredientes (capite prius detecto) dicent ſubmiſſa voce: *Introibo in Domum tuam adorabo ad Templum ſanctum tuum, & conſitebor nomini tuo Domine*: deindè ſe aſpergent aqua benedicta, dicendo, *Aſperges me, &c.* Tum accedentes ante Altare genuflectent, terram deoſculantur, & Sanctiſſimum Sacramentum adorabunt. *Ex Valliſoll. & Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 18.

Mox inceſſu gravi, & modeſto ad loca ſua accedent, ubi genuflexi verſa facie ad Altare, capite operto (niſi Sanctiſſimum Sacramentum ſit expoſitum) orabunt; donec ſignum detur inchoandi officium. *Ex Valliſ. & Cær. ord. Min. p.* 4. *cap.* 3.

Si quis officio inchoato acceſſerit ad Chorum, antè Altare genuflexus Sacramen-

tum adorabit, tùm ſurgens inclinabit ſe verſus Superiorem, poſtmodum reliquos de Choro ſalutabit, quem ipſi etiam conſalutabunt prout qualitas perſonæ poſtulaverit: deinde ad ſedem ſuam perget, & cæteris de Choro in omnibus ſe conformabit; *ex Valliſol.* Quod ſi Chorum quis ingrediatur, Fratribus profunde inclinatis, ut quando dicitur *Gloria Patri*, vel quid aliud, ad quod inclinatur, non progredietur ultrà, ſed in ipſo ingreſſu Chori ſubſiſtens, inclinabit ſe, uel genufleƈtet eodem ritu, & modo quo cæteri, & abſoluta ea re, cum aliis ſe eriget, & locum ſuum cum debitis reverentiis petet. *Cærem. Ord. Min. loc. cit. n.* 2. *&* *Cærem. Epiſc. ut ſu*[illegible]

Tempore Divini officii gravitatem corporis ſervent, Creatorem ſuum totis viribus cum reverentia, & qua poterunt devotione, & attentione collaudent. Oculos habeant demiſſos, vel ad librum Choris intentos; manus ante ſe in modum Crucis, aut in manicis, vel quovis alio modo decenter diſpoſitis; nunquam cubito appodiato: vel reſpicientes circumſtantes: non librum præ manibus teneant, ut privatim, vel leƈtioni, aut orationi vacent: nullus alteri loquatur, vel quicquam ſignificet; quod ſi res aliqua neceſſariò ſignificanda ſit, ſolo nutu, vel ſigno exprimatur. *Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 5. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. n.* 4. *Sacr. Congr. Epiſc.* 18. *Apr.* 1617.

Tumultum, per vocis ſuſurrum, per importunitatem ſpuendi, ſeù excreandi, aut

per

er impetuoſam elevationem, vel depoſi-ionem ſedilium, & cathedrarum, vitent: & emper attendant, ut æquali forma, omnes imul ſtent, ſedeant, inclinent, genuflectant, urgant, ſe ſignent, & pares, in aperiendo, el cooperiendo capite; denique in iis, quæ n Choro exterius aguntur, nullus omninò it ſingularis, nec ſit alicui propria devotio nagiſtra, ſed conſuetudo communis. *Cær. Ord. Min. p. & cap. ut ſupr. n. 1. & 3. Conſt. Valiſol. Prov. 1.*

In Pſallendo, vox debet eſſe uniſona; deò nunquam cæteris altius cantent, ſed communem, pſallentium, & cantantium vocem teneant, ſingula verba clarè, & diſtinctè pronunciando, pauſando in medio, & in fine verſuum: nullius vox, aut muſſitatio, neque aliud quidpiam, quod ad concinendas Dei laudes, minimè pertineat, penitùs audiatur; & unuſquiſque attendat ad Chori Vicarium, vel ad alium à Superiore deſignatum: & dum fit reſpiratio, vel pauſatur, nullus audeat proſequi, nec reſumat primus. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. cap. 2. n. 6. & cap. 4. n. 1. ac ex Valliſol.*

Caveant prætereà notabilem brachiorum, aut tibiarum extenſionem dum ſedetur, nec ſtent in ſellis molliter, aut quaſi fractis renibus reſoluti. *Diſcipl. S. Bonav. p. 2. cap. 9.*

Aliquo abſente, convenit, ut qui proximè illum ſequitur, aut ſi infrà ſe alius non fuerit, qui immediatè ſuper eum erit ſuppleat vices illius. Si caſu quiſquam officii ſui oblitus, hæſitaverit, vel erraverit, ejus

error modeſto tegatur ſilentio, nec ullus nutu, vel geſtu, ac multominus voce, audeat errantem arguere, aut illius ſupplere defeſtum: niſi forte ſuperior, vel is, qui præeſt Choro, cenſeret admonendum: nec ullus unquam adverſus corrigentem nitatur, licèt ſibi videatur eſſe peritior. *Ex Valliſ.*

Egredientes è Choro aliqua de cauſa, primò, honoris gratia, inclinationem facient proximioribus undè recedunt, poſteà Superiori, tum Altari, vel è contra, ſecundum diſpoſitionem Chori, ceteriſque de Choro. *Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 18. & Cærem. ord. Min. p. 4. cap. 3. n. 2.*

Superior verò inclinationem faciet ad ſedem ſuam. *Cærem. ord. loc. cit.*

Officio pœnitus perſoluto, unuſquiſque genuflexus in ſuo loco, verſa facie ad Altare, tantiſper orabit, donec fiat diſcedendi ſignum, quo dato, deoſculataque prius terra, ſurgent omnes, aut adhuc genuflexi, conſalutantes ſe reciprocè, factaque Altari debita reverentia, bini, ſi ità videbitur, ſuo ordine, cum debita modeſtia, & ſilentio diſcedent. *Fusè videre eſt apud Bauld. p. 2. cap. 1. & loc. ſupr. cit.*

Quomodò, & quandò ſignum Crucis formandum, & pectus percutiendum. *Cap. II.*

SIgnamus nos ſigno Crucis, ſiniſtram manum extenſam, digitis, & pollice ſimul junctis, omninò infrà pectus tenentes, itaut

itaut ſit extrà limites crucis, quæ ſit dextera, ſed tamen ſupra cingulum, eandem verò erectam, & extenſam, junctis etiam digitis, ità elevantes ad caput, ut, vola manus ad ſignantem converſa, digitis ſupremis tantùm frontem attingamus, nulla ratione caput inclinantes: & ſic, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dexterum, ſignum Crucis formamus: manum dexteram nec pectori, nec ori admoventes, ſed ſtatim ipſam dexteram cum ſiniſtra jungentes. *Pollac. in Aphor. p. 1. c. 7. pag. 28. Tonell. in Sacr. Euch. lib. 1. tit. 3. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 3. num. 4. Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1. & Rubr. Miſſal. 5. & 6. de prin. Miſſæ tit. 3.*

Celebrans, aut Hebdomadarius, in veſperis, & in aliis horis, tenens ſiniſtram manum infrà pectus, dextera aperta facit ſibi Crucis ſignum à fronte ad pectus, cantans, vel legens intelligibili voce (*Deus in adjutorium meum intende*) & pro unoquoque verbo tangit manu primò frontem, deinde pectus, mox humerum ſiniſtrum, ultimò dexterum, & in fine jungit manus ante pectus. *Cær. Epiſ. lib. 2. cap. 1. & Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 8. pag. 156.*

Celebrans, & reliqui de Choro ſe ſignant initio Canticorum *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis. Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 2. num. 9. Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. n. 7. Durand. lib. 5. cap. 2. n. 15. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1.*

Celebrans, & reliqui de Choro ſe ſignant initio horarum, ad *Deus in adjutorium meum*

intende: non verò cum repetitur in pſalmis aut precibus, nec quando dicitur ter poſt Martyrologium. *Pollac. loc. ſupr. cit.* Pariter omnes ſe ſignant cum dicitur verſus *Adjutorium noſtrum*, *&c.* antè Confeſſionem, quæ fit ad Primam; & Completorium: *Ad Indulgentiam*, & ad hæc verba, in fine Primæ, *Dominus nos benedicat*, & ad ea in fine Completorii: *Benedicat, & cuſtodiat nos*, *&c. Gav. in Epit. tract. & p. cit. tit. 1. n.6. & Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 4.* Signamus etiam nos, quoties Epiſcopus ſolemniter benedicit. *Beau.*

Celebrans, & reliqui de Choro, ſe ſignant pollice dextro, manu expanſa, & digitis junctis, initio horarum, *Ad Domine labia mea aperies*, in ore: *Ad Converte nos*, *&c.* in pectore: & ad Antiphonam *Per ſignum Crucis* in officio feriali, in fronte, ore, & pectore. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Similiter dum Celebrans, vel Diaconus dicit in Evangelio Miſſæ, *Initium*, *vel ſequentia* ſignamus nos ſigno Crucis in fronte, ore, & pectore pollice dextro, ſiniſtra poſita infra pectus. *Durand. lib. 4. cap. 24. n. 28.*

Advertendum eſt, quod ſemper cum ſe ſignat Celebrans, aut Hebdomadarius, ſimiliter ſemper ſe ſignant alii de Choro, & hoc præcipuè in officio Divino, ut clarè conſtat in *Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 4. & p. 4. cap. 6. n. 3.*

Regulariter quoties nos ſignamus, poſt ſignum Crucis jungimus manus ante pectus, quod eſt intelligendum, ſi ea, quæ ſignum Crucis ſequuntur, dicenda ſint manibus junctis. *Tonel. lib. 2. tit. 3.*

Ca-

Caveant omnes, ne poſt ſignum Crucis dexteram ſibi deoſculentur. *Tonell. loc. cit.* Nec ſimiliter poſtquam junctæ fuerint manus, pollices in modum Crucis poſitos oſculentur *Alcocer. tract. 2. pag.* 114.

Notandum eſt quod nunquam ſuper libros, vel ſuper res, quas oſculaturi ſumus formatur ſignum Crucis. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 27. n.* 14. *Boliaſcus cap. 12. pag.* 81 *Cær. Epiſc. lib. 1. cap.* 19. & *lib. 2. cap.* 8. & *Rubr. Miſſal.* 4. *n.* 1.

Pectus tunditur ad *Confeſſionem*, quando dicitur, *mea culpa*, ad *Agnus Dei* tàm in miſſa, quàm in *Litaniis*, & toties, quoties Celebrans percutit pectus, ac laudabiliter *ad utramque Sanctiſſimi Sacramenti elevationem. Bauldr. p.* 3. *cap.* 3.

De Inclinationibus, & diſciplina in eis ſervanda. *Cap. III.*

Triplex aſſignatur Inclinatio, videlicet *Profunda* quandò corpus ità inclinatur, ut palmis utriuſque manus facilè ſit genua contingere.

Medioris cum flexo paulominus corpore, caput cum humeris inclinatur. *Minima* quandò caput ſolum inclinatur. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n.* 29.

Hic adverte, quod capitis inclinatio, non eſt adeò rigoroſè intelligenda, ut non debeat fieri cum aliquo motu corporis, præſertim quando proferuntur plura verba *Bauldr. p. 3. cap.* 5.

Inclinationes prædictæ debent fieri capite detecto, & in his gravis, & ſingularis modeſtia ſervari debet, itaut geſtus exterior, quæ ore proferuntur, comitetur: omnes ſimul ſe erigentes, & ſimul inclinantes, & æquali modo, adeo, ut unus non profundius ſe inclinet, quam alius. *Cær. ord. Min. p. 4. c. 3. n. 1. 3.*

Si autem alicui occurrat incedere per Chorum, quando, prædictæ inclinationes fiunt, ſe ſiſtere debet, & inclinare verſus Altare. *Tonell. lib. 1. cap. 1 Sect. 3. n. 3.*

Regula generalis eſt, quod quando aliqua *Rubrica* dicit (*caput inclinatur*) tunc caput ſolum inclinare debemus modo quo ſupra, &c. Cum dicit (*inclinatur*) inclinandi erunt etiam humeri: Cum dicit (*Profundè inclinatur*) toto corpore inflexo inclinare debemus. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 29.*

De Profunda Inclinatione.
Cap. IV.

PRofundè inclinatur in officio ad totum *Pater noſter*, *Ave Maria*, *& Credo*, alias ad *Pater*, *& Ave* ante horas, & etiam ad *Pater* ſolum, uſque ad *Et ne nos inducas in tentationem*, excluſivè, niſi dicenda ſint flexis genibus. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 26.*

Ad verſum *Gloria Patri* profundè inclinatur uſque ad *ſicut erat* excluſivè *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 3. & p. 4. cap. 6. n. 3. & Cær. Epiſ. lib. 2. cap. 6.*

Item ad Hymnorum concluſiones, quandò in eis nominatur *Sanctiſſima Trinitas*, hoc

eſt,

eſt, ſub nomine *Trinitatis*, ſeu *Trini*, vel *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*, uſquedum nominata fuerit *Sanctiſſima Trinitas* tota; & quoties *Trinitatis* expreſſa ſit mentio, ut in Antiphonis, Reſponſoriis, & verſibus in feſto ejuſdem, &c. & conſequenter ad *Nunc Sancte nobis Spiritus*, *unum Patri cum Filio*: *Beata ſit Sancta Trinitas*, cum ſimilia ſint. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. ut ſupr. n. 3. & 27. & Cær. Epiſc. loc. ſupr. cit.*

Ad Benedicat, *& cuſtodiat*, *&c.* in fine Completorii, inclinatur profundè. *Id. num. 27.*

Profundè inclinatur ad omnes *orationes*, quæ ſequuntur immediatè *Dominus vobiſcum* excepta ea, quæ dicitur poſt Aſperſionem aquæ benedictæ, & quæ dicuntur poſt aliquas preces extra officium uſque ad verba concluſionis. *Per omnia ſæcula ſæculorum*, excluſivè, & hoc tàm in Miſſa, quàm in officio. *Cær. ord. loc. cit. n. 3.*

Ad alias orationes commemorationum non inclinatur, veruntamen ad concluſionem ultimæ orationis cum dicitur *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, propter mentionem *Sanctiſſimæ Trinitatis*, decet profundè inclinari. *Ibid. num. 22.*

Item profundè inclinatur ad orationem *Retribuere*, *&c.* tàm poſt prandium, quàm poſt cœnam. *Beavvais mox citand.*

Profundè etiam inclinatur ex pia conſuetudine, ad orationem *Domine Jeſu Chriſte* uſque ad *concede propitius* excluſivè, in commemoratione *S. Franciſci* poſt *Completorium.*

Ad verſum *Benedicamus Patrem*, *& Filium*

tum adorabit, tùm ſurgens inclinabit ſe verſus Superiorem, poſtmodum reliquos de Choro ſalutabit, quem ipſi etiam conſalutabunt prout qualitas perſonæ poſtulaverit: deinde ad ſedem ſuam perget, & cæteris de Choro in omnibus ſe conformabit; *ex Valliſol.* Quod ſi Chorum quis ingrediatur, Fratribus profunde inclinatis, ut quando dicitur *Gloria Patri*, vel quid aliud, ad quod inclinatur, non progredietur ultrà, ſed in ipſo ingreſſu Chori ſubſiſtens, inclinabit ſe, uel genuflectet eodem ritu, & modo quo cæteri, & abſoluta ea re, cum aliis ſe eriget, & locum ſuum cum debitis reverentiis petet. *Cærem. Ord. Min. loc. cit. n. 2. & Cærem. Epiſc. ut ſu.*

Tempore Divini officii gravitatem corporis ſervent, Creatorem ſuum totis viribus cum reverentia, & qua poterunt devotione, & attentione collaudent. Oculos habeant demiſſos, vel ad librum Choris intentos; manus ante ſe in modum Crucis, aut in manicis, vel quovis alio modo decenter diſpoſitis; nunquam cubito appodiato: vel reſpicientes circumſtantes: non librum præ manibus teneant, ut privatim, vel lectioni, aut orationi vacent: nullus alteri loquatur, vel quicquam ſignificet; quod ſi res aliqua neceſſariò ſignificanda ſit, ſolo nutu, vel ſigno exprimatur. *Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 5. Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. n. 4. Sacr. Congr. Epiſc.* 18. *Apr.* 1617.

Tumultum, per vocis ſuſurrum, per importunitatem ſpuendi, ſeù excreandi, aut

per

per impetuoſam elevationem, vel depoſitionem ſedilium, & cathedrarum, vitent: & ſemper attendant, ut æquali forma, omnes ſimul ſtent, ſedeant, inclinent, genuflectant, ſurgant, ſe ſignent, & pares, in aperiendo, vel cooperiendo capite; denique in iis, quæ in Choro exterius aguntur, nullus omninò ſit ſingularis, nec ſit alicui propria devotio magiſtra, ſed conſuetudo communis. *Cær. Ord. Min. p. & cap. ut ſupr. n.* 1. *&* 3. *Conſt. Valliſol. Prov.* 1.

In Pſallendo, vox debet eſſe uniſona; ideò nunquam cæteris altius cantent, ſed communem, pſallentium, & cantantium vocem teneant, ſingula verba clarè, & diſtinctè pronunciando, pauſando in medio, & in fine verſuum: nullius vox, aut muſſitatio, neque aliud quidpiam, quod ad concinendas Dei laudes, minimè pertineat, penitùs audiatur; & unuſquiſque attendat ad Chori Vicarium, vel ad alium à Superiore deſignatum: & dum fit reſpiratio, vel pauſatur, nullus audeat proſequi, nec reſumat primus. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. cap.* 2. *n.* 6. *& cap.* 4. *n.* 1. *ac ex Valliſol.*

Caveant prætereà notabilem brachiorum, aut tibiarum extenſionem dum ſedetur, nec ſtent in ſellis molliter, aut quaſi fractis renibus reſoluti. *Diſcipl. S.Bonav. p.* 2. *cap.* 9.

Aliquo abſente, convenit, ut qui proximè illum ſequitur, aut ſi infrà ſe alius non fuerit, qui immediatè ſuper eum erit ſuppleat vices illius. Si caſu quiſquam officii ſui oblitus, hæſitaverit, vel erraverit, ejus

error modeſto tegatur ſilentio, nec ullus nutu, vel geſtu, ac multominus voce, audeat errantem arguere, aut illius ſupplere defectum: niſi forte ſuperior, vel is, qui præeſt Choro, cenſeret admonendum: nec ullus unquam adverſus corrigentem nitatur, licèt ſibi videatur eſſe peritior. *Ex Valliſ.*

Egredientes è Choro aliqua de cauſa, primò, honoris gratia, inclinationem facient proximioribus unde recedunt, poſteà Superiori, tum Altari, vel è contra, ſecundum diſpoſitionem Chori, ceteriſque de Choro. *Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 18. & Cærem. ord. Min. p. 4. cap. 3. n. 2.*

Superior verò inclinationem faciet ad ſedem ſuam. *Cærem. ord. loc. cit.*

Officio pœnitus perſoluto, unuſquiſque genuflexus in ſuo loco, verſa facie ad Altare, tantiſper orabit, donec fiat diſcedendi ſignum, quo dato, deoſculataque prius terra, ſurgent omnes, aut adhuc genuflexi, conſalutantes ſe reciprocè, factaque Altari debita reverentia, bini, ſi ità videbitur, ſuo ordine, cum debita modeſtia, & ſilentio diſcedent. *Fusè videre eſt apud Bauld. p. 2. cap. 1. & loc. ſupr. cit.*

Quomodò, & quandò ſignum Crucis formandum, & pectus percutiendum. *Cap. II.*

SIgnamus nos ſigno Crucis, ſiniſtram manum extenſam, digitis, & pollice ſimul junctis, omninò infrà pectus tenentes,

itaut

itaut ſit extrà limites crucis, quæ ſit dextera, ſed tamen ſupra cingulum, eandem verò erectam, & extenſam, junctis etiam digitis, ità elevantes ad caput, ut, vola manus ad ſignantem converſa, digitis ſupremis tantùm frontem attingamus, nulla ratione caput inclinantes: & ſic, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dexterum, ſignum Crucis formamus: manum dexteram nec pectori, nec ori admoventes, ſed ſtatim ipſam dexteram cum ſiniſtra jungentes. *Pollac. in Aphor. p. 1. c. 7. pag. 28. Tonell. in Sacr. Ench. lib. 1. tit. 3. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 3. num. 4. Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1. & Rubr. Miſſal. 5. & 6. de prin. Miſſæ tit. 3.*

Celebrans, aut Hebdomadarius, in veſperis, & in aliis horis, tenens ſiniſtram manum infrà pectus, dextera aperta facit ſibi Crucis ſignum à fronte ad pectus, cantans, vel legens intelligibili voce (*Deus in adjutorium meum intende*) & pro unoquoque verbo tangit manu primò frontem, deinde pectus, mox humerum ſiniſtrum, ultimò dexterum, & in fine jungit manus ante pectus. *Cær. Epiſ. lib. 2. cap. 1. & Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 8. pag. 156.*

Celebrans, & reliqui de Choro ſe ſignant initio Canticorum *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis. Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 2. num. 9. Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. n. 7. Durand. lib. 5. cap. 2. n. 15. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1.*

Celebrans, & reliqui de Choro ſe ſignant initio horarum, ad *Deus in adjutorium meum*

intende: non verò cum repetitur in pſalmis, aut precibus, nec quando dicitur ter poſt Martyrologium. *Pollac. loc. ſupr. cit.* Pariter omnes ſe ſignant cum dicitur verſus *Adjutorium noſtrum*, *&c.* antè Confeſſionem, quæ fit ad Primam; & Completorium: *Ad Indulgentiam*, & ad hæc verba, in fine Primæ, *Dominus nos benedicat*, & ad ea in fine Completorii: *Benedicat, & cuſtodiat nos, &c. Gav. in Epit. tract. & p. cit. tit. 1. n.6. & Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 4.* Signamus etiam nos, quoties Epiſcopus ſolemniter benedicit. *Beau.*

Celebrans, & reliqui de Choro, ſe ſignant pollice dextro, manu expanſa, & digitis junctis, initio horarum, *Ad Domine labia mea aperies*, in ore: *Ad Converte nos, &c.* in pectore: & ad Antiphonam *Per ſignum Crucis* in officio feriali, in fronte, ore, & pectore. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Similiter dum Celebrans, vel Diaconus dicit in Evangelio Miſſæ, *Initium, vel ſequentia* ſignamus nos ſigno Crucis in fronte, ore, & pectore pollice dextro, ſiniſtra poſita infra pectus. *Durand. lib. 4. cap. 24. n. 28.*

Advertendum eſt, quod ſemper cum ſe ſignat Celebrans, aut Hebdomadarius, ſimiliter ſemper ſe ſignant alii de Choro, & hoc præcipuè in officio Divino, ut clarè conſtat in *Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 4. & p. 4. cap. 6. n. 3.*

Regulariter quoties nos ſignamus, poſt ſignum Crucis jungimus manus ante pectus, quod eſt intelligendum, ſi ea, quæ ſignum Crucis ſequuntur, dicenda ſint manibus junctis. *Tonel. lib. 2. tit. 3.*

Ca-

Digitized by Google

Caveant omnes, ne poſt ſignum Crucis dexteram ſibi deoſculentur. *Tonell. loc. cit.* Nec ſimiliter poſtquam junctæ fuerint manus, pollices in modum Crucis poſitos oſculentur *Alcocer. tract. 2. pag.* 114.

Notandum eſt quod nunquam ſuper libros, vel ſuper res, quas oſculaturi ſumus formatur ſignum Crucis. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 27. n. 14. Boliaſcus cap. 12. pag.* 81 *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 19. & lib. 2. cap. 8. & Rubr. Miſſal. 4. n. 1.*

Pectus tunditur ad *Confeſſionem*, quando dicitur, *mea culpa*, ad *Agnus Dei* tàm in miſſa, quàm in *Litaniis*, & toties, quoties Celebrans percutit pectus, ac laudabiliter *ad utramque Sanctiſſimi Sacramenti elevationem. Bauldr. p. 3. cap. 3.*

De Inclinationibus, & diſciplina in eis ſervanda.

Cap. III.

TRiplex aſſignatur Inclinatio, videlicet *Profunda* quandò corpus ità inclinatur, ut palmis utriuſque manus facilè ſit genua contingere.

Medioris cum flexo paulominus corpore, caput cum humeris inclinatur. *Minima* quandò caput ſolum inclinatur. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 29.*

Hic adverte, quod capitis inclinatio, non eſt adeò rigoroſè intelligenda, ut non debeat fieri cum aliquo motu corporis, præſertim quando proferuntur plura verba *Bauldr. p. 3. cap. 5.*

 In-

Inclinationes prædictæ debent fieri capite detecto, & in his gravis, & ſingularis modeſtia ſervari debet, itaut geſtus exterior, quæ ore proferuntur, comitetur: omnes ſimul ſe erigentes, & ſimul inclinantes, & æquali modo, adeo, ut unus non profundius ſe inclinet, quam alius. *Cær. ord. Min. p. 4. c. 3. n. 1. 3.*

Si autem alicui occurrat incedere per Chorum, quando, prædictæ inclinationes fiunt, ſe ſiſtere debet, & inclinare verſus Altare. *Tonell. lib. 1. cap. 1 Sect. 3. n. 3.*

Regula generalis eſt, quod quando aliqua *Rubrica* dicit (*caput inclinatur*) tunc caput ſolum inclinare debemus modo quo ſupra, &c. Cum dicit (*inclinatur*) inclinandi erunt etiam humeri: Cum dicit (*Profundè inclinatur*) toto corpore inflexo inclinare debemus. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 29.*

De Profunda Inclinatione. *Cap. IV.*

PRofundè inclinatur in officio ad totum *Pater noſter*, *Ave Maria*, *& Credo*, alias ad *Pater*, *& Ave* ante horas, & etiam ad *Pater* ſolum, uſque ad *Et ne nos inducas in tentationem*, excluſivè, niſi dicenda ſint flexis genibus. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 26.*

Ad verſum *Gloria Patri* profundè inclinatur uſque ad *ſicut erat* excluſivè *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 3. & p. 4. cap. 6. n. 3. & Cær. Epiſ. lib. 2. cap. 6.*

Item ad Hymnorum concluſiones, quandò in eis nominatur *Sanctiſſima Trinitas*, hoc eſt,

eſt, ſub nomine *Trinitatis*, ſeu *Trini*, vel *Patris*, & *Filii*, & *Spiritus Sancti*, uſquedum nominata fuerit *Sanctiſſima Trinitas* tota; & quoties *Trinitatis* expreſſa ſit mentio, ut in Antiphonis, Reſponſoriis, & verſibus in feſto ejuſdem, &c. & conſequenter ad *Nunc Sancte nobis Spiritus*, *unum Patri cum Filio*: *Beata ſit Sancta Trinitas*, cum ſimilia ſint. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. ut ſupr. n. 3. & 27. & Cær. Epiſc. loc. ſupr. cit.*

Ad Benedicat, & *cuſtodiat*, &c. in fine Completorii, inclinatur profundè. *Id. num. 27.*

Profundè inclinatur ad omnes *orationes*, quæ ſequuntur immediatè *Dominus vobiſcum* excepta ea, quæ dicitur poſt Aſperſionem aquæ benedictæ, & quæ dicuntur poſt aliquas preces extra officium uſque ad verba concluſionis. *Per omnia ſæcula ſæculorum*, excluſivè, & hoc tàm in Miſſa, quàm in officio. *Cær. ord. loc. cit. n. 3.*

Ad alias orationes commemorationum non inclinatur, veruntamen ad concluſionem ultimæ orationis cum dicitur *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, propter mentionem *Sanctiſſimæ Trinitatis*, decet profundè inclinari. *Ibid. num. 22.*

Item profundè inclinatur ad orationem *Retribuere*, &c. tàm poſt prandium, quàm poſt cœnam. *Beauvais mox citand.*

Profundè etiam inclinatur ex pia conſuetudine, ad orationem *Domine Jeſu Chriſte* uſque ad *concede propitius* excluſivè, in commemoratione *S. Franciſci* poſt *Completorium.*

Ad verſum *Benedicamus Patrem*, & *Filium*

cum *Sancto Spiritu*, tam in Cantico *Trium Puerorum*, quam in precibus ad *Completorium*, profundè inclinatur. *Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. cit. 2. n. 8.*

Et idem fit; adverſus; *Sit Nomen Domini benedictum*, *&* *Sanctum*, *&* *terribile nomen ejus; Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 8. pag. 257.*

Hebdomadarius profundè inclinatur, *ad Confiteor Deo*, *&c.* quod in *Prima*, & ad *Completorium* dicitur, quoad Chorus abſolverit, *Miſereatur tui*, *&c.*

Simili modo Chorus *profundè* inclinatur dicens *Confeſſionem*, donec Hebdomadarius dixerit, *Miſereatur veſtri*, & *Indulgentiam*, *&c. Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 3. & p. 4. cap. 6. num. 28.*

Hebdomadarius, officium faciens, inclinatur profundè Provinciali, Generali, Cardinali, & Epiſcopo loci, antè *Deus in adjutorium* initio officii: & antequam ad *Primam*, *&* *Completorium*, proferat verba *Indulgentiam*. *Benedicat nos &c. Dominus nos Benedicat &c. Cær. Ord. p. 4. cap. 6. n. 29. Pollac. loc. cit. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 2. & 4. & Bauldr. p. 2. cap. 4.*

Hebdomadarius, aut Celebrans in acceſſu, receſſu, & in incenſatione Altaris, ubi non adeſt Sanctiſſimum Sacramentum, ſemper Cruci profundè inclinatur. *Rubric. Miſſ. 2. de ingr. Sacerd. ad Altar. Tonel. in Sac. Euchar. lib. 3. cap. 3. n. 19.*

Cantor, aut Lector, petens benedictionem antè lectionem brevem ad *Primam*, *& Completorium*

torium, & antè *lectiones* in Matutino, profundè inclinatur Hebdomadario, cum dicit. *Jube domne benedicere*, ita manens; donec ille totam benedictionem pronunciaverit. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. num. 3. & cap. 8. n. 8. & p. 4. cap. 6. n. 35. Et Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5.*

Cantor, vel Lector; ſi tres lectiones ſubſequenter legat, vel cantet, in fine *primæ*, & *ſecundæ* profundè inclinatur, in fine verò *tertiæ* dicens *Tu autem* genuflectit, ut ſuo loco dicetur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 2.*

Pater Generalis, aut Provincialis cantans ultimam lectionem, dicens *Tu autem Domine, &c.* profundè inclinatur, *ibid. num. 35. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5.*

Cantores, aut Aſſiſtentes præintonantes Antiphonas, &c. Hebdomadario, Superiori, vel Prelato, &c. tàm in acceſſu, quàm receſſu; illis *profundè* inclinantur. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 1. n. 7. & 8.*

Thuriferarius ſimiliter, aut alius, incenſaturus Hebdomadarium, Celebrantem, Superiorem, aut Prælatum, &c. profundè illis inclinatur antè, & poſt *Cær. Ord. ut ſup.*

Profundè inclinatur cum acceditur ad Legile, vel ab eo receditur, ſi non adſit in Altari Sanctiſſimum Sacramentum; & quoties tranſitur antè Reliquias Sanctorum expoſitas. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. n. 7. & 17.*

Profundè etiam inclinatur cum ad Superiorem, & Prelatum acceditur, vel ab eo receditur, cum antè ipſum tranſitur, aut ipſe antè nos tranſit; cum acceditur ad *Epiſcopos, Card. &c.*

Ad *Principes*, & ad alios prò dignitate perſonarum, &c. *Beauvais in Cær. Eccl. p. 1. cap. 2. n. 8.*

Advertant præterea fratres, quandò ſedent, ut ſurgant antè verſum, aut quidvis aliud, ad quod inclinatio eſt facienda: & in Pſalmis ſurgent ad medietatem ultimi verſus antè *Gloria Patri*, &c. *Beauv. ut ſupr. n.* 18.

Adveniente Prelato quando in Choro recitantur Divina officia, vel aliæ fiunt publicæ functiones, eidem faciant Religioſi omnes profundam inclinationem; Si verò tunc temporis ſedeant, debent omnes ſurgere, & detecto capite profundè ipſum revereri; & iterum ſtare uſquedum Prælatus ad locum ſuum pervenerit, & in omnibus ſe illi conformare (excepto tamen tempore orationis mentalis, & quando ſecundum Rubricas debent neceſſariò genuflectere) quod ſervare debent etiam aliis publicis in locis; in quibus publicè congregantur. *Beav. ut ſuprà*.

De Mediocri Inclinatione. *Cap. V.*

MEdiocris inclinatio fit ubicumquè, & quotieſcumque pronuntiantur nomina, *Jeſus*, *Maria*, Sancti Patris Franciſci, & Sancti de quo officium recitatur, aut fit commemoratio. *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 9. num. 3.*

Fit etiam ad verſus *Benedictus Dominus Deus Iſrael; Benedictus Dominus die quotidie*,

Bene-

Benedictum nomen Majeſtatis ejus in æternum: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum Benedictus es Domine in firmamento Cœli; Ad *Deus Miſereatur noſtri, & benedicat nobis; Benedicat nos Deus Deus noſter. Non nobis Domine, ſed nomini tuo da Gloriam.* Ad verba, *& Sanctum nomen ejus.* Ad *Te Deum laudamus.* Et etiam ad verba. *Non horruiſti Virginis vterum, &c. Beauvais loc. ſupr. cit.*

Dum verò in *Te Deum*, & in Miſſa cantatur, aut recitatur *Sanctus, &c.* mediocriter alterne inclinatur, ſcilicet, unus Chorus, dum alter recitat; & parimodo ad *Gratias agamus Domino Deo noſtro*, ac ad *Agnus Dei, &c. Cær. ord. Min. p.4. cap. 6. n. 5. & 24.*

Hebdomadarius, officium faciens mediocriter inclinatur Prælato locali antè *Deus in adjutorium* initio officii, & antequam ad *Primam*, & *Completorium* proferat verba: *Indulgentiam; Benedicat vos; & Dominus nos benedicat. Cær. ord. Min. p. & cap. ſupr. cit. n. 29. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 8. pag. 156. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 2. & 4.*

Hebdomadarius dicens in *Confiteor: Vobis Fratres*, & *Vos Fratres*, mediocriter inclinatur ad utramque partem Chori: Similiter Fratres, dum dicunt, *Tibi Pater*, & *Te Pater* mediocriter inclinantur verſus Hebdomadarium. *Cær. ord. Min. ut ſupr. num. 28.*

Quandò principium Hymni continet invocationem *Dei*, & *Jeſu Chriſti*, dum Hebdomadarius eum intonat, elevat, & jungit, manus, caput, quoque verſus Altare mediocriter inclinans, ob reverentiam *Dominicæ invo-*

invocationis; quod etiam alios de Choro decet pariter mediocriter inclinare. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 1. num. 11. & cap. 12. num. 7. & Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 9.*

Hebdomadarius, poſtquam incenſatus fuerit, tàm in *Veſperis*, *Laudibus*, quàm in *Proceſſionibus*, cum miniſtris, ſi adſint, in medio Altaris mediocriter Cruci inclinatur, niſi Sanctiſſimum Sacramentum ſit expoſitum; deindè genuflexionem facit in plano, &c. aut ſuper gradum remanet genuflexus, prout res poſtulaverit.

Mediocriter etiam inclinatur Hebdomadario, ſi non ſit ſuperior, quoties acceditur ad eumdem, aut ab eo receditur. *Beavvais in Cær. Eccl. p. 1. cap. 2. n. 13.*

Ad *Benedictionem*, quam petit lector antè lectiones, &c. cæteri de Choro *mediocriter* inclinantur verſa facie ad invicem, *Beavvais loc. cit. num. 3.*

Cum dicitur ab Hebdomadario in benedictione menſæ *Benedic Domine nos*, *&c.* omnes mediocriter inclinantur. *Beavvais*, *ut ſup. p. 2. cap. 31. num. 1.*

De Minima inclinatione. *Cap. VII.*

MInima inclinatio fit, aut caput inclinatur: Ad initium Antiphonarum Beatæ Mariæ Virginis. *Salve Regina*: *Ave Regina Cælorum*: *Alma Redemptoris*: *Regina Cæli*: Ad verba *ora pro nobis Deum*: & conſequenter ad *O Glorioſa Virginum*, & ad *Sal-*

ve Sancte Pater. Ex Cær. ord. Min. p. 4. c. 6. n. 1.

In Miſſa autem Majori, quando inclinat caput Celebrans ad aliqua verba, ad ea pariter inclinat Chorus, quando cantantur: ut ad *Gloria in excelſis Deo: Adoramus te; Gratias agimus tibi: Suſcipe deprecationem noſtram. Id. num. 4.*

In Evangelio: Ad *Gloria tibi Domine*, & pariter ad *Laus tibi Chriſte:* Cùm dicitur in Credo, *ſimul adoratur: Ad orate Fratres:* ad *Benedictus, qui venit:* & ad *Ite Miſſa eſt. Id. Cær. loc. cit. num. 4. 5. & 22.*

Caput etiam inclinatur ex laudabili, & pia conſuetudine: Ad Verba: *Deus in nomine tuo ſalvum me fac: O Domine ſalvum me fac: Tuus ſum ego ſalvum me fac: Dominus mihi adjutor: Deus meus es tu: Benedictus es Domine: Domine miſerere noſtri: Deus Deus meus reſpice in me: Et veniat ſuper me miſericordię tua Domine: Portio mea Domine: Bonus es tu: Adjuva me, & ſalvus ero: Servus tuus ſum ego: Ecce enim Deus adjuvat me: Juſtus es Domine: Propè es tu Domine: Per viſcera miſericordię Dei noſtri: In æternum Domine permanet verbum tuum, &c.*

Caput etiam inclinatur, cũ in actibus communitatis in tabella officiorum, aut alitèr publicè nominamur, vel aliquid nobis per *obedientiam* præcipitur. *Beavvais, ut ſup.*

Omnes genuflectentes, & genuflexi ſe erigentes, ſi terram non oſculantur, caput tamen verſus Altare inclinant, *ex pia conſuet.*

Omnes caput inclinant aſpergenti, ſeù Celebranti in aſperſione Aquæ benedictæ. *Cær. ord. Min p. 2. cap. 13. num. 3. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 19.*

Heb-

Hebdomadarius ſemper quod dicit, *Oremus* ante orationem, caput Cruci inclinat, ſi eſt apud Altare, ſi verò eſt in Choro caput inclinat verſus Altare, & ſtans manibus junctis. *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 12. & p. 4. cap. 6. num. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 13. num. 16. tract. 2. p. 2. tit. 3. & Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 8. pag. 156.*

In fine Primæ, dùm Hebdomadarius dicit, *Dominus nos benedicat*, &c. ab omnibus caput inclinatur. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. n. 3.*

Hebdomadarius caput inclinat Aſſiſtenti, Cæremoniario, vel Turiferario, poſtquàm incenſatus fuerit ad *Veſperas*, ad *Laudes*, ad *Proceſſiones, &c. Cær. ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 1.*

Quæ inclinatio omnino omittitur à Celebrante in Miſſa, dum incenſatur à Diacocono, vel Thuriferario. *Ibid. num. 8. & p. 2. cap. 4. num. 5.*

De Genuflexionibus, & diſciplina in eis ſervanda. Cap. VII.

Diſciplina, & modus genuflexionis eſt, quòd fiat uſquè ad locum pedum, genua incurnando, caput aliquantulum inclinando, genua nec contrahendo, vel nimis extendendo, non humeros, aut corpus ſuper genu, quod flectitur incurvando, pedes directos ponendo, idque cùm gravi motù, & reverentia, nequè hùc illùc oculos vertendo, & ſempèr aperto capite.

Genuflexiones, quæ fiunt unico genu, dextro

dextro, non ſiniſtro genu fient.

Genuflexiones autèm, quæ fiunt cum aliqua mora, utroque genu faciendæ ſunt: ſic etiàm utroquè genu faciendæ ſunt, quæ fiunt coràm Sanctiſſimo Sacramento expoſito.

Sed advertendum eſt, quod ſi per aliquod temporis ſpatium permanendum ſit genibus flexis in aliquo loco altiori, quàm ſit locus pedum, priùs genu dexterum flectitur in inferiori loco pedum, abſque pulvino, etiàm ſi fuerit Magnus aliquis *Præſul*, poſtea utrumque in altiori: & ſimiliter in eodem plano, cùm diſcedendum erit dexterum flectetur, etiam ſi in plano oratum fuerit: quod intelligitur, ſi locus genuflexionem poſtulet, alioquin antè orationem, & poſt inclinatio debita fiet. *Cær. ord. Min. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 18. 19. *&* 21. *Tonell.* 3. *l. cap.* 1. §. 5. *&* *Cærem. Epiſt. lib.* 1. *cap.* 2. 12. 15. *&* 18.

Cùm multi genuflectunt id ità efficiant, ut omnes ſimul genuflectant, & omnes eodem tempore, cùm res poſtulaverit, conſurgant; cùm verò bini, ſivè in *Proceſſionibus*, ſivè ad aliquid aliud agendum, antè Altare pertranſeunt, ambo ſimul genuflectant, & ſurgant, genu ad terram uſquè portantes ſtrenuè, alacriter, ſinè ſtrepitu, & cunctatione, & cum æquali diſtantia, vel duorum, aut trium paſſuum ab iis, qui eos ſequuntur, itaut, ipſi ſequentes non ſiſtant ſe expectantes, ut in eodem loco genuflectant poſt eos. *Bauldr. p.* 2. *cap.* 3.

Digitized by Google

De genufléxionibus in particulari. *Cap. VIII.*

INtrantes in Chorum, vel Eccleſiam flectimus utroque genu, Sanctiſſimum Sacramentum adorantes; & idem facimus quoties tranſimus antè locum, in quo patet expoſitum, & miniſtratur: antè Altare in quo elevatur, donec Sacerdos depoſito Calice, genuflexus adoraverit, & poſt conſecrationem: quandò circumfertur, ſivè illi occurramus, ſivè antè nos tranſeat. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 30. n. 4. & p. 4. cap. 6. num. 9. & 18. & Cær. Epiſ. lib. loc. ſupr. cit.*

Quoties accedimus ad Legile, ut ibi legamus lectiones, vel aliud faciamus, & dùm ab eo recedimus, aut tranſimus ab una parte ad aliam, ſiuè Sacramento expoſito, ſive in Tabernaculo recondito, ſemper genuflectere debemus. *Cær. ord. Min. p. 4. n. 9. & 16. Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 12.*

Si tempore Pſalmodiæ per Chorum accidat deferri, aut oſtendi Sanctiſſimum Sacramentum, vel celebrari Sacrum intrà Chorum apud Altare, quod pateat fratribus, & in eo Sanctiſſimum Sacramentum elevari, Fratres genuflectent verſa facie ad illud, non propterea ceſſantes à cantu, nec anteà ſurgent, quàm relatum ſit ad Altare, in Tabernaculo reconditũ, aut alio loco extrà Chorũ: vel Calicem ſuper Altare depoſitum; exceptis iis, qui eſſent in cantù valdè impediti. *Tonel lib. 2. tit. 3. & tit. 14. n. 13. & Bauldr. p. 2. cap. 3.*

Ad

Ad *Tantum ergò Sacramentum*, quandò eſt expoſitum, aut in Tabernaculo immobili incluſum, genuflectitur uſque ad *defectui*: ſecùs ſi nullo modo adſit; & quando dicitur in Proceſſione extrà Eccleſiam. *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 9. num. 2. & p. 4. cap. 6. num. 1. Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 1. n. 4. Conſt. Valliſ. & Bauldr. p. 2. cap. 3.*

Genuflectitur etiam laudabiliter ad, *O ſalutaris Hoſtia: O verè digna Hoſtia Cær. ord. Min. p. 3. cap. 9. n. 2. & p. 4. cap. 6. num. 10. & 11. Bauldr. loc. cit.* Ad *Te ergo quæſumus*, genuflectitur uſquè ad redemiſti incluſivè: Ad *O Crux ave ſpes unica*, uſquè ad *dele crimina* etiam tempore Paſchali. Ad *Veni Creator Spiritus*, & ad *Ave Maris Stella*, uſquè ad finem primi metri. *Cær. ord. Min. p. 4. c. 6. num. 1. Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 1. num. 4. Bauldr. ut ſupr.*

Genuflectitur ad *Antiphonas B. M. V.* quæ dicuntur in fine officii, exceptis diebus *Dominicis*, & tempore *Paſchali ex Rubr. Brev.*

Idem fit ad *Pater*, *Ave*, & *Credo*, quæ recitantur in fine Completorii. *Cær. ord. Min. p. 3. c. 9. n. 1. & 2. & p. 4. cap. 6. num. 1. & 23.* Item in *Capitulo Nonæ Dominicæ Palmarum*, & in lectionibus *Inventionis S. Crucis* ad verba, *In nomine Jeſu, &c.* uſquè ad *infernorum*, incluſivè, idem *p. 4. cap. 6. n. 11.* Non autem quandò dicuntur in *Introitu. Ibid. num. 1.*

Cùm cantantur, aut recitantur verba, *Venite adoremus*, & *procidamus ante Deum*, tàm ipſi Cantores, & Celebrans, quàm alii omnes genuflectunt, poſteà ſurgunt, & proſequun-

ſequuntur: *Ploremus coram Domino, &c. Cær. ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 2. & cap. 8. num. 2. & etiam cap. 9. num. 2. Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 6. & Bauldr. p. 2. cap. 13. num. 6.*

Cantor, vel Lector genuflectit in fine lectionis ad hæc verba, *Tu autem Domine, &c.* & ſi plures lectiones ſucceſſiuè decantet, aut legat, genuflectit tantùm in fine ultimæ dicens: *Tu autem Domine*, ut ſuprà. *Cær. ord. Min. p. 3. c. 4. n. 3. & cap. 7. num. 4. Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 2. Bauldr. p. 2. cap. 3. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

Cantores, aut alii, quando intonant aliquid, ad quod eſt genuflectendum, priùs intonant, deindè genuflectunt, *Beavvais in Cær. Eccl. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 8. Toneil. lib. 3. cap. 1. §. 5. & Bauldr. ut ſupr.*

Genuflectitur tempore Divini officii ad preces feriales, *Adventus*, *Quadrageſimę*, *Quatuor temporum*, *& in Vigiliis*, *quæ jejunantur*, *extrà tempus Paſchale*, Scilicet à primò *Kyrie eleiſon*, uſquè ad *Divinum auxilium* incluſivè, niſi ſequatur aliud officium, vel *pretioſa*, ad *Primam*: tunc enim ſurgimus poſt *Benedicamus Domino*; Hebdomadarius verò incipit *Pater noſter*, vel *Kyrie eleiſon*, genuflexus, *ex Rubr. Brev.*

Item genuflectitur ad preces in *officio Defunctorum*; Ad *preces Pſalmorum Gradualium*; Ad *Septem Pſalmos Pœnitentiales*, *Liſtanias*, *preces*, *& orationes ſequentes*: Hebdomadarius autem, incipit antiphonam; *Ne reminiſcaris*, genuflexus, ſurgit tamen ad *orationes*, ut ſuo loco dicetur. *Cær. ord. Min. p. 4.*

cap.

cap. 6. num. 2. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 1. & patet in Rubr. Brev.

In Proceſſionibus *Sancti Marci*, *Rogationum*, & aliis, in quibus cantantur *Litaniæ*, genuflectitur uſquè ad hæc verba *Sancta Maria incluſivè*, *Ritual. Rom. Paul. V.*

Finita verò Proceſſione ab omnibus genuflectitur, donec finiantur, *Litaniæ* cum *precibus*, & *orationibus*; excepto Hebdomadario, qui ſurgit ad *orationes*; ſcilicet cum dicturus eſt: *Dominus vobiſcum*: quandò autem non erit facienda Proceſſio remanebunt genuflexi à principio ad finem. *Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 4. tit. 16. num. 2. & 4.*

Hebdomadarius in officiis *Hebdomadæ Majoris* ad orationem *Reſpice quæſumus Domine* permanet genuflexus, & capite aliquantulum inclinato, excepta *feria quarta in veſperis*, quia illam dicit ſtans, & ratio eſt quia præmittit *Dominus vobiſcum. Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 8. juxta Cær. Epiſc. & Cær. Pap. lib. 2. cap. 41.*

Omnes tranſeuntes ante Crucem, quæ eſt in Altari Majori in triduo *Majoris Hebdomadæ*, genuflectunt, excepto Celebrante, qui ſolùm genuflectit, *feria Sexta in Paraſceve*, *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 23. n. 5. & Tonell. lib. 3. cap. 3. num. 23.* qui dicit quòd *Feria ſexta in Paraſceve*, tàm Celebrans, quàm omnes alii genuflectere debeant cuilibet Cruci in honorem, *Crucifixi Domini noſtri Jeſu Christi*, *ibid.*

Genuflectitur etiam ad ſignum *Salutationis Angelicæ*.

[library stamp] ROMA

In

Digitized by Google

In Vigilia Nativitatis Domini omnes genuflectunt (præter Diaconum, vel paratum Pluviali cantantem Martyrologium, & Ceroferarios) ad illa verba Martyrologii. *Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem* incluſivè *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 5. n. 5. & Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 3.*

Quando ſit officium alicujus Sancti ad benedictionem oct. lect. *cujus, quorum, vel quarum feſtum colimus, &c.* omnes genuflectunt *ex pia conſuetud.*

Hebdomadarius dicit *orationes* genuflexus in facienda Diſciplina, *ex Borden. p. 2. de Sac. Rit.*

In Miſſa Solemni genuflectitur in Choro ad illa verba, *In Nomine Jeſu omne genuflectatur, &c.* uſquè ad *infernorum* incluſivè in Epiſtola tamen, non autem in *Introitu*, ad verba S. Joannis in Evangelio, *Et Verbum caro factum eſt.* Ad verba Evangelii Epiphaniæ. *Et procidentes adoraverunt eum:* Ad Evangelium Ceci nati. *Et procidens adoravit eum.* Ad verba Paſſionum: *expiravit, & emiſit ſpiritum:* ad quæ non ſolum genuflectitur, ſed pauſatur, donec detur ſurgendi ſignum, Ad verſum: *Adjuva nos Deus ſalutaris, &c.* uſquè ad finem, in tractu, non autem quandò dicitur ad Graduale. Ad verſum. *Veni Sancte Spiritus, &c.* uſquè ad finem.

Ad verba Symboli. *Et incarnatus eſt, &c.* uſquè ad. *Et Homo factus eſt*, incluſivè. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 1. & Rubr. Gen. Miſſal.* 17. Genuflectitur etiam. Ad illa verba. *Veni Regina noſtra, Veni Domina, &c.*

in

in Alleluja Immaculatę Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. Beavvais in Cær. Eccl. & Conſt. ord.

Genuflectitur initio Sacri Canonis uſquè ad depoſitionem calicis incluſivè, ſcilicet poſtquam à choro cantatum fuerit *Sanctus. &c. Cær. ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 8. & 12. & p. 4. c. 6. n. 13. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 17. n. 7. & p. 2. tit. 8. num. 20. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 8.*

Ubi dicit *Rubr. Miſſal. 17. num.* 5. genuflecti dicto per celebrantem *Sanctus*, intelligi debet de iis, qui non cantant, *Cær. ord. p. 4. loc. ſupr. cit.*

Genuflectitur tandem in fine Miſſæ ad *Benedictionem* Celebrantis, *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 12.*

In Miſſis Conventualibus Feriarum Adventus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, quæ jejunantur, ac in Miſſis Defunctorum (demptis Vigiliis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, cum quatuor temporibus infrà octavam ejuſdem, ac feria quinta in Cœna Domini) genuflectitur ab omnibus, ad *orationes in principio*, & in fine Miſſæ etiam ad *orationem* ſuper Populum, præterquam ad eas, quibus præmittitur *flectamus genua*, ad quas ſtamus, & cum dicitur *flectamus genua*, genuflectimus utroque genu. *Bauldr. p. 2. cap.* 16. Genuflectitur etiam ſtatim, ac Chorus cantaverit; *Sanctus, &c.* uſquè ad *Pax Domini* excluſivè. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 30. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 12. & Rubr. Miſſ. 17.*

Digitized by Google

In Miſſis privatis circumſtantes ſemper genua flectunt, etiàm tempore Paſchali, præterquam dum legitur. *Evangelium Rub. Miſſ.* 17.

In Miſſis verò Solemnibus, quò ad Stationem, ſeſſionem, & genuflexionem, à laicis obſervari poſſunt cæremoniæ Chori, præſertim à nobilioribus, & Magiſtratibus. *Alcocer. & Gav. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 27.

Quomodò, & quandò proſternendum, terra oſculanda, pallium, Sandaliàque deponenda. Cap. IX.

PRoſtratio fit, quandò flexis genibus corpus inclinatur, cùm eo tamen diſcrimine; quòd dùm proſternimur in ſilentio manibus junctis ſuper terram poſitis, faciem ſuper eas reclinamus, niſi aliud notetur in propriis locis. At cum proſtrati canimus aliquid manibus junctis, vel intrà manicas retentis, aut ſuper tunicam, vel Albam, ſi parati proſternimur, caput cùm corpore ſic inclinamus, ut non plus medio pede caput à terra ſit elevatum: Nuſquam autèm proſtratio debet fieri toto corpore ſuper terram jacente. *Diſcipl. D. Bon. p.* 2. *cap.* 9. *Beavvais in Cær. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 1.

Fit autem proſtratio ad *Martyrologium* Vigiliæ Nativitatis Domini, ab his verbis, *In Bethelem Judæ*, uſquè ad *Nativitas Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem* incluſivè. *Beavvais, ut ſup. num.* 2.

Ad hæc verba. *Expiravit: tradidit Spiritum. Emiſit Spiritum.*

Ad

Ad verſum; *Te ergo quæſumus, &c.* uſque ad *pretioſo Sanguine redemiſti*, incluſivè.

Item in Feria Sexta Paraſceves; dùm cantatur antè adorationem Crucis. *Venite adoremus. Beav. ut ſupr. & Rubr: Miſſal.*

Ad *Confiteor* Miſſę miniſtrando in ea, uſquè ad *Deus tu converſus*, excluſivè.

Ad *Confiteor* in Confeſſione Sacramentali, & dùm *Abſolutionis* verba pronunciantur.

Ad *Confiteor* prò Communione Sacra, & in Confeſſione publica, culpam agnoſcendo.

Præterea in Choro fit proſtratio ad elevationem Sanctiſſimi Sacramenti ſub utraque Specie: & in aliis quibuſdam actionibus, quæ ex laudabili Religionis conſuetudine ſervantur. *Beav. loc. cit.*

Terram oſculamur quotieſcunque ingredimur Eccleſiam, & locum, in quo Sanctiſſimum Sacramentum aſſervatur, aut ab eò recedimus *Beav. ut ſupr. cap. 5. num. 1.*

Tempore Miſſæ poſt hæc verba; *Et Homo factus eſt: & Verbum Caro factum eſt.*

Poſt elevationem Sacræ Hoſtiæ, & Calicis. Ad *Benedictionem* in fine Miſſæ. Poſt *Abſolutionem* Sacramentalem. *Id. num. 1. & 2.*

Poſt *Salutationem Angelicam*: & poſt *ſex Pater, & Ave*, quæ brachiis in modum Crucis extenſis ad capitis altitudinem elevatis recitantur.

Poſt peractam in *Refectorio Capitulo*, aut alibi, impoſitam pœnitentiam.

Ad *Benedictionem* Superioris, poſt *orationem mentalem*, *diſciplinam*, & poſt *cœnam*.

Etiam terram oſculantur omnes non Sa-

cerdotes ad *Benedictionem* Superioris, exeundo Conventu, & redeundo. *Beavvais, ut ſuprà, & Conſt. Vall.*

Hæc eſt autèm pia, antiqua, & laudabilis Religionis, & Provinciæ conſuetudo, ut tam cùm genuflectimus, quàm cùm nos è terra erigimus: ſemper terram oſculari debeamus: exceptis, qui induti ſunt *Alba. Superpell.* vel aliis *veſtimentis Eccleſiaſticis*: aut qui habent præ manibus *Candelam*, *librum*, vel quid aliud ad officium ſuum peragendũ: inclinant tamèn caput, ut alibi dictum eſt.

Pallium deponimus miniſtrantes *Sacro*, niſi graviſſimo urgente frigore.

Itèm ad *Confeſſionem Sacramentalem*, & *Sacram Communionem*, & ad *Confeſſionem* publicam.

Ad *Ramos*, *Cineres*, & *Cereos* recipiendos, & ad *Proceſſiones*.

Ad *elevationem*, & *Benedictionem* Sanctiſſimi Sacramenti.

Ad *Crucis adorationem*: & ad omnes *Pœnitentias* in publico faciendas. *Beav. ut ſuprà.*

Pallium deponunt Acolythi, & Cantores, ad *Officium Divinum*, nihil legendo, vel cantando cùm illo, &c.

Hebdomadarius pallium deponit ad *Evangelium*, & *lectiones*, tertii nocturni eas legendo, vel cantando, ſicut etiam ad *Orationes* dicendas, & cætera. *Beavvais, ut ſuprà; cap. 6.*

Sandalia deponimus ad *Crucis adorationem*, ad *Sacram Communionem*, & ad *Proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti*, ſi videbitur.

Ad

Ad *Proceſſionem* graſſante peſte, vel aliquo *Dei* flagello, &c. *id ut ſupr.*

Omninò autèm Sandalia deponimus, quando volumus ingredi aliquòd *Sanctuariũ* veluti *Sanctiſſimum Sepulchrum*; & *Calvariæ Montem Jeroſolymis*, & cætera hujuſmodi.

Quando ſtandum in Choro facie ad Altare converſa. Cap. X.

STamus converſi verſus Altare initio Divini officii, cùm dicitur: *Domine labia*, &c. *Deus in adjutorium*, &c. *Converte nos*, &c. uſquè ad *Gloria Patri* excluſivè.

Item ad *Capitula*, & *Abſolutiones* ante lectiones in Matutino. *Bauldr. p. 2. cap. 6.*

Ad *verſiculos* laudum, & veſperarum, & ad *Dominus vobiſcum*, & cùm reſpondetur. *Beauvais, ut ſupr. cap. 8. num. 1.*

Ad *Orationes Commemorationum*, orationem *Dirigère* in officio Primæ, & in fine orationum, ad quas inclinatur, ad hæc verba, *Per omnia ſæcula ſæculorum* uſquè ad *Amen* incluſivè; Ad *Benedicamus Domino*, ad *verſiculum*, & *orationem* poſt antiphonam Beatæ Mariæ Virginis in fine officii quando ſtando dicitur, *idem loco cit.*

Hebdomadarius extra Miſſam, juxta ritum communem Eccleſiæ dicit, *orationes* ſemper ſtandò, & manibus junctis, niſi aliter à *Rubr.* præſcribatur, & modò Breviarium non teneat; aut alias impediatur, etiam Sanctiſſimo Sacramento expoſito. *Cær. ord. Min. p. 1. cap. 10. num. 5. cap. 12. num. 7. p. 3. cap.*

Digitized by Google

2. *num.* 12. *cap.* 7. *n.* 4. *&* *p.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. *Bauldr.* *p.* 1. *cap.* 5. *n.* 11. 12. *&* 13. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. *&* 12. *Boliaſcus cap.* 16. *de Miſt. Miſſ. pag.* 335. *Pollac. in Aphor. part.* 2. *Cærem.* 8. *pag.* 158. *Gav. tract.* 2. *lect.* 5. *cap.* 16. *num.* 12. *&* *Sect.* 10. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 7. *&* *cap.* 3. *num.* 21. *&* *Cęrem. Epiſ. lib.* 2. *cap.* 3. 5. *&* 6.

Eodem modo quo ſupra, regulariter dicit *capitulum*, *Abſolutiones*, *&* *Benedictiones*. *Beav. p.* 2. *cap.* 10. *Cęr. Ord.* *&* *DD. ſupr. cit.*

Quotieſcumque in Choro genuflectimus, vel aliquid ſoli dicimus, aut ad Legile recti cantamus, vel quid ſimile, ſemper ad Altare converſi ſtamus. *Beav. loc. cit. num.* 5.

Stamus etiam facie verſa ad Altare, diebus Dominicis finita hora tertia, donec Celebrans pro aſperſione aquæ benedictę, incipiat Antiphonam, *Aſperges me*, *&c.* Ad *verſum*, *&* *orationem* ſequentem. In Miſſa verò ſolemni eodem ritu ſtamus à fine *Kyrie* uſque ad incohationem Hymni. *Gloria in excelſis Deo*, *&* *ad Dominum vobiſcum*.

Ad omnes *orationes* præter primam ante *Epiſtolam*, & quæ ſequitur *communionem*. Ab *Evangelii titulo* uſquè ad *Symboli* initium; & à *Prefatione* uſquè ad *Sanctus*. *Beavvais*, *ut ſupr. num.* 3.

A tempore, quo cantatus eſt verſus *Benedictus*, *qui venit*, *&c.* poſt elevationem SS. Sacramenti, ſcilicet depoſitionem Calicis, uſquedum incipiatur in Choro primum *Agnus Dei*. *Gav. Epit. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 17. *num.* 7. 14. *&* *p.* 2. *tit.* 8. *num.* 20. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 19. *num.* 18. *Cęr. Ord. Min. part.* 2. *cap.* 30. *num.* 12. *&*

Rubr.

Rubr. Gen. Miſſal. 17. *num.* 5.

A fine ultimi *Agnus Dei* [niſi ſedeatur,] uſque ad poſt *Communionem*. Ad *Ite Miſſa eſt*, *&c*. & ad *Evangelium S. Joannis*. *Ex Cęr. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 30.

Stamus etiam verſa facie ad Altare, ad *orationes Benedictionum Candelarum*, *Cinerum*, *Ramorum*, *&c*. In Paraſceve ad *orationes*, quæ dicuntur antè *adorationem Crucis*. In Sabbato ſancto ad *Benedictionem* Cærei, & ad *orationes*, quæ hac die, & in feriis quatuor temporum dicuntur antè *Prophetias*. *Beav. ut ſupr. num.* 4.

Crucifer numquam genuflectit, ſed ſemper ſtat, & regulariter verſus Altare. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 3.

Quando ſtandum facie ad invicem converſa. *Cap. XI.*

AD invicem converſi ſtamus; ad omnes *Pſalmos*, *Antiphonas*, & ad omnes *hymnos* præterquam ad eas *Strophas*, in quibus genuflectendum eſt.

Ad *Evangelium* Matutini, & quoties ultima *Lectio* cantatur à Superiore, vel ab Hebdomadario parato, & omnes *benedictiones* antè lectiones quouſque reſponſum fuerit. Am̃. *Cęr. Ord. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *& p.* 4. *cap.* 6. *num.* 31. *& Epit. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 2. *num.* 3.

Ad illa verba. *Et Verbum Caro factum eſt* in Evangelio S. Joannis: Ad illa Evangelii Epiphanię, *& procidentes adoraverunt eum:* & ad illa Evang. Ceci nati, *& procidens adoravit*, quę

verba in Evangelio lecta, genuflexionem poſtulant, & quando legimus in *Verſibus*, & *Reſponſ.* non genuflectimus, ſed ſtamus, facie verſa ad invicem. *Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. num. 4. & part. 4. cap. 6. num. 1. Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. part. 2. tit. 2. num. 3. & Polluc. in Aphor. p. 1. Cær. 6. pag. 151. Bauldr. p. 1. cap. 2. num. 15.*

Similiter ſtamus ad octavum Reſp. *Duo Seraphim clamabant, &c.* & ad *Te Deum laudamus, &c. Ad Cantica.*

Benedictus, Magnificat: & Nunc Dimittis, & extrà ſedem. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 7.*

Ad Pſalmos *Miſerere mei Deus, Laudate Dominum de Cœlis: Laudate Dominum omnes gentes*, & *Ecce nunc benedicite Dominum*. Ex laudabili conſuetudine.

Ad Symbolum S. Athanaſii. *Quicumque &c. Cær. ord. Min. p. 3. cap. 19. num. 21.*

Ad *Preces, Primæ, & Completorii*, niſi ſit genuflectendum; & à verſu *Pretioſa* uſque ad finem (dempta oratione *Dirigere*) ad *Reſp.* brevia, & verſiculos ſequentes.

In officio Completorii ad *Lectionem brevem* dum fit *Confeſſio* ab Hebdomadario, & à Choro reſpondetur *Miſereatur*, & dum dicitur *Indulgentiam*. Ad *Antiphonas Beatæ Mariæ Virginis*, quæ dicuntur in fine officii, tempore *Paſchali*, & diebus *Dominicis*.

Tempore officii B. Mariæ Virginis, præcipuè ad *Lectiones tempore adventus*. *Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. n. 4. & cap. 9. num. 1.*

Item ad invicem converſi ſtamus, dum reſpondetur. *Deo gratias.*

Si

Si contingat recitare Divinum officium coram Sanctiſſimo Sacramento expoſito, omnes ſtare debent, excepto dum recitantur lectiones in Matutino. *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 7. num. 3.*

Item quando Chorus incenſatur, omnes utriuſque Chori ſtare debent converſi ad invicem, præter Cantores paratos, & omnes extrà ſedem ſuam. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 7.*

Etiam ad invicem converſi ſtamus diebus Dominicis, poſt inceptam à Celebrante Antiphonàm *Aſperges me*; qui autem ſtant ad legile, Celebrante accedente ſecedent hinc inde, exceptis Cantoribus, ſicque remanebunt ad ſe mutuo converſi, donec facta ſit aſperſio Chori.

Ad *Introitum Kyrie*, *&c.* quæ per Chorum cantantur, exceptis iis, qui ſtant antè legile.

Ad invicem converſi ſtamus in *Proceſſionibus*, dum per aliquod tempus erecti canendo adſumus, & peracta proceſſione, dùm redire debemus ad Sacriſtiam.

Præterea in *Capitulo*, vel *Choro*, dum dicuntur *Suffragia*: & ad *Benedictionem* menſæ, & *gratiarum actionem*. *Beauvais, ut ſupr. num. 8.*

Item in diæ Sancto *Paſchæ* cùm ad *Primam* in Martirologio annuntiabitur *Solemnitas feſti*, omnes ſtabunt ad invicem converſi, & nudo capite: & ſic de cæteris feſtivitatibus ſolemnibus, & majoribus cum pronuntiatur. *Feſtum*, vel *nomen* illius Sancti.

In Vigilia Nativitatis Domini omnes genuflectunt (præter Diaconum, vel paratum Pluviali cantantem Martyrologium, & Ceroferarios) ad illa verba Martyrologii. *Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem* incluſivè *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 5. n. 5. & Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 3.*

Quando ſit officium alicujus Sancti ad benedictionem oct. lect. *cujus, quorum, vel quarum feſtum colimus, &c.* omnes genuflectunt *ex pia conſuetud.*

Hebdomadarius dicit *orationes* genuflexus in facienda Diſciplina, *ex Borden. p. 2. de Sac. Rit.*

In Miſſa Solemni genuflectitur in Choro ad illa verba, *In Nomine Jeſu omne genuflectatur, &c.* uſquè ad *infernorum* incluſivè in Epiſtola tamen, non avtem in *Introitu*, ad verba S. Joannis in Evangelio, *Et Verbum caro factum eſt.* Ad verba Evangelii Epiphaniæ. *Et procidentes adoraverunt eum*: Ad Evangelium Ceci nati. *Et procidens adoravit eum.* Ad verba Paſſionum: *expiravit, & emiſit ſpiritum*: ad quæ non ſolum genuflectitur, ſed pauſatur, donec detur ſurgendi ſignum, Ad verſum: *Adjuva nos Deus ſalutaris, &c.* uſquè ad finem, in tractu, non avtem quandò dicitur ad Graduale. Ad verſum. *Veni Sancte Spiritus, &c.* uſquè ad finem.

Ad verba Symboli. *Et incarnatus eſt, &c.* uſquè ad. *Et Homo factus eſt*, incluſivè. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 1. & Rubr. Gen. Miſſal.* 17. Genuflectitur etiam. Ad illa verba. *Veni Regina noſtra, Veni Domina, &c.*

in

Digitized by Google

in Alleluja Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. Beavvais in Cær. Eccl. & Conſt. ord.

Genuflectitur initio Sacri Canonis uſquè ad depoſitionem calicis incluſivè, ſcilicet poſtquam à choro cantatum fuerit *Sanctus*, *&c. Cær. ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 8. & 12. & p. 4. c. 6. n. 13. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 17. n. 7. & p. 2. tit. 8. num. 20. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 8.*

Ubi dicit *Rubr. Miſſal. 17. num. 5.* genuflecti dicto per celebrantem *Sanctus*, intelligi debet de iis, qui non cantant, *Cær. ord. p. 4. loc. ſupr. cit.*

Genuflectitur tandem in fine Miſſæ ad *Benedictionem* Celebrantis, *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 12.*

In Miſſis Conventualibus Feriarum Adventus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, quæ jejunantur, ac in Miſſis Defunctorum (demptis Vigiliis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis, & Pentecoſtes, cum quatuor temporibus infrà octavam ejuſdem, ac feria quinta in Cœna Domini) genuflectitur ab omnibus, ad *orationes in principio*, & in fine Miſſæ etiam ad *orationem* ſuper Populum, præterquam ad eas, quibus præmittitur *flectamus genua*, ad quas ſtamus, & cum dicitur *flectamus genua*, genuflectimus utroque genu. *Bauldr. p. 2. cap. 16.* Genuflectitur etiam ſtatim, ac Chorus cantaverit: *Sanctus, &c.* uſquè ad *Pax Domini* excluſivè. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 30. Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 12. & Rubr. Miſſ. 17.*

In

In Miſſis privatis circumſtantes ſemper genua flectunt, etiàm tempore Paſchali, præterquam dum legitur. *Evangelium Rub. Miſſ.* 17.

In Miſſis verò Solemnibus, quò ad Stationem, ſeſſionem, & genuflexionem, à laicis obſervari poſſunt cæremoniæ Chori, præſertim à nobilioribus, & Magiſtratibus. *Alcocer. & Gav. tract. 1. p. 1. tit. 27.*

Quomodò, & quandò proſternendum, terra oſculanda, pallium, Sandaliaque deponenda. Cap. IX.

PRoſtratio fit, quandò flexis genibus corpus inclinatur, cùm eo tamen diſcrimine; quòd dùm proſternimur in ſilentio manibus junctis ſuper terram poſitis, faciem ſuper eas reclinamus, niſi aliud notetur in propriis locis. At cùm proſtrati canimus aliquid manibus junctis, vel intrà manicas retentis, aut ſuper tunicam, vel Albam, ſi parati proſternimur, caput cùm corpore ſic inclinamus, ut non plus medio pede caput à terra ſit elevatum: Nuſquam autèm proſtratio debet fieri toto corpore ſuper terram jacente. *Diſcipl. D. Bon. p. 2. cap. 9. Beavvais in Cær. Eccleſ. p. 1. cap. 4. n. 1.*

Fit autem proſtratio ad *Martyrologium* Vigiliæ Nativitatis Domini, ab his verbis, *In Bethelem Judæ*, uſquè ad *Nativitas Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem* incluſivè. *Beavvais, ut ſup. num. 2.*

Ad hæc verba. *Expiravit: tradidit Spiritum. Emiſit Spiritum.*

Ad

Ad verſum; *Te ergo quæſumus, &c.* uſque ad *pretioſo Sanguine redemiſti*, incluſivè.

Item in Feria Sexta Paraſceves; dùm cantatur antè adorationem Crucis. *Venite adoremus. Beav. ut ſupr. & Rubr. Miſſal.*

Ad *Confiteor* Miſſę miniſtrando in ea, uſquè ad *Deus tu converſus*, excluſivè.

Ad *Confiteor* in Confeſſione Sacramentali, & dùm *Abſolutionis* verba pronunciantur.

Ad *Confiteor* prò Communione Sacra, & in Confeſſione publica, culpam agnoſcendo.

Præterea in Choro fit proſtratio ad elevationem Sanctiſſimi Sacramenti ſub utraque Specie: & in aliis quibuſdam actionibus, quæ ex laudabili Religionis conſuetudine ſervantur. *Beav. loc. cit.*

Terram oſculamur quotieſcunque ingredimur Eccleſiam, & locum, in quo Sanctiſſimum Sacramentum aſſervatur, aut ab eò recedimus *Beav. ut ſupr. cap. 5. num. 1.*

Tempore Miſſæ poſt hæc verba; *Et Homo factus eſt: & Verbum Caro factum eſt.*

Poſt elevationem Sacræ Hoſtiæ, & Calicis. Ad *Benedictionem* in fine Miſſæ. Poſt *Abſolutionem* Sacramentalem. *Id. num. 1. & 2.*

Poſt *Salutationem Angelicam*: & poſt *ſex Pater, & Ave*, quæ brachiis in modum Crucis extenſis ad capitis altitudinem elevatis recitantur.

Poſt peractam in *Refectorio Capitulo*, aut alibi, impoſitam pœnitentiam.

Ad *Benedictionem* Superioris, poſt *orationem mentalem*, *diſciplinam*, & poſt *cœnam*.

Etiam terram oſculantur omnes non Sa-

cerdotes ad *Benedictionem* Superioris, exeundo Conventu, & redeundo. *Beavvais, ut ſuprà*, & *Conſt. Vall.*

Hæc eſt autèm pia, antiqua, & laudabilis Religionis, & Provinciæ conſuetudo, ut tam cùm genuflectimus, quàm cùm nos è terra erigimus: ſemper terram oſculari debeamus: exceptis, qui induti ſunt *Alba. Superpelli.* vel aliis *veſtimentis Eccleſiaſticis*: aut qui habent præ manibus *Candelam*, *librum*, vel quid aliud ad officium ſuum peragendũ: inclinant tamèn caput, ut alibi dictum eſt.

Pallium deponimus miniſtrantes *Sacro*, niſi graviſſimo urgente frigore.

Itèm ad *Confeſſionem Sacramentalem*, & *Sacram Communionem*, & ad *Confeſſionem* publicam.

Ad *Ramos*, *Cineres*, & *Cereos* recipiendos, & ad *Proceſſiones*.

Ad *elevationem*, & *Benedictionem* Sanctiſſimi Sacramenti.

Ad *Crucis adorationem*: & ad omnes *Pœnitentias* in publico faciendas. *Beav. ut ſuprà.*

Pallium deponunt Acolythi, & Cantores, ad *Officium Divinum*, nihil legendo, vel cantando cùm illo, &c.

Hebdomadarius pallium deponit ad *Evangelium*, & *lectiones*, tertii nocturni eas legendo, vel cantando, ſicut etiam ad *Orationes* dicendas, & cætera. *Beavvais*, *ut ſuprà*, *cap.* 6.

Sandalia deponimus ad *Crucis adorationem*, ad *Sacram Communionem*, & ad *Proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti*, ſi videbitur.

Ad

Ad *Proceſſionem* graſſante peſte, vel aliquo *Dei* flagello, &c. *id ut ſupr.*

Omninò autèm Sandalia deponimus, quando volumus ingredi aliquòd *Sanctuariũ* veluti *Sanctiſſimum Sepulchrum*; & *Calvariæ Montem Jeroſolymis*, & cætera hujuſmodi.

Quando ſtandum in Choro facie ad Altare converſa. Cap. X.

STamus converſi verſus Altare initio Divini officii, cùm dicitur: *Domine labia*, &c. *Deus in adjutorium*, &c. *Converte nos*, &c. uſquè ad *Gloria Patri* excluſivè.

Item ad *Capitula*, & *Abſolutiones* antè lectiones in Matutino. *Bauldr. p. 2. cap. 6.*

Ad *verſiculos* laudum, & veſperarum, & ad *Dominus vobiſcum*, & cùm reſpondetur. *Beauvvais, ut ſupr. cap. 8. num. 1.*

Ad *Orationes Commemorationum*, orationem *Dirigere* in officio Primæ, & in fine orationum, ad quas inclinatur, ad hæc verba, *Per omnia ſæcula ſæculorum* uſquè ad *Amen* incluſivè; Ad *Benedicamus Domino*, ad *verſiculum*, & *orationem* poſt antiphonam Beatæ Mariæ Virginis in fine officii quando ſtando dicitur, *idem loco cit.*

Hebdomadarius extra Miſſam, juxta ritum communem Eccleſiæ dicit, *orationes* ſemper ſtandò, & manibus junctis, niſi aliter à *Rubr.* præſcribatur, & modò Breviarium non teneat; aut alias impediatur, etiam Sanctiſſimo Sacramento expoſito. *Cær. ord. Min. p. 1. cap. 10. num. 5. cap. 12. num. 7. p. 3. cap.*

2. num. 12. cap. 7. n. 4. & p. 4. cap. 6. num. 2. Bauldr. p. 1. cap. 5. n. 11. 12. & 13. p. 2. cap. 2. num. 10. & 12. Boliaſcus cap. 16. de Miſt. Miſſ. pag. 335. Pollac. in Aphor. part. 2. Cærem. 8. pag. 158. Gav. tract. 2. lect. 5. cap. 16. num. 12. & Sect. 10. cap. 1. num. 1. & 7. & cap. 3. num. 21. & Cęrem. Epiſ. lib. 2. cap. 3. 5. & 6.

Eodem modo quo ſupra, regulariter dicit *capitulum, Abſolutiones, & Benedictiones. Beav. p. 2. cap. 10. Cęr. Ord. & DD. ſupr. cit.*

Quotieſcumque in Choro genuflectimus, vel aliquid ſoli dicimus, aut ad Legile recti cantamus, vel quid ſimile, ſemper ad Altare converſi ſtamus. *Beav. loc. cit. num. 5.*

Stamus etiam facie verſa ad Altare, diebus Dominicis finita hora tertia, donec Celebrans pro aſperſione aquæ benedictę, incipiat Antiphonam, *Aſperges me, &c.* Ad *verſum, & orationem* ſequentem. In Miſſa verò ſolemni eodem ritu ſtamus à fine *Kyrie* uſque ad incohationem Hymni. *Gloria in excelſis Deo, & ad Dominum vobiſcum.*

Ad omnes *orationes* præter primam ante *Epiſtolam*, & quæ ſequitur *communionem*. Ab *Evangelii titulo* uſquè ad *Symboli* initium; & à *Pręfatione* uſquè ad *Sanctus. Beavvais, ut ſupr. num. 3.*

A tempore, quo cantatus eſt verſus *Benedictus, qui venit, &c.* poſt elevationem SS. Sacramenti, ſcilicet depoſitionem Calicis, uſquedum incipiatur in Choro primum *Agnus Dei. Gav. Epit. tract. 1. p. 1. tit. 17. num. 7. 14. & p. 2. tit. 8. num. 20. Bauldr. p. 3. cap. 19. num. 18. Cęr. Ord. Min. part. 2. cap. 30. num. 12. &*

Rubr.

Rubr. Gen. Miſſal. 17. *num.* 5.

A fine ultimi *Agnus Dei* [niſi ſedeatur,] uſque ad poſt *Communionem*. Ad *Ite Miſſa eſt*, *&c*. & ad *Evangelium S. Joannis*. *Ex Cer. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 30.

Stamus etiam verſa facie ad Altare, ad *orationes Benedictionum Candelarum*, *Cinerum*, *Ramorum*, *&c*. In Paraſceve ad *orationes*, quæ dicuntur antè *adorationem Crucis*. In Sabbato ſancto ad *Benedictionem* Cærei, & ad *orationes*, quæ hac die, & in feriis quatuor temporum dicuntur antè *Prophetias*. *Beav. ut ſupr. num.* 4.

Crucifer numquam genuflectit, ſed ſemper ſtat, & regulariter verſus Altare. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 3.

Quando ſtandum facie ad invicem converſa. *Cap. XI.*

AD invicem converſi ſtamus; ad omnes *Pſalmos*, *Antiphonas*, & ad omnes *hymnos* præterquam ad eas *Strophas*, in quibus genuflectendum eſt.

Ad *Evangelium* Matutini, & quoties ultima *Lectio* cantatur à Superiore, vel ab Hebdomadario parato, & omnes *benedictiones* antè lectiones quouſque reſponſum fuerit. Am. *Cer. Ord. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *& p.* 4. *cap.* 6. *num.* 31. *& Epit. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 2. *num.* 3.

Ad illa verba. *Et Verbum Caro factum eſt* in Evangelio S. Joannis: Ad illa Evangelii Epiphaniç, *& procidentes adoraverunt eum*: & ad illa Evang. Ceci nati, *& procidens adoravit*, quç

verba in Evangelio lecta, genuflexionem poſtulant, & quando legimus in *Verſibus*, & *Reſponſ.* non genuflectimus, ſed ſtamus, facie verſa ad invicem. *Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. num. 4. & part: 4. cap. 6. num. 1. Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. part. 2. tit. 2. num. 3. & Pollac. in Aphor. p. 1. Cær. 6. pag. 151. Bauldr. p. 1. cap. 2. num. 15.*

Similiter ſtamus ad octavum Reſp. *Duo Seraphim clamabant, &c.* & ad *Te Deum laudamus, &c. Ad Cantica.*

Benedictus, Magnificat: & Nunc Dimittis, & extrà ſedem. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 7.*

Ad Pſalmos *Miſerere mei Deus, Laudate Dominum de Cœlis: Laudate Dominum omnes gentes*, & *Ecce nunc benedicite Dominum*. Ex laudabili conſuetudine.

Ad Symbolum S. Athanaſii. *Quicumque &c. Cær. ord. Min. p. 3. cap. 19. num. 21.*

Ad *Preces, Primæ, & Completorii*, niſi ſit genuflectendum; & à verſu *Pretioſa* uſque ad finem (dempta oratione *Dirigere*) ad *Reſp.* brevia, & verſiculos ſequentes.

In officio Completorii ad *Lectionem brevem* dum fit *Confeſſio* ab Hebdomadario, & à Choro reſpondetur *Miſereatur*, & dum dicitur *Indulgentiam*. Ad *Antiphonas Beatæ Mariæ Virginis*, quæ dicuntur in fine officii, tempore *Paſchali*, & diebus *Dominicis*.

Tempore officii B. Mariæ Virginis, præcipuè ad *Lectiones tempore adventus*. *Cærem. ord. Min. p. 3. cap. 7. n. 4. & cap. 9. num. 1.*

Item ad invicem converſi ſtamus, dum reſpondetur. *Deo gratias.*

Si

Si contingat recitare Divinum officium coram Sanctiſſimo Sacramento expoſito, omnes ſtare debent, excepto dum recitantur lectiones in Matutino. *Cær. ord. Min. p. 3. cap. 7. num. 3.*

Itèm quando Chorus incenſatur, omnes utriuſque Chori ſtare debent converſi ad invicem, præter Cantores paratos, & omnes extrà ſedem ſuam. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 7.*

Etiam ad invicem converſi ſtamus diebus Dominicis, poſt inceptam à Celebrante Antiphonam *Aſperges me*; qui autem ſtant ad legile, Celebrante accedente ſecedent hinc inde, exceptis Cantoribus, ſicque remanebunt ad ſe mutuo converſi, donec facta ſit aſperſio Chori.

Ad *Introitum Kyrie*, &c. quæ per Chorum cantantur, exceptis iis, qui ſtant antè legile.

Ad invicem converſi ſtamus in *Proceſſionibus*, dum per aliquod tempus erecti canendo adſumus, & peracta proceſſione, dùm redire debemus ad Sacriſtiam.

Præterea in *Capitulo*, vel *Choro*, dum dicuntur *Suffragia*: & ad *Benedictionem* menſæ, & *gratiarum actionem*. *Beavvais, ut ſupr. num.* 8.

Item in diæ Sancto *Paſchæ* cum ad *Primam* in Martirologio annuntiabitur *Solemnitas feſti*, omnes ſtabunt ad invicem converſi, & nudo capite: & ſic de cæteris feſtivitatibus ſolemnibus, & majoribus cum pronuntiatur *Feſtum*, vel *nomen* illius Sancti.

Digitized by Google

Quandò ſedendum in Choro.
Cap. XII.

SEdetur in Choro ad *Lectiones Matutini*, & ad *Martyrologium*, etiam Sanctiſſimo Sacramento expoſito. *Corſetus in Praxi. Sac. Rit. tract. 1. p. 1. cap. 15. n. 16.*

Sedetur etiam regulariter ad *officium Defunctorum*, exceptis pſalmis. *Venite exultemus Domino. Miſerere mei Deus; Laudate Dominum de Cœlis, Aliis.* & ℟. *Libera me Domine; Ad Pſalmos verò in veſperis, Completorio, &c.* niſi Sanctiſſimum Sacramentum, ſit ex poſitum ſedetur alternis vicibus. Sedetur etiam ad Reſponſoria poſt lectiones, except[illegible] ℟. *Duo Seraphim. Beauvais in Cer. Eccl. p. 1. Cer. Ord. Min. p. 3. cap. 7. & Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 2.*

Notandum eſt, quod quando in Choro ſedendum eſt ad pſalmos, ſedent omnes poſt *medietatem* primi verſus cujuslibet Pſalmi. *Beauvais ut ſup. & Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 2.*

Prælatus dicens *Benedictiones*, ante lectiones in Matutino, ſedet ad *Secundam, tertiam Quintam, Sextam, Octavam, & Nonam benedictionem. Cer. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 3. & p. 4. cap. 6. n. 15. & Cer. Epiſc. lib. 2. cap. 5.*

In Miſſa ſolemni ſedetur ad *Epiſtolam*, & *Prophetias*, ad *Graduale*, *Tractus*, vel *Alleluja* cum *verſu*, ac *ſequentia*, & à fine *offertorii* vſque ad *Præfationem*, ſeù ad Chori *incenſationem*. Poſt Antiphonam, quæ dicitur *Communio*, ſeù facta *Communione* Celebrantis,

& aliorum, & quando Celebrans ſedet. Sed hoc intelligitur regulariter de iis, qui non cantant. *Cęr. ord. Min. p.* 2. *cap.* 30. *num.* 6. 10. *&* 11. *& p.* 4. *cap.* 6. *n.* 13.

Si Celebrans voluerit concionari, ſedeat ſuper ſcamno nudo in cornu Evangelii, aut in pulpito ſine Caſula. *Arnaud in Epit. Gav. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *n.* 19.

Quando caput operiendum. *Cap. XIII.*

CAput operimus in Choro antè officium, ab ingreſſu uſque ad inchoandi ſignũ, & cum Pſalmi cantantur à *medietate primi verſus uſque ad medietatem* ultimi. Cùm *lectiones*, *Martyrologium*, & *Prophetiæ* cantantur, vel leguntur; & quotieſcumque *ſedemus* niſi Sanctiſſimum Sacramentum ſit expoſitum. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. *& cap.* 7. *n.* 3. *&* 4. *& p.* 4. *cap.* 3. *& Arnaud. Epit. Gav. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 2.

Hebdomadarius ſeù Celebrans quotieſcumque procedit ad Altare, ad Chorum, vel recedit, &c. Semper cum miniſtris caput operit. Niſi via ſit brevis. *Cer. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 3. *&* 9. *& p.* 3. *cap.* 1. *&* 3. *n.* 4. *& Cęr. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 3.

Addit *Bauld. p.* 2. *cap.* 11. *Art.* 1. non operiri debere ad Canticum *Magnificat*, *&c.*

In omnibus *Proceſſionibus* extra Eccleſiam excepta ea, in qua defertur SS. Sacramentum in omnibus locis *communitatis*, *Chori*, *Capituli*, *Refectorii*, *&c.* ab eo tempore, quoad loca propria acceſſimus, uſque ad ſignum ſuperioris,

rioris, & tempore *refectionis*. *Diſcip. D. Bon.*

Quando Caput aperiendum. *Cap. XIV.*

CAput aperimus initio officii, ex quo ſignum incipiendi datum eſt, uſquè ad *medietatem* primi verſus Pſalmi *Arnaud. Epit. Gav. part. 2. tit. 3.*

Ad verſum *Gloria Patri*: Ad *Hymnos*, *Antiphonas*, & *Reſponſoria*, & ad *Lectiones* SS. Sacramento expoſito. *Cær. ord. Min. part. 1. cap. 9. num. 10. & Corſet. tract. 1. p. 1. cap. 15.*

Ad *Abſolutiones*, & *Benedictiones* antè Lectiones, & ad *Evangelium*, uſquè ad., *& reliqua. Cær. ord. Min. p. 4. cap. 3. num. 3. & Tonell. in Sacr. Ench. lib. 1. cap. 1. §. 10. Sect. 3. pag. 40.*

Ad Cantica, *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis*: Ad Pſalmos, *Laudate Dominum omnes gentes*, & *Ecce nunc benedicite Dominum*. Ad Hymnum *Te Deum*, & ad *Symbolum S. Athanaſii. Arnaud. ut ſupr.*

Ad *Antiphonas B. Mariæ Virginis* in fine officii, & à *Capitulo* uſquè ad finem Horarum.

Ad Preces Pſalmorum *Gradualium*, & quæ dicuntur in officio *Defunctorum*.

Ad Pſalmos *Pœnitentiales* cum *Litaniis*, *precibus*, & *orationibus*. Item dum fratres, *cantant*, vel *legunt* publicè ſinguli, aut bini. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 3. num. 3. & Bauldr. p. 2. c. 5.*

Caput etiam aperimus toto tempore Divini officii, quando SS. Sacramentum patet expoſitum. *Cær. ord. Min. p. 1. cap. 9. num. 10. & part. 3. cap. 7. num. 3.*

Quoties

Digitized by Google

Quoties incedimus per Eccleſiam, vel Chorum; & quando publicè nominamur, vel aliquid nobis præcipitur.

Ingrediendo locum in quo communitas eſt congregata, vel ab eo recedendo. *Beauvais in Cær. Eccl. p. 1. cap. 9.*

Cum Prælatus, vel Superior in Capitulo, aut Refectorio *Sermonem* habet, uſquequò caput operire juſſerit; dum eundem alloquimur, occurrimus. *Id. ut ſuprà.*

Advertant præterea fratres, ut cùm operiendum, vel aperiendum eſt caput, manu decenter admota, & non excuſſione capitis, id ſemper faciant. *Ibid.*

Tandèm in Miſſa Solemni remanemus capite aperto à principio uſquè ad finem, excepto tempore quo ſedemus. *Cær. ord. Min. p. 4. cap. 3. num. 3.*

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Officio Miniſtrorum.

LIBER SECUNDUS

De Officio Ceroferariorum in genere. Cap. I.

CLerici cum Ceroferariorum munere fungentur, cereos æqualiter tenebunt, & deferent, pede Candelabri infra pectus ad cingulum fixo; cum verò Candelabra ſunt ſumpturi; ſemper ea manibus nudis, & diſcoopertis ſument, (niſi aliter aſſignetur, &c.) & ità, ut iis qui à parte dextra incedit, ponat manum ſiniſtram ad pedem Candelabri, & dexteram in medio ejuſdem Candelabri, globo; qui verò ad ſiniſtram incedit, è contra accipit globum ſiniſtra, & dextra pedem. *Cer. ord. Min. p. 2. c. 3. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num.* 14. & *Cer. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 11.

Quoties reverentias, & genuflexiones ſunt facturi, illas æqualiter, & eodem tempore facient. *Cer. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 11.

Inceſſus eorum erit moderatus, ſummamque modeſtiam, & gravitatem in omnibus motibus corporis obſervabunt; incedent autem ſemper pari, & æquali paſſu, quapropter erunt pares ſtatura, ut æqualia in motu ſint Candelabra, ipſa tenentes erecta, nec

nec ea cum humeris unquam inclinantes; cum verò per aliquã portam erunt tranſituri, ea demittent, non autem cum cereis ipſa inclinabunt. *Cęr. ord. Min. ut ſupr. num. 5. & Gav. loc. cit. & Cęr. Epiſc. ut ſupr.*

In Proceſſionibus procedent hinc, indè à lateribus Miniſtri, ſeù Subdiaconi Crucem ferentis; ſed ubi via erit anguſta Crucem præcedent bini incedentes, ſi locus patiatur, alioquin unus poſt alterum. *Cęr. ord. Min. p. 4. cap. 13. num. 1.*

Quando Thuriferarius non fert Thuribulum fumigantem, primi omnium præibunt Ceroferarii, ſecus quando habet Thuribulum fumigantem. *Cęr. ord. Min. p. 1. cap. 3. num. 5. & p. 4. cap. 7. num. 7.*

Cum procedunt ante Celebrantem, ſi manus vacuas habeant, ut quando non deferunt Candelabra, regulariter eas junctas tenent ante pectus; quod pariter faciunt, dum Celebrans facit *Confeſſionem*, dicit *Gloria in Excelſis*, & *Symbolum*: dum dicit *Orationes* ante Epiſtolam, poſt communionem, & ſimilia.

Dum cantatur Evangelium ſi ſit genuflectendum, ipſi ſtabunt cum Subdiacono, ac ſi immobiles eſſent. *Cęr. ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 7. Gav ut ſupr. tit. 6. num. 25. & Rubr. Gen. Miſſal. 17. num. 4.*

Quandò verò non tenent Candelabra, genuflectunt, & inclinant.

Ubi fuerit parvus numerus Sacerdotum, Ceroferarii ante, vel poſt Confeſſionem, facta prius genuflexione Altari, ibunt in Chorum,

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA
De Officio Miniſtrorum.

LIBER SECUNDUS

De Officio Ceroferariorum in genere. Cap. I.

CLerici cum Ceroferariorum munere fungentur, cereos æqualiter tenebunt, & deferent, pede Candelabri infra pectus ad cingulum fixo; cum verò Candelabra ſunt ſumpturi; ſemper ea manibus nudis, & diſcoopertis ſument, (niſi aliter aſſignetur, &c.) & ità, ut iis qui à parte dextra incedit, ponat manum ſiniſtram ad pedem Candelabri, & dexteram in medio ejuſdem Candelabri, globo; qui verò ad ſiniſtram incedit, è contra accipit globum ſiniſtra, & dextra pedem. *Cer. ord. Min. p. 2. c. 3. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 14. & Cer. Epiſc. lib. 1. cap. 11.*

Quoties reverentias, & genuflexiones ſunt facturi, illas æqualiter, & eodem tempore facient. *Cer. Epiſc. lib. 1. cap.* 11.

Inceſſus eorum erit moderatus, ſummamque modeſtiam, & gravitatem in omnibus motibus corporis obſervabunt; incedent autem ſemper pari, & æquali paſſu, quapropter erunt pares ſtatura, ut æqualia in motu ſint Candelabra, ipſa tenentes erecta,

nec

Digitized by Google

nec ea cum humeris unquam inclinantes; cum verò per aliquā portam erunt tranſituri, ea demittent, non autem cum cereis ipſa inclinabunt. *Cer. ord. Min. ut ſupr. num. 5. & Gav. loc. cit. & Cer. Epiſc. ut ſupr.*

In Proceſſionibus procedent hinc, indè à lateribus Miniſtri, ſeù Subdiaconi Crucem ferentis, ſed ubi via erit anguſta Crucem præcedent bini incedentes, ſi locus patiatur, alioquin unus poſt alterum. *Cer. ord. Min. p. 4. cap. 13. num. 1.*

Quando Thuriferarius non fert Thuribulum fumigantem, primi omnium præibunt Ceroferarii, ſecus quando habet Thuribulum fumigantem. *Cer. ord. Min. p. 1. cap. 3. num. 5. & p. 4. cap 7. num. 7.*

Cum procedunt ante Celebrantem, ſi manus vacuas habeant, ut quando non deferunt Candelabra, regulariter eas junctas tenent ante pectus; quod paritèr faciunt, dum Celebrans facit *Confeſſionem*, dicit *Gloria in Excelſis*, & *Symbolum*: dum dicit *Orationes* ante Epiſtolam, poſt communionem, & ſimilia.

Dum cantatur Evangelium ſi ſit genuflectendum, ipſi ſtabunt cum Subdiacono, ac ſi immobiles eſſent. *Cer. ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 7. Gav ut ſupr. tit. 6. num. 25. & Rubr. Gen. Miſſal. 17. num. 4.*

Quandò verò non tenent Candelabra, genuflectunt, & inclinant.

Ubi fuerit parvus numerus Sacerdotum, Ceroferarii ante, vel poſt Confeſſionem, facta prius genuflexione Altari, ibunt in Chorum,

Digitized by Google

rum, ut cum aliis cantent, ſuo tempore reverſuri, &c.

Offerentes aliquid Miniſtris Sacris, non oſculantur eorum manus, neque remque offertur. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 1. cap. 8. num. 4. & cap. 10. num. 11. & Gav. ut ſupr. tit. 7. num. 18. & tit. 10. num. 30.*

Celebranti incenſato Ceroferarii cum reverentiis debitis, & cum quaſi oſculis ampullæ, & Manutergii antè, & poſt, ſed ſtantes, non genuflexi, miniſtrant. *Cærem. ord. Min. cap. 9. num. 6. & Gav. ut ſupr. tit. 7. num. 24.*

De Cæroferariis in Veſperis Solemnibus. Cap. VII.

IN Veſperis Solemnibus Ceroferarii tempeſtivè convenient ad Sacriſtiam, ubi præmiſſa brevi oratione, & lotis priùs manibus, induent ſe Albis, vel Cottis, quas ſibi mutuo, atque etiam aliis Miniſtris convenienter aptabunt, & ſeriò advertent antequam è Sacriſtia diſcedant, num omnia circà ſe invicem, & reliquos Miniſtros ſint ritè diſpoſita. *Beauvais in Cær. Eccl. p. 2. cap. 5. §. 2.*

Propè ultimum ſignum Veſperarum, cereos Altaris accendent, quibus accenſis, redibunt in Sacriſtiam, cum debitis genuflexionibus, & reverentiis tàm Altari, quàm ſibi invicem, ubi ſuos accendent. *Id. loc. cit.*

Paratis igitur Celebrante, & aliis, Candelabra ſua accipient, & ſtantes antè Imaginem, quæ eſt in Sacriſtia hìnc indè à latere Cantorum quaſi in recta linea, vel ſi præ anguſtia

anguſtia loci non poſſint, ſtabunt à tergo ipſorum Cantorum cum Celebrante, ipſiſque Cantoribus mediocriter inclinabunt ſe, (vel potiùs genuflectent, ſi ità videbitur) Imagini in Sacriſtia poſitæ, ac ſtatim ad Altare, procedent. Poterunt etiam expectare ad oſtium Sacriſtiæ. *Beauvais, ut ſuprà.*

Cum pervenerint antè Altare, ſecedent hinc indè antè infimum gradum Altaris, ubi quaſi in recta linea paulò à tergo, ſtabunt omnium poſtremi, & cum Celebrante genuflectent in plano; & eo ſurgente, ſurgent, & dato ſigno incipiendi officium, genuflexionem facient Altari, deindè facie ad invicem converſa, aliquantulum ſe inclinabunt donec dicatur *Pater*, & *Ave*, quibus dictis ad Altare ſe convertent, & dum incipitur *Gloria Patri*, genuflexionem facient Altari, & ſimiliter facie ad invicem converſa manebunt inclinati uſquè ad *Sicut erat* excluſivè, poſteà ſe erigent, & facta Altari genuflexione cum Celebrante, procedent ad Chorum, & cum pervenerint antè ſedem Celebrantis, facie ad invicem verſa, ſtabunt hinc indè in ea diſtantia, qua relinquant Celebranti liberum ſpatium tranſeundi, cui tranſeunti ſe debitè inclinabunt, vel genuflectent, & ſtatim ſinè mora diſcedent ad Altare, ubi facta genuflexione, & inter ſe mutua inclinatione, ſua Candelabra deponent ſuper Credentiam, vel ſi non adſit, ſuper Altari. *Cær. ord. Min. part. 3. cap. 1. & Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3.*

Tum modeſtè, & manibus junctis redibunt

bunt ad Chorum cum debitis reverentiis, ſedentes, & ſtantes ad modum Chori in ſubſelliis inferioribus, manibus decenter pectori appoſitis, vel inſertis inter ſe digitis, vel urgente frigore, ipſis intra manicas aliquantulum reconditis. Alia præſtabunt, ut ſuis locis notatur, &c. *Beauvais, ut ſupr.*

Ad Matutinum, & ad Laudes omnia obſervabunt, ut in veſperis.

In veſperis, & in officio Defunctorum, ut ſuis locis notatur, aſſiſtent.

De Ceroferariorum officio in Miſſa ſolemni. Cap. III.

HOra competenti pergent Ceroferarii ad Sacriſtiam, ubi præmiſſa brevi oratione, & lotis manibus, omnia, & circa ſe ipſos, & reliquos miniſtros ritè obſervabunt, ut ſuprà in veſperis.

Dato ſigno, & omnia ritè diſpoſita, ſtantes antè Imaginem Sacriſtiæ, cùm aliis profundè ſe inclinabunt, & procedendo eoſdem miniſtros, manibus junctis pergent ad Chorum, & facta primùm genuflexione Altari, ſeù Sanctiſſimo Sacramento, ordine quo procedunt, ad inferiora ſubſellia in Choro hìnc indè ſe ſiſtent, accedentique Celebranti inclinabunt ſe debitè. *Beauv. in Cær. Eccl. part. 2. cap. 5. §. 3.*

Hora finita, præcedent manibus junctis Sacros Miniſtros ad Sacriſtiam redeuntes, tranſeunteſque antè SS. Sacramentum genuflectent, ut ſuprà, & cùm ad Sacriſtiam perve-

Digitized by Google

pervenerint, facient cùm eis Celebranti debitam, deindè Imagini profundam reverentiam: mox accendent cereos, & ſtatim ut impoſitâ fuerit caſula Celebranti, accipient ſua Candelabra, ac iteratò ſe ſiſtent antè Imaginem poſt Miniſtros Sacros, ſeù à lateribus illorum in recta linea pro ſitu loci, ubi ſtabunt nudis capitibus, Celebrante benedicente incenſum; & ſic facta mediocri inclinatione, (vel genuflexione) cùm Candelabris, Thuriferario eos præcedente pergent ad Altare. Poterunt etiam ſtare ad oſtium Sacriſtiæ, ut ſupr.

Cùm pervenerint ad Altare, genuflectent hìnc indè, ritù quo ſuprà antè infimum gradum, tùm ſurgent, & candelabra ſimùl deponent in anterioribus Credentiæ cornibus: is verò, qui tranſibit à cornu Evangelli ad cornu Epiſtolæ, nec genuflectere in medio, nec inclinare debet, alter autem illum expectabit, ut ſimul poſſint ad Credentiam accedere; depoſitis Candelabris genuflectent hìnc indè à lateribus Credentiæ, faciebus ad Altare converſis, & manibus junctis. *Cer. ord. p. 2. cap. 3. num. 5. & 6. & Gau. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 15. & 18.*

Facta Confeſſione, dùm Celebrans aſcendit ad Altare, Surgent, & ſtabunt in plano, verſis faciebus ad Altare, & manibus junctis, vel pectori decentèr admotis: nequè unquam diurnale, vel quoſcumque libros, aut Roſaria tenebunt præ manibus, *ex Cer. ord. Min. ut ſupr. num. 9. & part. 4. cap. 3. num. 4. & Cer. Epiſc. lib. 1. cap. 5. & Beavvv loc. cit.*

Dum

Dum ſit incenſatio Altaris ſemper cùm Celebrante genuflectunt, quamvis ipſe profundè inclinetur, quod, & in ſimili, &c.

Sedente Celebrante etiam ipſi ſedebunt; Ultimi autèm ſedere debent, & primi ſurgere. *Cær. ord. part. 2. cap. 6. num. 2.*

In aliis ſe gerent, ut ſuis locis notatum eſt: ſed quando utuntur magnis Candelabris, ad Confeſſionem, genuflectunt apud eas in plano, & illa elevant, & tenent cum debitis, genuflexionibus, & mutuis reverentiis, ut ex ſupra dictis patet.

De Thuriferarii officio in genere. *Cap. IV.*

HOra competenti perget Thuriferarius ad Sacriſtiam, ubi præparabit ſibi in aliquo vaſe carbones ignitos, & ponet in loco remoto propè Altare, &c. Deindè præmiſſa brevi oratione, & lotis manibus Alba, vel Cotta ſe induet, Thuribulum, & Naviculam præparabit, & cùm opus erit, Celebrantem ſe induentem juvabit. *Beavv. ut ſupr. cap. 7. §. 1. num. 1.*

Procedens cùm Thuribulo, deferet illud hoc ritu: accipiens ſiniſtra pedem Naviculæ clauſæ inter indicem, & pollicem, ità ut pars quæ aperitur pectus reſpiciat; dextrà verò manu ad cinguli altitudinem elevata ſuſtentabit Thuribulum, immiſſo pollice ejuſdem dextræ in majorem annulum Thuribuli, & annulari digito ejuſdem manus dextræ in minorem annulum, ſeù annulum oper-

operculi pariter immiſſo; ipſum annulum minorem ſuſtinebit aliquatenus elevatum, & à ſe removebit paululùm ipſum vas Thuribuli, nè fortè Albam aduri, vel maculari contingat, cùm verò ſtabit immotus, agitabit levitèr ipſum Thuribulum, nè ignis extinguatur. *Cær. ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 2. & 5. & Beavv. loc. cit. n. 2.*

Thuriferarius cum fert Thuribulum fumigantem, præit Ceroferariis; ſi verò non habeat Thuribulum, poſt Ceroferarios ibit. *Cær. ord. p. 4. cap. 7. num. 7.* Thuriferarius ad Altare genuflexionem facit poſt, ideſt retrò Celebrantem. *Cær. ord. loc. cit. num. 8.*

Ad Celebrantem accedens miniſtraturus incenſum, accipiat ſiniſtra Thuribulum, immiſſo pollice in annulum majorem, dextra tenebit pedem Naviculæ apertæ, itaut pars clauſa reſpiciat ipſum Diaconum, aut alium, cui etiam traditurus eſt, accedenſque tradet ei Naviculam, tum immitat pollicem dextræ manus in annulum catenulæ operculi, & elevabit ipſum operculum, eademque manu complectens catenulas inter operculum, & Thuribulum, circa medium earum, flexoque quaſi genu dextro offeret Thuribulum æqualitèr elevatum ad Naviculæ altitudinem, Celebranti; ut commodè poſſit in illud immitti thus. *Cær. ord. p. 2. cap. 4. num. 1. Beavv. ut ſupr. Gav. in Epit. tract. 1. part. 2. tit. 4. num. 7.*

Impoſito thure, ac benedicto, claudet Thuribulum, ſiniſtra tenens majorem annulum, cum qua etiam recipiet Naviculam ab eo

eo qui miniſtravit incenſum, eidemque interim porriget in dextram catenularum ſummitatem, & thuribulum in ſiniſtra, ut ipſe commodius ad manus Celebrantis contrariò modo porrigat. *Cęr. ord. p. 4. cap. 7. num. 6. & Cęrem. Epiſc. lib. 1. cap. 23. & Beavvais ſupr. cit.*

Thuriferarius offerens naviculam, Thuribulum, aut aliquid aliud Diacono, vel aliis Miniſtris, non oſculatur eorum manus, neque rem, quæ offertur. *Cęr. ord. p. 2. cap. 4. n. 2. & Gav loc. ſup. cit.*

Si verò ſolus eſt miniſtratus incenſum, & thuribulum, pollice manus ſiniſtræ ſuſtinebit thuribulum, eademque manu intèr indicem, & pollicem retinens pedem Naviculæ, accipiet cochlear dextra per inferiorem manubrii partem, hoc eſt propè vas ipſum cochlearis, illudque prius oſculans, dabit Celebranti, cujus, & oſculabitur manum accipientis.

Deindè operculum per minorem annulum elevabit manu dextrà, eademque manu catenulas inter operculum, & vas thuribuli complectens, quaſi genuflexus, & modicè inclinatus, dicet: *Benedicite Pater Reverende*; impoſitoque, ac benedicto thure, operculum, demittet, ac porriget celebranti hoc ritu.

Accipiens manu dextra ſummitatem catenularum juxtà manubrium (quòd quidem oſculabitur) imponet ſiniſtræ Celebrantis, inferiorem verò partem earumdem catenularum propè vas thuribuli ſiniſtra complectens,

tens,

tens, ponet in dexteram, quam, & oſculabitur. Deindè clauſà Navicula ſtans à dextris ejus, fimbrias pluvialis ſiniſtra elevabit, altera manu pectori admota, naviculam tenens: & genufleɛtet ſemper quoties incenſationis tempore Celebrans genufleɛtet Sanɛtiſſimo Sacramento, vel Cruci inclinabit. *Cęr. ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 8. & cap. 4. num. 1. 2. & Gav. ut ſupr. ac Beavv. loc. cit.*

Finita demùm incenſatione recipiet hoc modo thuribulum: Supponens ambas manus dextræ Celebrantis ipſamque quaſi ſublevans oſculatur, tùm thuribulum accipiens per ſummitatem catenularum infrà ſiniſtram Celebrantis oſculabitur etiàm illius manubrium, deindè retrocedens tantillum in cornu Epiſtolæ, ſiniſtra pectori admota cùm navicula, tenens ſummitatem catenularum intèr pollicem, & indicem: dextra verò catenulas ipſas propriè vas ipſius thuribuli, thurificabit ipſum Celebrantem triplici ductu profundè ſe illi inclinans antè, & poſt incenſationem. *Ex Cęr. ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Quandò Thuriferarius miniſtraturus eſt thuribulum, vel naviculam, advertat, ut illud teneatità elevatum, vel elevatam ad altitudinem coram Celebrante, ut ipſe non cogatur ſe inclinare, dùm incenſum imponit, &c. *ibid.*

Advertat autem, ut non omninò genufleɛtat, dùm Celebrans imponit, thus, ſed ſit quaſi genuflexus, niſi miniſtret Epiſcopo, quia tunc genufleɛtet ei, dùm thus imponit

ponit in Thuribulum *ex Cærem. Epiſc. &c.*

Advertat etiam, ut dum fimbriam pluvialis elevat, ſuperficies exterior appareat, & ità elevabit, ut Celebrans miniſterio ſuo commodè fungi poſſit, quod ſimiliter ab aliis obſervandum eſt, dum fimbrias pluvialis elevabunt. *Beavv. ut ſup. num.* 4.

Chorum incenſaturus, vel quid ſimile, ſiniſtra pectori admota naviculam tenebit; dextrà verò ſummitatem catenularum juxta manubrium, ea quæ ſola ducet Thuribulum, ac ſtatim poſt primum ductum incipiet procedere toties ducens Thuribulum, quoties movebit pedem, ita aut inceſſus thurificationis, & è contrà thurificatio inceſſui, ex æquo reſpondeat, nec, inceſſu finito, ducet ulterius thuribulum, ſed mox ceſſabit à thurificatione. *Beav. ut ſup. n.* 5.

Abſente Cæremoniario, thuriferarii munus erit, ſi quid Celebranti defuerit, advertere, ac illi porrigere; librum prò cantando Capitulo tenere, lumen, & alia hujuſmodi miniſtrare; cùm verò aliquid ex his ei porriget, oſculabitur quidem id, quod offert, minimè verò manum Celebrantis.

In Proceſſionibus SS. Sacram. incenſatio poteſt fieri duobus modis. Primò ſi Thuriferarii inceſſent ductis thuribilis, ut in incenſatione perſonarum: Secundò ſi hinc inde antè procedant moventes manibus dextris thuribula de iiſdem pendentia, & effumantia, quaſi ſternendo viam Sacramento cùm odore incenſi, qui modus videtur magis uſitatus, & congruus. *Ità Rit. Rom. de*

Pro-

Proceſſ. SS. Sacram. Cær. ord. Min. p. cap. 12. *n.* 9. *& Pollac. in Aphor. part.* 2. *Cærem.* 3. *pag.* 129.

De Officio Thuriferarii in Veſperis ſolemnibus. Cap. V.

THuriferarius ſigno veſperarum audito, perget ad Sacriſtiam, ubi præmiſſa brevi oratione, & lotis manibus, induet ſe Alba, vel Cotta; deinde Celebrantem ſe induentem juvabit. Omnibus ritè diſpoſitis profundè ſe inclinabit cum Celebrante, & aliis Imagini principali in Sacriſtia poſitæ ſtans retrò poſt Celebrantem, (vel ſi ſint duo ſtent hinc indè retro cantores) deindè egredietur poſt Ceroferarios, procedens ad Altare cum *libro manuali*, vel ſi nihil habeat manibus junctis. *Cærem. ord. Min. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 7.

Cum autem pervenerit ad Altare ſiſtet ſe antè infimum gradum ad cornu epiſtolæ à ſiniſtris Ceroferarii, in ea diſtantia, quà relinquat Celebranti, & aliis liberum ſpatium tranſeundi; tum retrò poſt Celebrantem cum aliis genuflectet, & dato ſigno ſe inclinabit ad *Pater*, & *Ave*, & etiam ad *Gloria Patri, &c.*

Deindè facta genuflexione perget ad Chorum, ubi cum debitis reverentiis, ſiſtet ad locum ſuum donec incipiatur Pſalmus. *Dixit Dominus, &c.* quia tunc cum debitis reverentiis, & inclinationibus exuet Pluviali Celebrantem, & ſuo loco reponet; reverſuſque

ſuſque ad Chorum cum debitis inclinationibus ſedebit, & ſtabit cum aliis ad modum Chori. *Idem loc. cit.*

Circa finem ultimi Pſalmi, factis Celebranti, Choro, & Altari debitis reverentiis perget ad Sacriſtiam ad pręparandum ignem in thuribulo, & poſt indutum Celebrantem Pluviali, cum thuribulo, & navicula redibit ad Chorum, non impoſito thure in thuribulo, & ſiſtet ſe à parte dextra Chori, ideſt juxta cornu Evangelii, ibique leviter agitabit thuribulum. *Idem. num.* 10.

Si verò abſit Cæremoniarius, antequam accipiat thuribulum, tenebit librum Celebranti, ut Capitulum cantet. *Beavvais de Cęrem. Eccl. p.2. cap.7. §.2.*

Inchoato *Magnificat*, poſt reverentiam Celebranti factam, procedet ad Altare antè Ceroferarios, & antè infimum gradum, ſe ſiſtet ad cornu Epiſtolæ à ſiniſtris Ceroferarii, cum autem pervenerit Celebrans, ſimul cum eo genuflectet retrò, vel à ſiniſtris Cæremoniarii, ſi adſit, & quando Celebrans oſculabitur Altare, quaſi genuflectet à dextris ejus paululum retrò, & porriget naviculam Cærimoniario, vel primo Aſſiſtenti, ſi adſint, alioquin ipſi Celebranti, & Thuribulum ſuſtinebit antè ipſum, ut in illud thus immitat, quod poſtea tradet Cæremoniario, aut primò Aſſiſtenti, qui illud porrigat Celebranti, & ſi ambo deſint, ipſe cum debitis oſculis, & inclinationibus porriget eidem Celebranti. *Cęrem. ord. loc. cit. n.* 14. & 15.

Cum

Cùm Celebrans incenſabit Altare, abſente Cæremoniario, vel Aſſiſtentibus, elevabit fimbriam Pluvialis, ſemper cum eo genuflectens, & finita incenſatione Altaris, ad cornu epiſtolæ recipiet thuribulum.

Si aliud Altare erit incenſandum, primus omnium procedet, & alia præſtabit, *ut ſup.*

Thurificato Altari, & recepto thuribulo de manu Celebrantis cum debitis inclinationibus, & oſculis (vel de manu Aſſiſtentis, aùt Cæremoniarii ſinè oſculis) & factà cum eo genuflexione, revertetur ad Chorum antè ſedem Celebrantis, cui tranſeunti ſe debitè inclinabit, & cum pervenerit ad ſedem ſuam, ſtans antè illum, thurificabit triplici ductu inclinans ſe profundè antè, & poſt thurificationem.

Deindè incenſabit Prǽlatum, poſteà Cantores, & alios de Choro, vel Chorum cùm debitis inclinationibus, & genuflexionibus, deindè populum ter, primò in medio, poſtmodùm à latere Epiſtolæ, tertiò versùs latus aliud cùm inclinationibus antè, & poſt. *Beav. ut ſupr.*

Incenſatione peracta, factaque debita reverentia Altari, & ſalutato Choro, redibit ad Sacriſtiam: depoſitòque thuribulo ſtatìm revertetur ad Chorum, ubi præmiſſis debitis reverentiis, librum ambabus manibus elevatum tenebit, ut Celebrans orationem dicat. *Cær. Ord. ut ſup.*

Ad verſum *Gloria Patri*, profundè ſe inclinabit verſus Altare, ac finito verſu continuabit incenſationem, uſquè ad *Dominus*

Digitized by Google

vobiſcum, ſi opus erit. *Beav. ſup. cit. num.* 8.

Nullum incenſabit niſi ſtans, & ſi aliquis ſit aùt genuflexus, aut ſedens, modeſtè monebit, ut ſurgat ad incenſationem. *Cer. Ord. Min. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 8.

Ubi erunt duo Turiferarii, bini procedent ad Altare, &c. & hinc indè ſe ſiſtent.

Finitis Veſperis pergent, vel perget ad Sacriſtiam poſt Ceroferarios, deindè Celebranti accedenti, poſteà Imagini profundè ſe inclinabit, moxquè Celebrantem Sacris veſtibus ſe exuentem juvabit. *Beav. cap. & §. ſup. cit. num.* 13.

De Officio Turiferarii in Miſſa Solemni. Cap. VI.

DAto ſigno Campanarum, Thuriferarius perget ad Sacriſtiam, ubi præmiſſa brevi oratione, & lotis manibus, Alba, ſeù Cotta ſe induet, poſteà Celebrantem ſe induentem juvabit.

Celebrante omnibus ornamentis induto, tradet naviculam Diacono, ſivè Præsbytero aſſiſtenti ſine oſculis, & thuribulum miniſtrabit, vel ſi abſint iſti miniſtri, ipſe ſolus Celebranti omnia miniſtrabit; & facta Cruci, vel Imagini principali in Sacriſtia, inclinatione à tergo Celebrantis inter duos Ceroferarios, primus omnium procedet ad Altare portans Thuribulum fumigantem leviter illud agitans. *Beavvais in Cerem. Eccl. p.* 2. *cap.* 7. *§.* 3.

Cum pervenerit antè infimum gradum Altaris

Altaris, retrahet ſe verſus cornu epiſtolæ, aditum præbens Miniſtris, & Celebranti, cui caputium adaptabit, & cum omnibus genuflectet, retrò poſt Celebrantem, deindè ſe erigens procedet propè Credentiam, ubi genuflexus manebit, dùm fiet Confeſſio; thuribulum levitèr agitans, *Beav. ut ſupr.*

Si autem antè Miſſam cantetur Tertia, procedit poſt Ceroferarios, manibus junctis ad Altare, & ad Chorum, & tenet librum Celebranti ad Capitulum, & orationem, reditque in Sacriſtiam, ut in veſperis dictum eſt.

Facta confeſſione ſurget, & aſcendet per gradus laterales Epiſtolæ, ibique ſtans in ſupremo gradu, facta cùm Miniſtris genuflexione, tradet Diacono naviculam, & offert thuribulum elevatum Celebranti, & benedictione facta, tradet thuribulum Diacono, recepta navicula, quam deponet ad Credentiam, accipiens de Altare Miſſale, &c. & incenſato plano Altaris ejuſdem cornu epiſtolæ, reponet librum, ſemperque genuflectens cùm Celebrante. *Beav. loc. cit.*

Facta incenſatione Altaris, & Celebrantis, recipiet thuribulum, quod congruo loco reponet: deindè ſtabit in planò manibus junctis, vel pectori decenter admotis, & compoſitis.

Si autem Celebrans ſedeat, ipſe paritèr ſedebit medius intèr Ceroferarios, & cùm illis ſurget, & omnia præſtabit, ut ſuis locis, & in Miſſa notatur. *Id. ut ſup.*

Quando in Miſſa Ceroferarii, utuntur

Digitized by Google

magnis Candelabris, Thuriferarius, ad Confeſſionem genufleƈtet in plano poſt Celebrantem, ſi verò ſint duo, genufleƈtent hìnc indè.

Dùm cantatur Evangelium, Thuriferarius levitèr ducit, & reducit Thuribulum post Diaconum. *Gav.p. 2. tit. 6.*

Advertendum eſt, quod quandò Subdiaconus incenſat Sanƈtiſſimum Sacramentum ad Elevationem, Thuriferarius incenſum imponit in thuribulum, abſquè benedictione, & non Subdiaconus. *Pollac. in Aphor. part. 1. Cærem. 2. pag. 123. & Cærem. Epiſ. lib. 1. cap. 23.*

De Officio Acolythorum Chori. *Cap. VII.*

DUo ex Fratribus junioribus profeſſis, ſivè novitiis, in ſtatura æquales, & voce concordes, ſingulis hebdomadibus deputabuntur prò Acolythorum officio: quorum primus ſtabit sempèr à Choro hebdomadarii in prima ſede inferiori, alter verò ab altera parte. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 8.*

Officium autem eorum erit legendi, cantandi, vel intonandi *Invitatoria*, *Antiphonas*, *Pſalmos*, *Hymnos*, *Leƈtiones*, *Reſponſoria*, *Verſiculos*, *Cantica*, *Benedicamus Domino*, quando Veſperæ, & Laudes cantantur; *Martyrologium*, *leƈtionem brevem* ad Primam, & Completorium, vel quid ſimile, *ibid.*

Quando officium fuerit Duplex, vel Semiduplex, Invitatorium, & Pſalmum,

Venite

Venite exultemus Domino, in matutino ambò ſimùl recitabunt.

Antiphonæ ad Matutinum, ad Laudes, & in Veſperis, antè Pſalmos integrè dicuntur, & in fine integrè repetuntur in duplicibus, & paritèr ſimùl intonant Pſalmos, & dicunt verſiculos, & alia hujuſmodi, *ibid.*

In Semiduplicibus, ſimplicibus, aut feriis, ad Matutinum, ad Laudes, & ad Veſperas, enunciabunt antè Pſalmos principium Antiphonæ tantùm, ideſt duò; vel tria verba, vel unicum tantùm verbum, ſi conſtet pluribus Syllabis, & in fine integrè repetent, *ibid.*

Cùm officium fuerit ſimplex, feriale, aut mortuorum; omnia intonabit primus Acolythus.

Primi eorum erit ad meditationem, & menſam legere, & Chori tabellam ſingulis Sabbati diebus, ſecundùm Chori mutationem tranſponere; horarum antiphonas à laudibus deſumptas inchoare, & in fine integras recitare, & Martyrologium, & lectiones breves primæ, & Completorii, cantare, aut recitare.

In Matutinis horis primas etiam leget lectiones primi nocturni, alter verò lectiones ſecundi, & quando unus leget lectiones, alter leget Reſponſoria, & qui legit lectionem, leget verſum.

In commendandis antiphonis in duplicibus, facta priùs ambo ſimul verſus Altare profunda reverentia, vel genuflexione: accedunt ad hebdomadarium, cui in-

veſperis, & laudibus commendant, primam antiphonam, & antiphonam ad *Magnificat*, & *Benedictus*; alias verò *Antiphonas* commendant ad eum Patrem, ab ea parte Chori, cui per ordinem convenit, facta illi debita reverentia antè, & poſt: deindè in medium redeuntes, facta Altari reverentia, poſt antiphonam intonant Pſalmum, iterùmque inclinantes verſus Altare, & ſibi invicem: *ibid.*

Quando autem non eſt Duplex, primus Acolytus antiphonas commendat Patribus in primo Choro, ſecundus verò in ſecundo ſecundùm ordinem, &c.

Si autem non cantatur, ipſi enuntiant duo, vel tria verba cujuſcumque antiphonæ, & in fine integras repetunt: *ibid.*

Acolyti in fine ultimæ lectionis dicentes, *Tu autem Domine*, genuflectunt, & ſi tres lectiones ſucceſſivè legant, in fine primæ, & ſecundæ profundè ſe inclinant, & in fine ultimæ genuflectunt. Cęr. *Ord. Min. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 3. *& cap.* 7. *num.* 4. *& p.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. *& Gav. in Epit. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 2. *num.* 7.

Privatum illorum munus erit, librorum Chori diligentem curam habere: officium prævidere, & quæcumque ab eis, & ab aliis dicenda erunt, ſignaculis denotare.

Omnibus neceſſariis tàm prò nocturnis, quàm prò diurnis officiis etiam erit opportunè prævidere.

Chorum præſcriptis temporibus evertere: ſedes omnes, & legile, quiſque à ſua parte, bis quotidie à pulvere mandare.

Libros ad officium Divinum neceſſarios, oppor-

opportuno tempore aperire, & præparare, ſolia vertere, & poſt completum officium, & non priùs, claudere; & omnia debita cum modeſtia, & magna reverentia tractare, & accedentes, recedentes à medio Chori, vel per medium tranſeuntes, ſemper genufle-ctere, vel ſaltem profundam inclinationem facere. *Cęr. Ord. Min. p.4. cap.6. num. 1.6.*

Cui continget vertere folia librorū caveat ne unquam tangat lãternam propter oleum.

Omnia denique ſecundùm laudabilem uſum Provinciæ, tàm in Choro, quàm extrà Chorum, punctualitèr: ac devotè obſervare meminerint.

De Officio Cantorum.
Cap. VIII.

CAntores ſuum officium incipient à veſperis Sabbati, quod proſequentur uſquè ad veſperas ſequentis Sabbati, excluſivè.

In feſtis verò Solemnibus fungetur ſuo munere à primis veſperis uſquè ad Completorium feſti incluſivè. *Beavvais p. 2. c. 8. §. 1. & 2.*

Cantorum officium eſt Chorum regere in iis, quæ ad cantum ſpectant, & advertere, ut Chorus perſiſtat in ſuo tono proportionato, non nimis in intonationibus elevando, aut deprimendo vocem, atque ideò debent omnia ſeriò prævidere, quæ canenda ſunt, ut nulla in laudibus Divinis oriatur confuſio. *Cęr. Ord. Min. part. 3. cap. 8.*

Digitized by Google

Ad veſperas, cùm debitis reverentiis, primam antiphonam commendant hebdomadario, deindè intonant primum pſalmum, quem in duplicibus, & ſemiduplicibus ſimul intonant, & in fine reſumunt.

Antiphonam, quam Chorus proſequitur, interim ſecundus Cantor præcinit ſecundam antiphonam alicui ſui Chori, & ſic de cæteris viciſsim; Hymnum intonant, & in fine versùm cantant: præintonant Antiphonam ad *Magnificat* Hebdomadario, quam Chorus proſequitur; deindè intonant Canticum *Magnificat*: & in fine reſumunt Antiphonam; Si autem faciendæ ſint aliquæ commemorationes, Antiphonas, & verſus cantant, & in fine in loco conſueto cantant *Benedicamus Domino*, deindè debitis cum reverentiis ad ſua loca recedunt. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr.*

Ad Matutinum, quando officium fuerit Duplex, vel Semiduplex, *Invitatorium* ambo cantabunt, & paritèr Hymnum intonabunt, in cujus fine præintonabunt Hebdomadario primam Antiphonam, vel ſi non cantetur, leget primus Cantor: deindè intonabunt primum Pſalmum, & ſic de cæteris, & in fine cujuslibet nocturni verſiculum cantabunt. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. & Gav. Epit. tract. 2. p. 2. tit. 2. num.* 10.

Primus Cantor leget, vel cantabit lectiones primi nocturni, & ſecundus, ſecundi nocturni, aùt alicui ex junioribus commendabunt juxtà conſuetudinem. Reſponſoria verò, & verſus cantabunt, vel legent per ordinem, &c.

Intonabunt Hymnum *Te Deum*, & *Per ſingulos dies*, quandò dicitur, alioquìn cantabunt nonum Reſponſorium. In ſimplicibus, & Feriis, prædicta cantantur à primo Cantore, & paritèr in officiis Defunctorum.

Ad Laudes idem ſervabunt, ſicut in Veſperis.

Ad *Primam* Hymnum intonabunt, & in fine primus Cantor Antiphonam Hebdomadario præintonabit, deindè Pſalmum intonabunt, & in fine reſument Antiphonam, verſiculoſque cantabunt. *Cær.Ord.Min.ut ſup.*

Primus Cantor antè verſum *Pretioſa*, cantabit *Martyrologium*, excepto triduo antè Paſcha, quibus diebus omittitur.

Idem etiam Cantor in fine cantabit lectionem brevem. *Ex Rubr.Martyr.*

Ad *Tertiam Sextam*, & *Nonam*, in duplicibus, & Semiduplicibus, antiphona poſt Pſalmos ab eiſdem ſimul repetitur., quæ ſub finem hymni præintonata fuit hebdomadario, initia quoquè hymnorum ipſi, & verſiculos poſt capitulum coniunctim dicunt cùm debitis, & mutuis inclinationibus, de quibus hìc nihil appoſuimus, quia ſuis locis ſatis dictum eſt. *Cær. Ord. ut ſup.*

In ſimplicibus, & feriis, omnia ſupradicta faciet primùs Cantor. *Id.*

Ad *Completorium*, primus Cantor cantat lectionem brevem, & ambo ſimùl commendant hebdomadario antiphonam *Miſerere*, & intonant Pſalmum, & ſic de cæteris in duplicibus, &c.

In fine reſument antiphonam, hymnum intonabunt, verſus: *In manus tuas*, *&c.* cantabunt, & antiphonam ad Canticum Hebdomadario commendabunt, quem poſteà intonabunt, & in fine reſument antiphonam, & tandem intonabunt antiphonam *B. Marię Virginis*, & verſum cantabunt, deindè commemorationes poſt Completorium, ſi ſint dicendæ, intonabunt, & verſus cantabunt. *Id. loc. cit.*

Ad Matutinum lectiones primas ſemper junioribus commendabunt, reliquas verò Senioribus, & magis dignis. *Cęrem. Ord. ut ſup. cap.* 4. *num.* 3.

Qui lectionem, vel lectiones leget, ità oportunè accedet ad lectorile, ut à Choro non expectetur, recitabit autem, vel cantabit manibus hinc indè ſuper librum poſitis, neque antè incipiet legere, quàm omnes in Choro ſimul conſederint. *Cęr. Ord. Min. ut ſup. num.* 7. *&* 8. *& Cęrem. Epiſc.*

In Officio Defunctorum, quando ſolemnitèr cantabitur, duo Cantores parati cantabunt *Invitatorium*, *&* *Pſalmum: Venite*, *&c.* *Beav. ut ſup.* §. 1. *num.* 7.

Antiphonas pſalmos, verſiculos, lectiones, & reſponſoria, cantabunt eodem modo, quo ſupra ad Matutinum dictum eſt, idemque obſervabunt ad Laudes, & ad Veſperas.

Ad Pſalmos *Graduales*, primus pſalmus ab Hebdomadario inchoabitur, Pſalmi verò, *Qui confidunt*, & *De profundis* à primo Cantore incipientur, alios proſequetur Chorus ſine

ſine ulla diſtinctione. *Cær. Ord. p. 3. c. 8. num.* 11.

Ad *Septem Pſalmos Pœnitentiales*, antiphona per Hebdomadarium inchoabitur, & primus Pſalmus incipietur à primo Cantore, reliquos proſequetur Chorus ex ordine. *De Cantoribus, vide Durand. lib. 2. cap. 2. & Bordon. tom. 3. var. Reſol. p. 2. Reſol. 64. num. 18. pag.* 219.

Litaniæ Majores, in *Sabbato Sancto*, & *Vigilia Pentecoſtes* integrè dicuntur à Cantoribus, eaſque Chorus integrè repetit. *Gav. tract. 2. in Apend. tit. 4. num. 6. & Rubr. Miſſal.*

Litaniæ verò *Majores*, quæ dicuntur in Proceſſionibus *Rogationum*, & in *Pœnitentialibus* in Choro, non integrè dicuntur à Cantoribus, ſed alternatim, ſcilicet Choro reſpondente *ora pro nobis*: Quod idem ſervatur in litaniis majoribus in feſto S. Marci; *Ritual. Rom. Pauli V. & Gav. ut ſupr.*

Ad *Aſperſionem aquæ benedictæ*, quæ *Dominicis* diebus Miſſam præcedit, inchoata per Celebrantem antiphona. *Aſperges me*, vel *vidi aquam*, &c. Uterque cantor eam proſequetur, dicens, *Domine*, &c. Deindè cantabunt medietatem verſiculi, *Miſerere*, & *Gloria Patri*; poſteà reſument, *Aſperges me*, &c.

In Miſſa, diebus Dominicis, & duplicibus, duo Cantores incipient *Introitum*, *Kyrie*, & omnia alia.

In ſemiduplicibus, ſimplicibus feriis, & Miſſis Defunctorum, omnia incipientur ſolùm à primo Cantore, excepto *Alleluja* cùm verſu, quod à duobus ſimul cantabitur. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 8. num.* 12.

Cantores ad *Sanctus* non genuflectunt niſi expleto cantu; quod erit obſervandum in ſimili. *Cær. Ord. Min. p. 4 cap. 6. num. 13. Benedictus, qui venit, &c. poſt Sanctus*, non cantatur, & niſi poſt depoſitionem Calicis, etiam in Miſſis Defunctorum, & ſtando. *Arnaud. Epit. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 27. & Cær. Epiſc. & Ord. Min.*

Advertant Cantores, quod monet. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 8.* ut *Communio* cantetur immediatè poſt *Agnus Dei*. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 11.*

Cantores à Dominica quinta quadrageſimæ uſquè ad Paſcha, excepta feria quinta, in Cœna Domini, non utuntur cantu *figurato*, ſed *Gregoriano*, qui dicitur firmus. *Alcocer. tract. 4. pag. 292. Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 15. num. 2. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 20.*

Non licet Cantoribus ullam notam addere iis, quæ habentur in libris Choralibus, & *Miſſal.* expreſſæ, nec ullas syllabas reduplicare. *Conſt. Valliſol.*

Audiant Cantores, quid dicat *B. Birgitta*: Clericorum cantus non ſit preſſus, non fractus, non diſſolutus, ſed honeſtus, & gravis, uniformis, & per omnia humilis, pſalmodia plus redoleat ſuavitatem mentis, humilitatem, & devotionem, quàm aliquam oſtentationem, non vacat à culpa animus, quando cantantem plus delectat nota quàm res, quæ canitur, omninoque eſt abominabile Deo, quando mentis elevatio plus ſit propter audientes, quàm propter Deum.

De

De Officio Hebdomadarii. Cap. XI.

QUiſlibet Sacerdos hebdomadam ſuam faciet, ſuumque officium incipiet Sabbato ad veſperas, quod uſquè ad veſperas ſequentis Sabbati excluſivè exequetur, ſuuſque locus erit primus à parte ſui Chori. *Sac. Cong. Rit.* 22. *Aug.* 1626.

Si autem infrà hebdomadam occurrat aliquod feſtum ex ſolemnioribus, hebdomadarius cedet illud officium ei, ad quem pertinet de more, & hoc à *primis Veſperis*, uſquè ad *Completorium* diei feſti incluſivè, ex laudabili, & antiqua ordinis conſuetudine. *Beav. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 1.

Ad Veſperas dato ſigno dicit ſecretò, *Pater*, & *Ave*, profundè inclinatus, & iterùm dato ſigno, (facta prius inclinatione debita Prælato) incipit *Deus in adjutorium*, ſe ſignans manu extenſa à fronte ad pectus, & à ſiniſtro humero ad dexterum, ſiniſtra poſita infrà pectus, in fine jungens manus. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. & *cap.* 9. *num* 4. *Gav. in Epit. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 3. & *Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 1.

Intonat *primam antiphonam*, cantat *Capitulum manibus junctis*, & intonat antiphonam ad *Magnificat*, & ſi non cantetur, in principio eam enunciat, & in fine totam legit. Cantat *orationem*, & *orationes commemorationum*, ſi adſint, manibus junctis, dicit *Dominus vobiſcum*, & *Benedicamus Domino*, quando veſ-

perè

perè non cantantur, dicit *Fidelium animæ, &c. Pater noſter*, ſecretò, *Dominus det, &c. verſum, & orationem* B. M. Virginis ſtando, &c. & genuflexus, orationem *Sacroſanct. &c. Cær. Ord. loc. ſupra cit. & cap. 7. num. 2.*

Ad *Completorium* legit, vel cantat *Benedictionem* lectionis brevis, dicit *Adjutorium noſtrum*, ſe ſignans. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. num. 15. & loc. cit. & Gav. ut ſuprà.*

Dicit *Pater* ſecretò, & facit *Confeſſiones*, dicit *Converte nos*, ſe ſignans pollice dextro in pectore. *Cær. Ord. p. 3. cap. 1. num. 4. & Gav. ut ſupr. tit. 1. num. 6.* Dicit *Deus in adjutorium* ſe ſignans manu extenſa, & intonat antiphonam *Miſerere*, alioquin enunciat Cantor, cantat *Capitulum*, & enunciat, vel intonat antiphonam ad *Nunc dimittis*, quam poſteà integrè repetit; Dicit preces, ſi dicendæ ſint, dicit, vel cantat *orationem*, dicit *Benedicamus Domino*; & *benedicat, & cuſtodiat* graviori voce ſe ſignans dùm dicit *Pater, & Filius. Cær. Ord. p. 3. cap. 2. num. 15. & cap. 9. num. 4. Gav. loc. cit. & Rubr. Brev.*

Si autem dicendum ſit *Completorium* B. M. Virginis, immediatè poſt *Benedicamus Domino* incipit *Converte nos*, & in fine dicit, *Benedicat, & cuſtodiat, &c.*

Poſt antiphonam B. M. Virginis dicit, vel cantat *orationem*, deindè dicit, *Divinum auxilium*, cùm *Pater, Ave*, & *Credo* ſecretò. *Rubr. Brev.*

Dicit *verſum*, & *orationes* Commemorationum poſt *Completorium*, & ſi non eſt feſtum duplex, incipit preces prò *Benefactoribus*,

dicens

dicens verſus, & orationem, ſcilicet feria 2. 4. & 6. & poſteà orationem *Sacroſanctæ* cùm aliis, ut in *Rubr. Brev. ad uſ. F. Min.*

Ad Matutinum dato ſigno incipiendi, dicit profundè inclinatus ſecretò, *Pater*, *Ave*, & *Credo*, etiam antè officium parvum B.M.V. ſi coniungitur officio, deindè dicit, vel cantat *Domine labia*, *&c.* pollicè dextro ſe ſignans ore, ſubdit, *Deus in adjutorium*, *&c.* ſe ſignans manu extenſa, ut in veſperis. *Beav. ut ſupr.* In Solemnibus intonat hymnum ſtans junctis manibus uſquè ad finem, & etiam intonat primam antiphonam. *Cær. Ord. p. 3. cap. 1. num.* 11. *Gav. Epit. tract. 2. p. 2. tit.* 3.

Quandò principium hymni continet invocationem *Dei*, & *Jeſu Chriſti*, dùm hebdomadarius eum intonat, elevat, & jungit manus, caput verſus Altare inclinans, ob reverentiam Dominicæ invocationis. *Cerem. Ord. p. 3. cap. 1. num.* 11. *& cap. 12. num.* 7. *& Gav. loc. cit.*

In fine cujuslibet nocturni incipit graviori voce, vel cantat, hæc verba, *Pater noſter*, & in fine dicit, *Et ne nos*, *&c. ut in Rubr. Br.*

Cantat, vel legit *Abſolutiones* manibus junctis, & dicit *benedictiones* ſtando, & capite detecto, niſi fuerit Prælatus, ut ſuo loco dictum eſt. *Cærem. Ord. p. 3. cap. 4. num. 3. & Tonell. lib. 1. cap. 1. §.* 11.

Legit lectiones tertii nocturni, pallium deponens, ſi habeat, & in duplicibus cantat nonam lectionem; ad textum Evangelii non adhibet ſignum Crucis, neque legit

mani-

manibus junctis, ſed hìnc indè ſuper legile, ſeù librum, poſitis. *Cær. Ord. loc. cit. num. 7. 3. Gav.*

In fine Lectionum dicens *Tu autem Domine*, genuflectit, & ſi tres lectiones ſubſequentèr legat, in fine primæ, & ſecundæ, profundè inclinat, & in fine tertiæ genuflectit, nec priùs incipit legere quàm omnes ſedeant. *Cær. Ord. loc. cit. num. 3. & 8. & cap. 7. num. 4. & Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 2. num. 4. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

In Solemnibus intonat *Te Deum*. *Cær. Ord. ut ſupr. num. 5. & Gav. ſimiliter loc. cit. tit. 3.*

In laudibus Solemnibus decantandis, idem ritus ſervatur, qui ad veſperas; *idem loc. cit. num. 10. & Gav.*

Ad *Primam* dicit *Pater*, *Ave*, & *Credo*, dicit *Deus in adjutorium* ſe ſignans: legit, vel cantat *Capitulum*, & ſi cantatur, priùs intonat antiphonam, dicit *preces* ſi dicendæ ſunt, & ſe ſignat ad *Adjutorium noſtrum*. *Cær. Ord. p. 3. cap. 9. num. 4.*

Dicit *Confiteor* profundè inclinatus uſquè dum Chorus dixerit *Miſereatur tui*, *&c.* incluſivè. *Cær. Ord. p. 4. cap. 6. num. 28. & Gav. tract. 2. p. 2. tit. 1. num. 5.* Dicit *Miſereatur*, *&c.* & *Indulgentiam*, ſe ſignans, deindè verſus, & orationem, &c. *Cær. Ord. Min. part. 3. cap. 5. num. 4. & Rubr. Brev.*

Poſt *Martyrologium* dicit *Pretioſa*, & *Sancta Maria* ſine *Oremus*, ter incipit, *Deus in adjutorium*, non ſe ſignans. *Cęr. Ord. loc. cit.* Dicit verſum *Gloria Patri*, incipit *Pater noſter*, prſequitur, *Et ne nos*, *&c.* Dicit *orationem*, bene-

benedictionem antè lectionem *breuem*, & *adjutorium noſtrum*, non ſe ſignans, ſed ſe ſignat caput inclinans, dùm dicit *Dominus nos benedicat, &c. Cær. Ord. loc. ſupr. cit. & p.* 4. *cap. 6. num.* 3.

Quando autem dicendum eſt officium *B. Mariæ Virg.* illud incipit antè *Martyrologium* dicens primum *Kyrie* antè orationem. *Baul. mox citand. ex Rubr.* Ad *Tertiam*, *Sextam*, & *Nonam*, eadem reſpectivè obſervat, dicens; *Deus in adjutorium*, *Capitulum*, *orationem*, & alia, ut in fine veſperarum. *Rubr. Brev.*

Ad Preces, quæ dicuntur in Veſperis, & Laudibus feriarum, Hebdomadarius ſolus graviter recitat integrè, *Pater noſter*, *&c. Rubr. Brev.*

Ad alias horas dicit tantùm principium, & finem, & primum verſum præcum uſquè ad medietatem, & ſurgit ad *Dominus vobiſcum* excluſivè, & orationem dicit ſemper ſtando, etiam ſi fuerit antè Sanctiſſimum Sacramentum diſcoopertum, excepta oratione, *Reſpice quæſumus Domine*, in officiis majoris hebdomadæ, quam dicens manet genuflexus, & capite aliquantulùm inclinato, excepta feria 4. in Veſperis, ubi eam dicit ſtando, quia præmittit *Dominus vobiſcum. Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 2. & 8. Gav. ſect. 10. cap. 1. Bauldr. p. 1. cap. 5. & Boliaſc. de Myſt. Miſſ. cap. 16 pag.* 335.

Quando officium B. Mariæ Virginis dicendum eſt cùm officio diei, ad Matutinum dictis *Pater*, *Ave*, & *Credo*, & ad veſperas, *Pater*, & *Ave* ſolùm, abſolutè incipit *Deus in*

in adjutorium, vel *Domine labia*, *&c.* in aliis dicto in fine *Benedicamus* *Domino*; inchoat officium B. M. Virginis *Rubr. Brev.*

Quando in officio dicuntur preces flexis genibus, ipſe ſimilitèr cùm aliis genuflectit, & poſtquam dixerit, *Domine exaudi orationem meam*, erigit ſe, & ſtans dicit, *Dominus vobiſcum*, deindè orationem, & alias orationes commemorationum, ſi dicendæ ſint. *Rubr. Brev.* 34. *num.* 4. *&* *Boliaſc. loc. cit.*

Dicit *Confiteor* graviori voce, & *benedictionem* in fine primæ, & Completorii, cùm verſu *Fidelium animæ*, Antiphonam B. Mariæ Virginis, cum *verſu*, & *oratione Divinum auxilium*, & orationem *Sacroſanctæ*, ſolus, vel cum aliis. *Beav. loc. ſupr. cit.*

In officio Defunctorum incipit primam antiphonam, & eam, quæ cantatur ad *Magnificat*, ſubdit preces flexis genibus, etiam quandò dicitur totum officium, incipit Pſalmum *Lauda*, ſi dicendus ſit, & dicit *orationem*, vel *orationes*, ſtando, ut ſuprà dictum eſt.

Ad Matutinum ejuſdem officii incipit primam antiphonam, ſi cantetur, & poſt verſum dicit ſecretò totum *Pater noſter*, dans ſignum in fine. *Ex Rubr.*

Dicit Lectiones tertii nocturni, & ſi officium cantatur, dicit ſolùm ultimam lectionem, quàm cantat. Ad laudes omnia obſervat, quæ de veſperis præſcripta ſunt. *Rub. Brev. & Rit.*

Ad Pſalmos *Graduales*, incipit abſolutè; *Ad Dominum cum tribularer*, & in fine incipit intelligibili voce *Pater noſter*, proſequi-

tur

Digitized by Google

tur, & *ne nos, &c.* & *verſiculos* genuflexus, & ad orationem ſurgit. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 8. num. 11. & p. 4. cap. 6. num. 2. Gav. Epit. tract. 2. p. 2. tit. 1. num. 7. & Bauldr. ut ſupr.*

Ad Pſalmos *Pœnitentiales*, incipit genuflexus antiphonam: *Ne reminiſcaris*, quam repetit in fine, & dicit *Litanias* cùm *verſibus*, & initium Pſalmi. *Deus in adjutorium*, *verſus*, & *orationes*, ad quas tantùm ſtat, ſurgens ad *Dominus vobiſcum. Cærem. Ord. loc. cit. Gav. & Bauldr. ut ſup.*

Cùm in horis ſecretò dicitur *oratio Dominica*, *Salutatio Angelica*, *Credo in Deum*, aut quid ſimile, tantùm temporis ad ea recitanda concedet, quantùm ſufficiat tardioribus. *Beav. ut ſup. num. 16.*

Hebdomadarius paratus ſemper tenet dexteram, tàm ingrediendo Chorum, quàm egrediendo. *Cær. Ord. p. 1. cap. 4. num. 4. & p. 3. cap. 2. num. 1. & Bauldr. p. 2. cap. 9. art. 5.*

In Veſperis, & Matutinis ſemper cantat *orationes ſolemnitèr* ſicut in Miſſa.

Ad *Primam* verò, *Tertiam*, *Sextam*, *Nonam*, & *Completorium*, eas cantat, & terminat in tono Capitulorum, & eodem tono dicit, *Dominus vobiſcum*, & *Benedicamus Domino.*

Item eodem tono terminat *Abſolutiones*; *Benedictiones* verò terminet in tono lectionum. *Beav. ſupr. cit.*

Cùm in fine officii Epiſcopus eſt daturus *benedictionem*, vel quandò Pſalmi *Pœnitentiales* ſunt immediatè poſt recitandi, aut ſequitur officium *Defunctorum*, *Miſſa*, vel *Proceſſiones*, aùt *Supplicationes* publicè, verſus

Fide-

Fidelium animæ, & *Antiphona B. M. Virginis* debent ommitti, excepto officio *Completorii*, in cujus fine antiphona *B. M. Virginis* numquàm ommittitur. *Beav. ut ſupr. num. 9. Gav. tract. 2. ſect. 5. cap. 22. num. 4. & in cap. 1. de fin. off. tit. 26. num. 1. ex Rubr. Gen. Brev. 30. num. 3.*

Juxtà verò *Cær. Ord. Min.* poſt officium, quamvis ſequatur Miſſa, dicitur ſemper ſecretò *Pater noſter* poſt *Fidelium animæ. Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 6. Favet. Rubr. Gen. Brev. 32. num. 1.*

Si verò Miſſa longiori mora differatur, eo caſu etiam antiphona *B. M. V.* erit dicenda, ac ſi diſcedendum eſſet à Choro. *Gav. loc. ſupr. cit. num. 6.*

Miſſam *Conventualem* quotidiè dicet, vel cantabit.

Miſſam autem *votivam* leget, vel cantabit Hebdomadarius præteritus, ex antiqua, & laudabili Religionis conſuetudine.

Antè *Benedictionem Menſæ*, quæ fit manè, Feria 2. 4. & 6. quandò non eſt feſtum duplex, incipit Pſalmum *De profundis*, dicit *verſiculos*, & *orationem Abſolve*, &c. Deindè menſam benedicit, ut ſuo loco dicetur.

Si Litaniæ ſeparatìm à Pſalmis dicendæ ſint, dicto ad Laudes diei *Benedicamus Domino*, & *Deo gratias*, ſtatìm eædicuntur, nam *Fidelium animæ*, prò fine *Laudum*, dicitur in fine *Litaniarum*, & utrinſque deſervit. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 11. num. 4.*

Pater, *Ave*, & *Credo*, in fine Completorii ſequuntur Antiphonas B. M. Virginis, quæ ſi dicantur flexis genibus, prædicta dicuntur

Digitized by Google

tur etiam flexis genibus. *Beavvais. Cær. Eccl. p. 3. pag. ult.*

De Organo, Organiſta, & Muſicis, ſeù Cantoribus, & norma in Divinis per conſervanda. *Cap. X.*

IN omnibus Dominicis, & feſtis per annum occurrentibus, decet in Eccleſia Organum adhiberi: intèr eas non connumerantur Dominicæ Adventus, & Quadrageſimæ, excepta Dominica tertia Adventus, qua dicitur, Gaudete, & quarta Quadrageſimæ, qua dicitur, Lætare. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 28.*

Item exceptis feſtis, & feriis infrà Adventum, aut Quadrageſimam occurrentibus, quæ cum Solemnitate ab Eccleſia celebrantur, ut in die Annunciationis, feria quinta in Cœna Domini, & Sabato Sancto, & ſimilibus; & quandocumque occurret celebrare ſolemnitèr, & cùm lætitia prò aliqua re gravi. *idem loc. cit.*

Nota quod in Miſſa feriæ 5. in Cœna Domini, organa pulſantur, ad *Kyrie eleiſon*, & ad *Gloria in excelſis* tantùm; in Vigilia verò Paſchæ incipitur ab *Hymno Angelico*, & ſequitur, ut in aliis Miſſis Solemnibus. *Bauldr. p. 1. cap. 8.*

Quotieſcumque Epiſcopus ſolemnitèr celebraturus Eccleſiam ingreditur, aùt re Divina peracta, diſcedit; convenit pulſari organum: Idem in ingreſſu Legati Apoſtolici, Cardinalis, Archiepiſcopi, aùt alteriùs

teriùs Epiſcopi, donec prædicti oraverint, & res divina ſit inchoanda: idem etiam faciendum eſt in ingreſſu Reverendiſſimi P. Generalis, & Alterius Prelati noſtri ordinis, & Sancti Dominici, *ibid.*

In Veſperis Solemnibus organum pulſari debet in principio, ſcilicet, ſtatim, ac celebrans exit è Sacriſtia paratus, & in fine cujuslibet pſalmi, & alternatim in verſiculis *hymni*, & Cantici *Magnificat*, *&c.*

Sed regulare eſt, ſivè in veſperis, ſivè in Matutinis, ſivè in Miſſa, ut primus verſus *Canticorum*, & *Hymnorum*, & paritèr verſus *Hymnorum*, in quibus genuflectendum eſt, qualis eſt verſiculus, *Te ergò quæſumus*, *&c. Tantum ergò Sacramentum*, & ſimiles cantentur à Choro in tono intelligibili, non autem ab organo, ſic etiam totum illud quaternium, ad *Veni Creator Spiritus: Ave Maris Stella*, & hujuſmodi, ac pari modo in verſiculo *Gloria Patri*, etiam ſi verſiculus immediatè præcedens fuerit decantatus à Choro: idem etiam eſt ſervandum in ultimis verſibus *Hymnorum. Cærem. Epiſc. loc. cit.*

In Matutinis, quæ Solemniter celebrantur, præcipuè in feſtis majoribus, pulſantur organa in principio, ad *hymnum*, & ad *Te Deum laudamus*.

Ad Laudes verò ſervabitur, pro ut in veſperis dictum eſt.

In aliquibus feſtis Solemnioribus etiam ad *Completorium*, & ad *Tertiam* organum admitti poteſt. *Cær. Epiſc. ut ſupr.*

In

Digitized by Google

In Miſſa Solemni pulſatur alternatìm, cum dicitur, *Kyrie eleiſon*, & *Gloria in excelſis*, & etiam in *principio Miſſæ;* itèm finita *Epiſtola*, & poſt *Alleluja;* ad *Offertorium*, & ad *Sanctus* Alternatìm; item cùm elevatur *Sanctiſſimum Sacramentum* graviori, & dulciori ſono:

Ad *Agnus Dei* alternatìm proſequendo uſquè ad *Dominus vobiſcum* antè orationem poſt communionem, niſi cantetur poſt communio: ac in fine Miſſæ poſt *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino. Cær. Epiſc. ut ſup.*

Cùm autem dicitur *Symbolum Apcſtolorum* in Miſſa, non eſt intermiſcendum organum, ſed ea per Chorum cantu intelligibili proferatur. *Cær. Epiſc. loc. cit.*

Quòd ſi numerus Cantorum, ſeù fratrum ſit modicus, poterit alternatìm cantari à Choro, & organo, ſed organo Sonante, duo Cantores legant alta, & intelligibili voce, quæ à Choro non cantantur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 9. num. 7.*

Idem etiam obſervandum eſt in veſperis, Matutinis, Miſſa, &c. ſcilicet, quandocumque organum reſpondebit alternatìm ad *hymnos*, & *Cantica*, vel Pſalmos, &c. verſiculi, qui per organum figurantur, debent in Choro à Cantoribus, voce intelligibili pronunciari. *Cær. Ord. & Cær. Epiſc. loc. cit.*

In Miſſis, & officiis Defunctorum, nec organum, nec muſica regulariter admittitur. *Cær. Epiſc. loc. cit.* quamvis contrarie ſit uſus.

Caveatur, ne laſcivus ſit organorum ſonus, aùt profanus, aùt ludricus, neque inſtrumenta profana, nec alia inſtrumenta muſicalia

lia præter ipſū organum addantur, idemque-què cantores, & muſici obſervent. *Cær. Ord. loc. cit. num.* 1. *&* 8. *& Cær. Epiſc. ut ſupr. Concil. Trid. ſeſſ.* 22.

Organa ità cuſtodiri, & curari debent, ut ſemper ſuis telis cooperta maneant, & non niſi cùm fuerint adhibenda, aperiantur. *Cær. Ord. ut ſupr. num.* 3.

Cûm in Divino officio pulſantur organa, obſervet Organiſta tinnitum *campanulæ*, quo monetur quandò inchoandum, vel finiendum, ne nimis producantur ſacræ actiones, vel nimis celeritèr fiant, & neminem ſupèr organa admittat præter illos, quibus opus erit. *Bauldr. p.* 1. *c.*8.

Nota inſuper quod ubi dicitur (nec alia instrumenta muſicalia adhibeantur) addit *Bauldr. loc. cit.* admitti poſſe ſonum *tubæ*, *fiſtulæ*, & hujus generis *ſimilia*.

De Miniſtro Miſſæ, &c. Cap. XI.

MIniſter, hora competenti perget ad Eccleſiam, ubi præmiſſa brevi oratione, Sacriſtiam ingredietur, & lotis priùs manibus, debitis cùm reverentiis tradet Celebranti Miſſale, tùm vas, in quo ſunt hoſtiæ: his factis à tergo Celebrantis ſtans, poſito amictu, illi ſuper humeros adaptabit: tùm ſiſtente ſe ad ſiniſtram illiùs accipiet Albam, & eam priùs revolutam ab ea parte, quæ pendere debet à tergo, circà collum, & humeros imponet, & manu dextra elevat manicam dextram, & ſiniſtrà ſiniſtram

niſtram, ut brachia Celebrantis in eas immitti poſſint faciliùs, poſteà ipſam Albam corpori adaptat, mox cingulum à tergò, porrigit, & elevat Albam ſuper cingulum circùm circà, ut honeſtè dependeat, & tegat veſtes, ac ejus fimbrias diligentèr aptat, ut ad latitudinem digiti, vel circitèr ſuprà terram æqualitèr fluat. *Rubr. Miſſal.* 1. *num.* 3.

Deindè accipit manipulum, quem oſculatur propè Crucem, & offert oſculandum Celebranti in Cruce, ejuſquè ſiniſtro brachio applicat: Poſteà accipiens ſtolam ambabus manibus, quàm itèm oſculatur, & offert Celebranti oſculandam in Cruce, eamdemque circà collum ejus applicat. Demùm imponit Celebranti Planetam, illamque humeris ejus honeſtè aptat, & poſtremò aliquantulùm remotus à tergò Celebrantis, advertit ſi omnia decentèr, & aptè ſe habeant. *Beav. ut ſup.* §. 2.

Sacerdote omnibus paramentis induto, accipiet ampullas (niſi priùs præparatæ fuerint, quòd magis decet) & Miſſale, quòd portabit ambabus manibus erectum antè pectus, manus apponens angulis inferioribus ejuſdem, & parte, qua aperitur, ad ſiniſtram ejus converſa, & ſtans à latere Celebrantis pavlò poſt eum verſus januam, facta cùm eo reverentia Imagini principali in Sacriſtia, procedit antè eum, oculis demiſſis, inceſſu modeſto, & *Superpelliceo* indutus. *Rubr. Miſſal.* 2. *num.* 1.

Cùm pervenerit ad Altare, ſtans antè illius infimum gradum in cornu epiſtolæ ſe-

cedit paululùm, ut locum cedat accedenti Sacerdoti, & cùm eò aliquantulum retrò genuflexionem facit; deindè deponit librum clauſum ſuper cuſſinum in cornu epiſtolæ, ità ut pars inferior Altare tangat, & ſuperior pulvino adhereat, & ea pars, quæ aperitur ſit verſus medium Altaris. *Tonell. lib. 2. tit. 2. num. 2.*

Poſteà caputium Celebranti adaptat. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 6.*

Accendit cereos, niſi jam fuerint accenſis, ut magis decet, & advertit utrum omnia necеſſaria adſint, deindè collocat ſe in cornu Evangelii, ubi genuflexus in plano reſpondet Celebranti manibus junctis. *Rubr. Miſſal. 3. num. 6.*

Cùm Celebrante ſignabit ſe ad *In nomine Patris*, *& adjutorium*, cùm dicit. *Gloria Patri*, inclinabit ſe, & cùm incipiet *Confiteor* uſquedùm Celebrans dicat *Indulgentiam*, profundè inclinatus manebit: dicendo autem, *Tibi Pater*, & *Te Pater*, inclinatus, aliquantulum convertet ſe ad Celebrantem, & quando incipit, *Deus tu converſus*, cùm illo parum inclinatur donec aſcendat ad Altare, & quando Celebrans aſcendit ad Altare, ſi Miſſa erit conventualis, Miniſter erectus genuflectit in medio, & vadit poſt Celebrantem, & cætera obſervat, ut ſuo loco dicemus: alioquin remanet in plano genuflexus, manibus pectori admotis, vel junctis. *Rubr. Miſſal. ut ſupr. num. 9.*

Ad *Kyrie eleiſon* reſpondet alternatìm cum Celebrante, & quando leguntur *Prophetiæ*, Sacer-

Digitized by Google

Sacerdote dicente *Flectamus genua*, ipſe in loco ſuo genuflexus manens dicit, *levate*, & in fine illarum, ſicut, & in fine epiſtolarum reſpondet: *Deogratias. Rubr. Miſſ. 4. num. 2. & 5. num. 4. & 6. num. 1.*

Poſtquam dixit *Deogratias*, ſurgens vadit ad dexteram Celebrantis, facta in medio Altaris genuflexione ubi expectat donec perfecerit quæ dicenda ſunt: & quando Celebrans genuflectit, verbi gratia, ad *Adjuva nos* in Quadrageſima, vel in Miſſa de Spiritu Sancto, ad *Veni Sancte Spiritu*, &c. ipſe cum eo genuflectit in ſuo loco. *Beavvais, ut ſupr.*

Quibus dictis portat Miſſale clauſum ad alteram partem Altaris in cornu Evangelii, facta in medio genuflexione, & Miſſale ſic locat, ut ſuperior pars libri reſpiciat ipſum cornu Altaris, & non ad parietem, ſivè ad partem ejus contrà ſe directam, & ut pars inferior Altare tangat. *Ex Rubrica Miſſal. 6. n. cit.*

Locato Miſſali, tranſibit ad cornu Epiſtolæ per planum, facta genuflexione in medio, & ſtans verſus ad Celebrantem; reſpondebit, & ſignabit ſe in fronte, ore, & pectore, quandò dicet *Sequentia Sancti Evangelii. Durand. lib. 4. cap. 24. num. 28.*

Cùm autem in Evangelio eſt genuflectendum, ſtans in cornu Epiſtolæ poſt infimum gradum Altaris cùm Celebrante genuflectet, & in fine adhuc ſtans reſpondebit, *Laus tibi Chriſte. Rubr. Miſſal. 6. num. 2.*

Digitized by Google

Poſteà genuflectet in loco ſuo, & dicto per Celebrantem: *Dominus vobiſcum*, reſpondebit: *Et cum ſpiritu tuo*; & accipiens una manu pelviculam, altera ſuper ampullas poſita, ne cadant, deferet ad cornu Epiſtolæ, ubi explicato manutergio, in eadem parte collocabit ibidem pelviculam cùm ampullis, deindè plicabit velum calicis, & propè tabellam ſecretarum in cornu Epiſtolæ deponet. *Cærem. Ord. Min. part. 2. cap. 2. num. 7. Tonell. lib. 2. tit. 7. num. 1. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 2.*

Plicato velo, accipiet ampullam vini apertam, tenens manu dextra per partem inferiorem, itaut Celebrans eam poſſit per aurem, ſeù manubriolum capere, debet item recipere eandem manu ſiniſtra, ut alteram ſtatìm miniſtret ampullam manu dextra: offerat autèm ambas cùm oſculis earum, non manus Celebrantis, & cùm debita reverentia, ſaltem inclinando caput, vel quaſi genuflectendo, quas recipiens iterum oſculabitur, inclinabit ſe, & deponet. *Gav. loc. cit. num. 4. & Rubr. Miſſ. 7. num. 4.*

Deindè ſtans in eodem cornu Epiſtolæ, elevato priùs paululum ab Altari manutergio, tenens pelviculam in ſiniſtra, ampullam aquæ in dextra, cùm oſculo ampullæ, & debitis reverentiis fundet aquam: repoſita deindè pelvicula cùm ampullis in loco ſuo, manutergium plicabit. *Gav. ut ſup. num. 10.*

Miniſter advertere debet, ut poſtquàm celebrans terſit manus, manutergium nō depo-

ponat ſuper Altare, ſed debet illud accipere ſuis manibus cùm debitis reverentiis. *Pollac. in Aphor. part.* 1. *Cær.* 16. *pag.* 71.

Poſteà accepta campanula revertitur in locum ſuum, ubi genuflexus, poſtquàm Celebrans dixerit *Orate Fratres*, reſpondet *Suſcipiat. Rubr. Miſſ. ut ſup. num.* 7.

Quando Celebrans dicet *Per omnia ſæcula, &c.* reſpondet, & ſic de cæteris, & ad *Sanctus* campanulam pulſabit, ſtatimquè cereum pro elevatione accendet, & Celebrante Hoſtiam accipiente ad conſecrationem, paulò poſt eum ad ejus dexteram genuflexus ſuper altiorem gradum, manu ſiniſtra elevat partem inferiorem poſterioris planetæ, & manu dexſtra pulſat campanulam ter ad unamquamque elevationem, vel continuatè, quouſquè Celebrans deponat Hoſtiam ſuper corporale, & tunc dimittit planetam, & jungit manus, dùm dicuntur verba conſecrationis Calicis, quibus finitis reſumit planetam, & pulſat, ut priùs. *Rubr. Miſſal.* 8. *num.* 6.

Poſt elevationem Calicis facta genuflexione à Celebrante, deponet planetam, quàm non oſculabitur neque accipiens, neque eam dimittens. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. *Gav. in Epit. tract.* 1. *part.* 2. *tit.* 8. *num.* 13. *&* *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 8.

Poſteà erigens ſe, & facta ibidem genuflexione, revertetur in locum ſuum, depoſita campanula ubi priùs.

Quando Celebrans percutit pectus ad *Nobis quoque peccatoribus*, & ad *Agnus Dei*, ipſe

ipſe etiam ſimilitèr percutit. *Beav. loc. ſupr. cit.*

Si danda eſt Pax, dicto à Celebrante: *Agnus Dei*, accipit pacis inſtrumentum, & genuflexus ad dexteram Celebrantis, dùm dicit orationem *Domine Jeſu Chriſte*, tenet idem inſtrumentum elevatum ſuper Altare, quod, dicta oratione, oſculandum ei præbet, cui dicenti *Pax tecum*, reſpondet *Et cum ſpiritu tuo*, adhuc genuflexus, tùm ſurgit, & cùm eodem inſtrumento illam defert ad Prælatum, ut dicitur in Miſſa privata. Si verò Miſſa cantetur, eam defert ad Chorum, ubi cùm pervenerit, neminem ſalutat proptèr inſtrumentum pacis, ſed ſolùm poſt datam pacem unicuique debitam facit reverentiam. *Bauldr. p. 2. cap. 10. art. 1.*

Si ipſe Miniſter, vel alii ſint communicandi, dicto per Celebrantem tertiò, *Domine non ſum dignus*, cùm ſumet Sacram hoſtiam, ipſe genuflexus manens, & proſtratus, dicet devotè, & clara voce, *Confiteor*, *&c.* Poſteà extendet linteum, non verò velum calicis, aut manutergium. *Beav. loc. cit.*

Tùm genuflectit in cornu epiſtolæ, & Celebranti reſpondet. *Amen*.

Deindè dexterà manu accipiens vas cùm vino, & aqua, ſiniſtra verò mappulam miniſtrabit purificationem communicantibus, & mappulam ad os abſtergendum. *Rubr. Miſſal. 10. num. 6.*

Poſt adminiſtratam communionem deponet vas cùm mappula, reſumet linteum, deponet ab Credentiam, & accipiet ampull. *Beav. num. ut ſup.* Si

Si autèm non ſit facienda communio, quando Celebrans accipit calicem prò ſumendo ſanguine, Miniſter ſurgens, & facta genuflexione deferet ad Altare in cornu epiſtolæ ampullas in pelvicula, & accipiet ampullam vini in dextera, & alteram aquæ in ſiniſtra, & ſtans in eodem cornu epiſtolæ parum inclinatus, ſi adhuc ſumat ſanguinem, quando Celebrans porrigit calicem accedit propè eum, & cùm debita reverentia, & oſculo ampullæ infundit vinum in calicem: poſteà recedit, & expectat donec accedat ad cornu epiſtolæ, ubi cùm debitis reverentiis, & oſculis antè, & poſt, infundit vinum, & aquam ſuper pollices, & indices ipſius Celebrantis, & depoſitis ampullis cùm pelvicula in locum ſuum, defert librum ad latus epiſtolæ, genuflectendo in medio, & collocando Miſſale, ut ſuprà dictum eſt; poſteà extinguit cereum, & non priùs, pro elevatione accenſum, & genuflectit juxtà cornu Evangelii, ut in principio Miſſæ. *Rubr. Miſſal.* II. *num.* I.

Si Celebrans poſt orationes completas, librum reliquerit apertum, cùm dicet, placeat, Miniſter deferet illum ad cornu Evangelii, facta priùs genuflexione in medio, & cùm benedicet populo, ipſe genuflectet in quocumquè loco fuerit. Cùm ad Evangelium reſponderit, *Gloria tibi Domine*, extinguit cereum, qui eſt ad cornu Evangelii, deindè tranſiens ad aliud, accipit Miſſale, & cùm dicit, *Et Verbum caro factum eſt*, genuflectit, & extinguit alium cereum, & hoc brevi-

brevitatis gratia; ſed regularitèr non debent extingui, niſi poſt finitum Evangelium. *Rubr. Miſſal.* 12. *num.* 6.

Si autèm Celebrans dixerit aliud Evangelium proprium, Miniſter extincto cereo, qui eſt in cornu epiſtolæ, vadit ad cornu Evangelii, finitoque Evangelio extinguit alium, ſumit librum, deſcendit in plano, & accedens ad dexteram celebrantis, aliquantulum retrò, facta cùm illo Altari debita reverentia; porrigit ei biretum, ſi ſit Præsbyter ſæcularis, deindè redit ad Sacriſtiam, eo modo, quo venerat. *Rub. Miſſal. cit. num* 6.

Cùm pervenerit ad Sacriſtiam genuflectit, & benedicitur à Celebrante tranſeunte, poſteà deponit librum, & ampullas, ſi habeat; ipſumque Celebrantem juvat, dùm veſtibus exuitur, quas honeſtè, & decentèr diſponit ſuper Menſam. *Beav. part.* 2. *cap.* 24. §. 2. *ut ſupr.*

Advertat Miniſter, quod ſi tempore elevationis SS. Sacramenti fiat Proceſſio, vel Abſolutio poſt Miſſam Defunctorum, aùt ſit expoſitum SS. Sacramentum, vel celebretur Miſſa ſolemnis, aùt aliquid aliud juxta Altare, ubi tùnc celebratur Miſſa, ut non pulſet campanulam, ut ſuis locis notatur.

Non librum etiàm pium, & præcatorium, aut Roſarium præ manibus habebit, nequè præces vocales recitabit, ut liberè, & attentè officio ſuo vacet. *Beav. ut ſupr.*

Stans offeret ambas ampullas cùm oſculis earum, non manus Sacerdotis, & cùm debitis

debitis reverentiis, nunquam verò miniſtrabit genuflexus, niſi Epiſcopo, &c. *Gav. tract. 1. tit. 7. & Rubr. Miſſal. 7. num. 4.*

In Miſſis Defunctorum miniſtrat ampullas ſine oſculis. *Gau. tit. 13. & Rubr. Miſſ. 13. num. 2.*

De Coloribus Paramentorum.
Cap. XII.

TAbernaculum, in quo aſſiduè aſſervatur Sanctiſſimum Sacramentum conopæo veſtiri debet ejus coloris, cujus eſt pallium Altaris; ſed pro *Nigro* ponitur *violaceus*, in honorem Chriſti viventis. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. tit. 20. num. 16. & 17.*

Paramenta Altaris, Celebrantis, & Miniſtrorum, debent eſſe coloris convenientis officio, & Miſſæ diei, ſecundùm uſum Romanæ Eccleſiæ: quæ quinque coloribus uti conſuevi, *Albo*, *Rubeo*, *Viridi*, *Violaceo*, & *Nigro*, *ut patet in Rubr. Miſſal. 18. num. 1. & ſeq.*

Mutatio colorum in paramentis Altaris, & Miniſtrorum debet fieri in primis Veſperis feſti: ſi autèm veſperè non ſint integrè, is color adhibendus eſt initio veſperarum, qui congruit illi, de quo dicitur capitulum. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 19. n. 3. & Gau. p. 1. tit. 19.*

Si Officium, & Miſſa diſcordant, color Altaris ſequatur Officium; veſtium autèm Sacerdotis ſit color Miſſæ conformis, quæ diverſitas accidit in feria tertia Rogationum, & in vigiliis infrà octavas. *Cær. Ord. & Gav. loc. cit.*

Prò Miſſa quacumquè ſolemni convenit, ut pallium etiàm Altaris concordet cùm colore paramentorum Miſſæ, *ibid.*

De uſu, & qualitate Paramentorum. *Cap. XIII.*

PLuviali utitur Celebrans in Proceſſionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in Altari: itèm in officio laudum, & veſperarum, quandò ſolemnitèr dicuntur: eodem utitur Aſſiſtens Celebranti in Miſſa; itèm quandò Celebrans poſt Miſſam Defunctorum facit in fine Abſolutionem. *Rub. Miſſal.* 19. *num.* 3.

Pluviali etiam utitur Celebrans, in principio Matutini, & ad nonam lectionem, & ad alia ſecundùm piam conſuetudinem, ſicuti paritèr utuntur Miniſtri aſſiſtentes. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 4. 5. *&* 11.

Si canenda ſit hora *Tertia* ſolemnitèr, Celebrans paratur Pluviali, ut in veſperis, cui, etiam Miniſtri Sacri aſſiſtunt ſine Manipulis. *Bauldr. p.* 2. *cap.* 13. *num.* 24.

Item utitur in aſperſione aquæ benedictæ diebus Dominicis. *Rubr. Miſſal.*

Cùm Celebrans utitur Pluviali, ſempèr deponit manipulum; & ubi Pluviale haberi non poteſt, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, Celebrans ſtat ſine Planeta cum Alba, & Stolà. *Rubr. Miſſal.* 19. *ut ſup. num.* 4.

Sed notandum eſt, quòd Stolà ſempèr in modum Crucis antè pectus geſtari debet, cingulo de more coniuncta, & utrinque religata

ligata ſivè extrà Miſſam, ſivè in Altari, ſivè extrà Altare, ſivè cùm Pluviali, ſivè abſquè eo, dummodo adhibeatur ſupèr Albam: quod ſi adhibeatur cùm ſuperpelliceo, ſoluta pendebit à collo hìnc indè, quia ligari in modum Crucis non poteſt. *Gav. part.* 1. *tit.* 19. *num.* 4.

Nullus eſt Manipuli uſus extrà Miſſam, tàm prò Miniſtris, quàm pro Celebrante, & quoties Celebrans deponit manipulum, deponunt etiam Miniſtri. *Gav. ut ſupr.*

In benedictione verò Palmarum, & feria 5. in Cœna Domini ad mandatum, ſoli Miniſtri Sacri manipulos deferunt, quia cantaturi ſunt Epiſtolam, & Evangelium, illos tamèn deponunt ad Proceſſionem. *Gav. loc. cit.* & *p.* 4. *tit.* 7. & *tit.* 8.

Celebrans utitur Planeta, & manipulo tantùm pro Sacrificio Miſſæ; alias utrumque deponit. *Gav. ut ſupr.*

Diaconus, & Subdiaconus utuntur Dalmatica, & Tunicella in Miſſa ſolemni, in Proceſſionibus, & Benedictionibus, quando Sacerdoti miniſtrant. *Rubr. Miſſal. cit. n.* 5.

In diebus verò jejuniorum (præterquam in vigiliis Sanctorum) & in Dominicis, & feriis Adventus, & Quadrageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes antè Miſſam (exceptis Dominica *Gaudete*, etiam ſi ejus Miſſa infrà hebdomadam repetatur, & Dominica, *Lætare*, vigilia Nativitatis Domini, Sabbato Sancto in benedictione Cerei, & in Miſſa, ac quatuor temporibus Pentecoſtes;) itèm in benedictione Candelarum, & Proceſſione,

in die Purificationis B. Mariæ, & in benedictione Cinerum, ac benedictione Palmarum, & Proceſſione: in Cathedralibus, & præcipuis Eccleſiis utuntur Planetis plicatis antè pectus: quàm Planetam, Diaconus dimittit, cùm lecturus eſt Evangelium, eaquè tunc ſupèr ſiniſtrum humerum ſupèr Stolam complicatur: aùt ponitur aliud genus Stolæ latioris in modum Planetæ plicatæ; & facta communione, reſumit Planetam, ut priùs. Similitèr Subdiaconus dimittit eam cùm lecturus eſt epiſtolam, quàm legit in Alba, & ea finita, oſculataquè Celebrantis manu, Planetam reſumit, ut priùs. In minoribus autèm Eccleſiis, prædictis diebus jejuniorum Alba tantùm amicti miniſtrant: Subdiaconus cùm manipulo, Diaconus etiàm cùm Stola ab humero ſiniſtro pendente ſub dextrum. *Rubr. Miſſal. ut ſupr. num.* 6. *&* 7.

De modo imponendi, & benedicendi incenſum quoties, & quandò, tàm in Miſſa Solemni, quàm in Veſperis, imponatur. *Cap. XIV.*

SEmpèr ſtando imponitur thus à Celebrante in thuribulum, etiàm Sanctiſſimo Sacramento expoſito, & sempèr benedicitur ſtatim, ac immiſſum eſt in thuribulum, & non priùs; verùm feria ſexta in Paraſcevè, aùt quando Sanctiſſimnm Sacramentum eſt expoſitum, & illud ſolùm eſt incenſandum, ut accidit in Proceſſionibus, & benedictio-

diſtionibus ejuſdem, non benedicitur. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *cap.* 13. *num.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. *& p.* 2. *cap.* 28 *num.* 3. *& p.* 4. *cap.* 7. *n.* 5.

Si verò Altare ſit incenſandum ſimùl cùm Sacramento, tùnc quidem thus benedicitur, ſed miniſtratur ſinè oſculis. *Cær. loc. cit. Tonell. lib.* 3. *cap.* 2. §. 2. *& Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23.

Quando autèm Altare eſt incenſandum abſquè Sacramento expoſito, tùnc benedicitur incenſum, & miniſtratur cùm oſculis. *Rubr. Miſſal.* 4. *num.* 4.

In Navicula ponitur tantùm thus purum boni odoris, & ſi alia miſceantur aromata, ut fit in ſolemnioribus diebus, thuris quantitas ſuperet: illudquè thus non ſit omninò contuſum, nè repentè evaneſcat, aùt nimis ſolidum, nè omninò cremari poſſit. *Tonell. loc. cit. num.* 10. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 4. *num.* 7. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *& Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23.

Regula imponendi incenſum in thuribulum hæc eſt: Sacerdos accepto cochleari, ſiniſtram tenens infrà pectus poſitam, ter è navicula thus accipit, & ter immittit in Thuribulum tribus diſtinctis locis, (nempè in medio, à dextris, & à ſiniſtris,) dicens. *Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis. Amen.*

Quæ verba ſic diſpenſat, ut in prima thuris impoſitione dicat, *Ab illo benedicaris*, in ſecunda, *in cujus honore*; in tertia, *cremaberis. Amen*; & ſtatim reddet cochlear Diacono, (aùt alio Miniſtro) deindè dextera manu ſignabit thus in thuribulo adhùc aperto nihil

hil dicens; ad *oblata* verò ſervatur idem ritus, ſed non eadem verba; dicitur enim: *Per interceſſionem, &c. ut videre eſt in Rubr. Miſſal.* 4. *num.* 4. *&* 7. *num.* 10. *Tonell. lib.* 3. *cap.* 2. §. 2. *&* 3. *Epit. Gav. tract.* 1. *part.* 2. *tit.* 3. *num.* 5. *& Rubr. Miſſal.* 3. *num.* 5.

In Miſſis ſolemnibus quinquies imponitur incenſum in thuribulum, ſcilicet, quater imponitur, & benedicitur à Celebrante, & ſemel à Thuriferario ſinè benedictione.

Prima impoſitio, & benedictio à Celebrante fit in Sacriſtia (capite aperto) antequàm exeat è Sacriſtia cùm Miniſtris, & antequàm inclinationem faciat Imagini: & imponitur eo modo, quo dictum eſt ſuprà in Regula. *Gav. in Epit. tract.* 1. *part.* 2. *tit.* 2. *num.* 13. *& Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 7. *num.* 2.

Secunda impoſitio fit antè Introitum, ideſt poſtquàm Celebrans facta Confeſſione aſcendit ad Altare, eoque oſculato, ſtans in medio, convertit faciem ad cornu epiſtolæ, imponit, & benedicit. *Cær. Ord. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *& Gav. ut ſuprà tit.* 4. *ex Rubrica Miſſal.* 4. *num.* 4.

Tunc thurificatur Altare, Celebrans, & Epiſcopus in ſua Diæceſi, & in habitu, aliàs non thurificatur. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23.

Tertia impoſitio, & benedictio fit etiam à Celebrante, antequàm Diaconus dicat, *Munda cor meum*, ideſt poſtquàm Celebrans legerit Evangelium; & tunc thurificatur tantummodò à Diacono liber Evãgeliorum, & in fine poſt oſculatum librum, incenſatur Celebrans, niſi ſit coràm Prçlato in ſua reſi-

reſidentia, quia tùnc liber defertur ad Prælatum, & ille incenſatur, & non Celebrans. *Rubr. Miſſal. 6. num. 5.*

Præterquàm ſi adeſſet Cardinalis Legatus, vel alius Cardinalis, quia tùnc poſt Evangelium non thurificatur Epiſcopus, ſed Legatus, vel Cardinalis. *Cær. Epiſc. loc. cit.*

Quarta impoſitio, & benedictio thuris fit ſimilitèr à Celebrante poſt *oblata*, & tunc thurificantur oblata, Altare, Celebrans, Epiſcopus, vel Legatus, aùt Cardinalis, &c. Cantores, alii de Choro, & populus. *Rub. Miſſal. 7. num. 10. & Cær. Epiſc. ut ſupr.*

Aduertendum eſt, quòd preſente Epiſcopo in habitu, ſaltem cùm Cappa, thus imponit in thuribulum, & benedicit, & non Celebrans. *Cær. Epiſc. loc. cit. & Pollac.*

Sed regulariter primus omnium, quicumquè ille ſit, præſente quolibet, incenſatur Celebrans. *Cær. Epiſc. loc. cit. & lib. 2. cap. 1. 2. & 3. & Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 11.*

Quinta impoſitio, incenſi fit ad elevationem Sanctiſſimi Sacramenti abſquè benedictione, & hæc fit ſempèr à Thuriferario. *Pollac. in Aphor. p. 1. Cær. 2. pag. 123.*

In Miſſis, quæ cantantur ſinè Miniſtris ſacris, incenſum imponitur ſolùm ad Evangelium, & offertorium; & ad Elevationem Sacramenti, ut ſuprà. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 13. num. 3. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. pag. 121. & 128. & Bauldr. p. 2. cap. 9. art. 5.*

In Miſſis Defunctorum miniſtratur ſolùm ad offertorium, & ad elevationem, & tunc oblata Altare, Celebrans, & Epiſcopus tan-

tantùm, ſi ipſe non celebrat, & nulli alii thurificantur; & fit benedictio thuris, prout in *Rubr. Miſſal. &c. Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

In Veſperis ſolemnibus ſemèl tantùm imponitur, & benedicitur à Celebrante ad *Magnificat*, & tùnc thurificatur Altare, Celebrans, Epiſcopus, &c. Aſſiſtentes, Cantores, alii de Choro, & populus. *Cær. Epiſc. ut ſupr.*

Si verò aliud Altare ſit incenſandum, Celebrans non imponit incenſum iterùm in thuribulum, niſi opus ſit. *Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. num. 9.*

In Veſperis prò Defunctis nulla prorsùs, nec Altaris, nec hominum fit thurificatio. *Cær. Epiſc. ut ſupr.*

Ad Laudes ſolemnes ſemèl tantùm imponitur, & benedicitur incenſum ad Canticum *Benedictus*, & omnia obſervantur prout in Veſperis dictum eſt, &c.

Advertat autèm Celebrans, aùt quivis alius, dùm incenſat Altare, ſivè alia quævis, ut non præcipitanter, & quaſi cursìm id faciat, ſed cùm decenti gravitate lentè procedat, & ne ſe ipſum, aùt caput ſuum moveat, vel quovis modo agitet, ſed brachium ſolùm, quo ducit, thuribulum, idquè tractim moveat. *Cærem. Ord. Min. p. 2. n. 2. cap. 4.*

Cùm Celebrans thurificaturus eſt Altare in veſperis, Proceſſionibus, &c. antequam incenſum imponat in thuribulum, priùs oſculatur Altare in medio. *Pollac. in Aphor.*

p.

p. 2. *Cærem.* 3. *pag.* 228. *Beavvais in Cærem. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. *Gav. Sect.* 10. *cap.* 3. *&c.*

Quando verò eſt expoſitum Sanctiſſimum Sacramentum, cùm Celebrans eſt impoſiturus incenſum in thuribulum, primò genuflectit, poſteà oſculatur Altare in medio; tùm retrocedit aliquantulum in cornu ferè Evangelii, ità ut nullo modo thus imponat in conſpectu illius. *Cærem. Ord. Min. part.* 4. *cap.* 8. *num.* 2.

Celebrans prò incenſo in thuribulo imponendo, ſemper vertere ſe ſe debet verſus cornu Epiſtolæ, verſio enìm in Altari, ſempèr debet fieri ad partem Epiſtolæ. *Bordon. Variar. Reſol. part.* 2. *Sacr. Rit. Reſol.* 64. *num.* 8.

De Menſuris propriæ Sacræ Supellectilis in Ordine ad Miſſam, tùm ſolemnem, tùm Privatam, &c. Cap. XV.

IN aſſignando cujuſquè Sacræ ſupellectilis menſuras, & modulos, ordinem ſequemur deductum ex Sacris Conciliis, & ex probatis Doctoribus: & præcipuè. *Ex Cær. Ord. Min. part.* 4. *cap.* 11. ut omnes faciliùs ad manus habeant, quomodo Sacras ſupellectiles efformare debeant.

Altare majus habeat tres gradus à quorum infimo uſquè ad Cancellos, interſit ſpatium cubitorum octo, vel ſaltèm quatuor in Eccleſiis inferioribus: ſit autèm à ſolo Scabelli altitudo cubitorum duorum, &

& unciarum octo: longitudine quinque cubitorum, latitudine duorum cùm dimidio; altitudo graduum ſingulorum unciis octo. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num. 4.*

Altare minùs ſit elevatum cubitis duobus, & unciis octo, longum quatuor cùm dimidio, nec minùs quatuor, latum duobus: ſcabellum habeat è tabulis ligneis, latitudine cubitorum duorum, altitudine unciarum octo: nullum foramen, nequè feneſtella ibi ſit, ubi quidquam aſſervari, recondivè poſſit; nullæquè circà quodcumque Altare ſint Coronides ligneæ, vel alteriùs materiæ; ſed earum loco apponi poterunt faſcie ex auro, vel ſerico elaboratæ ad eorum ornamentum. *Cærem. Ord. Min. ſupr. cit. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. part. 1. tit. 20. num. 5. & Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 12.*

In Solemnitatibus Altarium, prædictum eorum ſcabellum erit aliquo panno coloris viridis, aùt tapeto contegendum, & ad eorumdem paritèr ornatum, vaſa, flores, & ſimulacra Angelorum adhibenda. *Cær. Ord. Min. & Epiſc. loc. cit.*

Ara lapidea debet eſſe ab Epiſcopo conſecrata cum Chriſmate, & Reliquiis Sanctorum ab Eccleſia approbatorum; debet eſſe, vel incluſa, vel ſuperpoſita tabulæ ligneæ, vel alteriùs materiæ ad majorem cautelam, ſed tamèn emineat aliquantulum, ut ejus limites à Sacerdote facilè dignoſci poſſint: ſit verò longitudinis unciarum 16. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. num. 7. Gav. loc. cit. num. 1. & 3.*

Gra-

Digitized by Google

Gradus in Altari majori unus, vel duo erunt, ſuper quos Candelabra aptari comodè poſſint; in Altari verò minori unus ſit ligneus longitudine æquali; latitudine, unciarum octo, & totidem altitudine, in quo Candelabra locanda erunt cum Cruce. *Cær. Ord. Min. cap. 1. num. 5. & part. 4. cap. 11. ut ſupr. num. 16.*

Tabernaculum, in quo Sanctiſſima Euchariſtia conſervabitur, ſaltèm erit è tabulis populeis, elegantèr factum, & inauratum cùm religioſis, & piis imaginibus, amplum prò ratione Eccleſiæ; in cujus Altari majori, vel etiàm (& meliùs) in Sacello aliquo proprio collocandum erit, & in plano ejus Corporale mundum benè aptetur (ſæpè tamèn mutandum) ne dimoveri poſſit; amplitudo Tabernaculi interior talis erit, ut ſaltèm duę Pixidæ, nec non (cùm opus fuerit) Oſtenſorium in eo intùs contineatur; Oſtiolum verò erit ità patens, ut Pixides facilè efferri, & inferri poſſint, & ab extrà obſerabitur Clavi inaurata, in aliqua Capſula depicta, & ornata ſeorsìm conſervanda; & in præfato Oſtiolo Sacra Chriſti Jeſu vulneratum pectus exhibentis, aut alia pia Imaguncula erit; in ſummitate Tabernaculi Sacra Effigies ſit Chriſti Domini, vel Crucifixi, vel reſurgentis, aùt Crux aliqua nuda collocetur. *Cær. Ord. Min. p. ut ſup. cap. 1. n. 1. 4. & 5.*

Umbraculum, ſeù Baldachinum, quòd ſuper Altare ponitur, ſit forma quadrata, & colore convenienti, quòd ità pateat, ut totum Altare, & Celebrantem contegat. *Cær.*

Digitized by Google

Cærem. Ord. Min. p. & cap. 1. ut ſup. num. 5. & p. 4. cap. 11. num. 38. Gav. ut ſupr. num. 16. & Cærem. Epiſc. ut ſupr.

Crux in Altari collocanda Imaginem Crucifixi habeat, & præalta emineat Candelabris, collocabitur autèm in eo, etiàm ſi Sanctiſſimum Sacramentum ibi conſervetur; modo ibi celebretur Miſſa, vel etiàm ſi tabula ibi fuerit picta, ſeù ſtatua Chriſti Crucifixi, vel demùm etiàm ſi Tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti eam haberet, ſed altior eſſet. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 11. ut ſupr. num. 14. Gav. loc. cit. num. 7. Pollac. in Aphor. p. 1. Cærem. 6. num. 2. pag. 26. Alcocer. tract. 1. pag. 78. Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 12. & Conſt. Valliſ. ex Rubr. Miſſal. tit. 2. num. 2.*

Candelabra habeant baſim, vel rotundam, vel triangularem, & Crucis baſi conformem; & quæ ab Acolythis portantur, ſint minora his, quæ in Altari collocantur; erunt autèm in Altari ſex Candelabra, non plura; aùt ad minus quatuor, in reliquis duo: quæ regularitèr ex aurichalcho, aut ſaltèm ex ligno inaurato erunt. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. num. 10. & p. 1. cap. 1. num. 5. & Cærem. Epiſc. ut ſupr.* Celebrante Epiſcopo candelabra ſeptem ſuper Altare ponantur; quo caſu Crux non in medio illorum; ſed antè altiùs Candelabrum in medio Cereorum poſitum locabitur. *Cærem. Epiſc. loc. cit.*

Pixis prò Sanctiſſimo Sacramento, quæ debet eſſe benedicta à Prælato, ſit tota argentea, vel ſaltèm, ejus cuppa, intus inaurata; pes ſit altitudine ſex unciarum, fundum,

dum in orbem tenuitèr emineat: in ſummo etiam ſit parvula Crux. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *& part.* 4. *cap.* 11. *ut ſupr. num.* 25. quæ Pixis ſit albo, vel cooperta, & quantum res fert, ornata. *Ritual. Rom. Paul. V.*

Lampades coram Sanctiſſimo Sacramento plures, vel ſaltèm una die, noctuquè perpetuò colluceat. *Rit. Rom. ut ſupr.*

Conopæum prò Tabernaculo, ubi aſſiduè aſſervatur Sanctiſſimum Sacramentum, debet eſſe ejus coloris, cujus eſt Pallium Altaris; ſed prò nigro ponatur *violaceus* in honorem Chriſti viventis. *Gav. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 20. *num.* 17. vel ſaltèm ſit ſempèr coloris albi. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *& p.* 4.

Pallium Altaris paulò longiùs, quàm Altare patere debet, eoquè altiùs, ut ab ima parte paululùm ſub coronide ſcabelli, ſeù Bradellæ ejuſdem Altaris occultetur à Superiori parte palmum à ſummo diſtante, laciniis quas frangias vocant, ornetur prò qualitate palii: Crux, aùt Imago Sancti, cujus nomini dicatum eſt Altare, aùt alia Sacra effigies in medio aſſuatur. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *ut ſupr. num.* 23. *& Gav. ut ſupr. num.* 6.

Mappæ Superiores Altaris è lineo, ſivè canabe ſint albæ, nulloquè alio colore intextæ, tantæ ſint longitudinis, ut ab utroquè Altaris latere profundiùs circitèr tribus digitis, quàm planum Bradellæ demiſſæ ſint; tantæ verò latitudinis, ut totam Altaris menſam contegant; inferiores autèm totam ſaltèm menſam cooperiant. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 20.

Po-

Ponantur autèm ſuper Altari tres, vel una duplicata. *Rub. Gen. Miſſal.* 20.

Non verò duæ ſimplices, tuta conſcientia ſufficiunt. *Gav. ut ſupr. num.* 4.

Mappæ prò Communione, ſi ſuprà Cancellos, vel Scamna extendantur, horum longitudinem æquabunt; aliæ ſint longitudine trium cubitorum, latitudine duorum, capita eorum ornari poterunt. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 21.

Manutergium prò Miſſa erit ex lino longitudine cubitali, latitudine ſeſqui cubitali, ornatum decentèr. *Cærem. Ord. Min. loc. cit. num.* 19.

Pulvinàr, prò Miſſali plenum ſit, non pluma, ſed lana ſolida, ſeù Goſſipio, longè pateat cubito, aùt pavlò amplius latè circitèr unciis 18. ornetur in quatuor angulis laciniatis floculis. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. n.* 28

Miſſale requiritur ad Miſſam celebrandã, aliàs gravitèr peccatur: conveſtitur autèm ab accuratioribus proprio integumento colore Miſſæ convenientis. *Gav. loc. citat. num.* 22.

Habebit autèm Miſſale ſignaculum ex funiculis ſericeis 12. longè ità ductis, ut Miſſalis longitudinem vix quinque unciis excedant. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 21.

Hamulæ, ſivè Ampullæ ſint ex vitro, ſeù Chriſtallo perlucido, cùm operculo decenti, non ex argento, neque ex alia materia. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 17. *Gav. ut ſupr. num.* 11. *& Rubr. Miſſ. cit.*

Calix minor, ne ſit totus amplitudine in or-

orbem ducta unciarum 14. altitudine 12. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 9.

Non autèm ſit ex ære nequè ex aurichalcho, ſed potiùs ex ſtaneo. *Gav. ut ſupr. p.2.tit. 1. num.* 15.

Purificatorium ſit è tela non nimis tenue, nec nimis craſſa, & ſimplici ſit acus opere confectum, latum unciis 18. & non minùs longum totidem; in medio autèm Crux conficiatur. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.*29.*& Gav. loc. cit. num.*7.

Debet autèm eſſe nitidum, & mundum, & ſæpè mutari; ad minùs ſemel in Hebdomada, quamvis, adhuc mundum appareret. *Alcocer. Tract.* 2. *pag.* 84.

Patena inaurata undique eſſe debet: vel ſi ſit argentea, ſaltem in interiori parte; labrum externum circulare ſit admodum tenue, mediam concavitatem habeat, quæ amplitudinem labri Calicis ferè adequet; minor pateat amplè in orbem uncias 32. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num.* 24.

Parva Palla debet eſſe linea, ideſt ejuſdem materiæ, cujus eſt Corporale, & eodem cultu veneranda, & non tangenda à laicis, nequè à Sacratis fæminis. *Gav. ut ſupr. num.* 8.

Inſuper in ſuperiori parte Pallæ poteſt ſericum, & avrum addi. *Id. Gav. loc. cit. num.* 11.

Velum Calicis ab omni parte cubito, & unciis 12. pateat; ſic & velum, quo utitur Subdiaconus in Miſſa ſolemni ſit longitudine ſex cubitorum. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 37.

Corporale erit ex tela linea, & candida

ab

ab oris autèm acus ſimplici opere punctim ſolùm retortum ſit, ad minus ſit longitudine unciarum 30. latitudine totidem. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 13.

In extrema autèm Corporalis parte poteſt ſericum, & aurum addi juxtà: *Gav. loc. cit. num.* 11. *&* 15. ubi ait, quòd ſi immundum notabilitèr ſit, peccatur mortalitèr in eo celebrando.

Corporalia verò non ſunt lavanda in communi vaſe, ſed in proprio ad id deſtinato, quòd etiàm obſervari debet in lavandis aliis Paramentis ſacris. *Cær. Ord. Min. p.* 4 *cap.* 11. *num.* 13. *&* 21.

Burſa Corporalium ſit quadrata latè undiquè pateat circitèr dimidio cubito, intùs ſerico, aùt tela candida circumveſtiatur, Cruce, vel alia Sacra imagine in Superiori parte intexta. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 8.

Vas Hoſtiarum ſit rotundum, latitudine unciarum 4. Hoſtiiſquè ſuper imponatur lamina plumbea rotunda ſerico veſtita, quæ tamèn non multi ponderis ſit. *Cær. Ord. Min ut ſup. num.* 36.

Amictus ſit longitudinis circitèr duorum cubitorum, latitudine ſeſquicubitali, ejus funiculi ità longi, ut antè pectus revocari queant, & cùm ipſis nodus fieri in medio Crux conficiatur unciarum duarum, longè ab extremitate digitis duobus in parte ſuperiori. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 6.

Alba ſit longitudinis quatuor cubitorum latitudinis ſexdecim, ejus verò manicæ ſint longitudinis ſeſquicubitalis, latitudinis

nis ſexdecim, ejus verò manicæ ſint longitudinis ſeſquicubitalis, latitudinis autèm correſpondentis ad habitum Religionis. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 3.

Cingulum ſit longitudine cubitorum circitèr ſeptem; ex lino, vel tenui canabe, capitibuſquè ejus floci ex ejuſdem materia appendantur. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 11.

Quod ſi rumpatur, nodo poteſt uniri, & adhiberi, dummodò aptum ſit ad cingendum, nec benedictionem amittet. *Tonell. in Sacr. Enchir. lib.* 1. *cap.* 3. §. 9.

Manipulus tres debet habere Cruces, & ligari debet infrà cubitum, non ſuprà, nèc longiùs à manu. *Gav. loc. ſupr. cit. num.* 27. & *Cær. Ord. ut ſup. num.* 18.

Stola erit longitudinis cubitorum 6. latitudinis unciarum 6. laciniæ ſint unciarum 3. Cruces quadratæ, ab omni parte unciarum. 3. *Cær. Ord. Min. ſupr. cit. num.* 30.

Hæc autèm ponitur non longè à collo, longè enim à collo proprium eſt Epiſcopi. *Gav. loc. cit. num.* 28.

Planeta latè pateat cubitos circitèr duos, longa tres, Faſcia, quæ vel aſſui ſolet, vel diſtingui in ipſamet Planeta, ut columnæ ſpeciem à tergo, & Crucis antè pectus effingat, lata erit unciis octo ad minimum, funiculi, ſivè lineæ ſericæ addantur in ea parte, qua pectus tegitur, ità oblongæ, ut reduci poſſint antè pectus ad firmandam Planetam, ne defluat à tergo. *Cær. Ord. Min. ſupr. cit. num.* 26.

Planeta habet ſpeciem columnæ à parte

poſteriori, ab interiori verò Crucem, quaſi Sacerdos ſit inter columnam, & Crucem Jeſu Chriſti Domini noſtri. *Gav. ut ſupr. num.* 30.

Pluviale erit longitudine cubitorum trium, & unciarum circitèr ſex, & pro ſemicirculi ratione latè patens: à parte anteriori à ſummo ad extremum hìnc, & indè auriphrigio decoratur, ſicut, & totum caputiũ laciniæ, ſivè frangiæ circà caputiũ debent eſſe latiores, quàm in oris *Cęr. Ord. loc. ut ſup. n.* 27.

Caputium autèm ſit propè auriphrigio, non verò ſuprà *Cærem. Epiſc.*

Dalmatica longa eſſe poteſt cubitis duobus, & unciis 16. lata ab humeris cubito uno, & unciis circitèr 4. ab extremis oris undiquè patens cubitis circitèr quinque. *Cęr. Ord. Min. loc. cit. num.* 15.

Tunicella Subdiaconi, ſit ſimilis Dalmaticæ Diaconi, exceptis manicis, quæ erunt anguſtiores. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 35. *Cær. Epiſ. Alcocer. tract.* 3. *p.* 198. *ex Rubr. & DD. com.*

Superpelliceum ſit è tela tenui, longitudinis ad media uſquè crura, latitudinis in extrema parte cubitorum 13. ab humeris circitèr 8. manicis ità oblongis, ut criſpatæ uſquè ad ſummos digitos pertingant, quæ eſſe poſſunt cubitis circitèr duobus, latè autem patentibus in orbem circitèr cubitos 4. in ipſarum ore forma ſit rotunda, à pectore nullo modo ſciſſum, aùt diſſectum. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num.* 31.

Tela ſtragula Altaris ad illud operiendum finitis Miſſis, longitudine, ac latitudine ſit, quæ totam illius menſam contegat un-

undiquè, & paulò amplius, laciniis brevioribus ab omni parte decore cinta, colore ſit viridis. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 32. *&c.*

Sepimento Altaria munda conſervantur, quo arcentur laici, ne altaribus inhærant indecorè. *Gav. ut ſupr. num.* 18.

Cereus accendendus ad elevationem Sanctiſſimi Sacramenti, ad omnes Miſſas omninò præparetur ad partem Epiſtolæ. *Rubr. Gen. Miſſal.* 20.

Navicula Thuris ex Argento, vel Avrihalco cùm Cochleari ejuſdem materiæ ſit, ità capax, ut incenſi quantitatem ultrà quàm ſit neceſſarium capiat. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. num.* 2.

Thuribuli quadruplenium catenularum longitudo ſit cubitorum duorum, & unciarum circitèr duodecim. *Cærem. Ord. Min. cit. loc. num.* 33.

Tintinabulum pro elevatione, ſi ſit muro appenſum, cordam ità longam habeat, ut Miniſter genuflexus in cornu Epiſtolæ illud commodè pulſare valeat. *Cær. Ord. ut ſup. nu.* 34.

Si autèm non ſit muro appenſum, in feneſtrella, aùt parva Menſa erit cùm Pelvicula; & Ampullis. *Gav. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 20. *num.* 10. *p.* 61.

De Magiſtro Cæremoniarum, & Chori Vicario. Cap. XIX.

PRælatus, in majoribus Eccleſiis, aliquem è ſuis Religioſis, eliget, qui ſit Cæremoniarum Magiſter, & Chori Vicarius, Sacro-

crorum Rituum valdè peritus; iſquè Sacerdos, aùt ſaltem in ſacris ordinibus conſtitutus; omni prorſus deformitate corporis carens; ut officium ſuum decorè, ac pro rei dignitate, exequi poſſit: atquè adeò gravitèr, ac modeſtè in omnibus ſe gerat, ut ab omnibus commendari mereatur.

In motu ſuo, ità modeſtè ſe geret, & in omnibus actibus, ut non præcipitantèr agat, non diſcurrat velocitèr, nec caput voluat, aùt manus agitet indecentèr, ne in ſuis actibus affectationis vitio notetur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 1. num. 1.*

Ut ritè autèm officium ſuum exequatur (ut mandat Cærem Epiſc.) Prælatus præmoneat omnes, ut ipſi Cæremoniario in his quæ ad officium ſuum, cultumquè Divinum, & Cæremoniarum obſervantiam ſpectant, ſine contradictione obediant, nec tantùm ejus verbis acquieſcant, ſed ut oculos in ipſum convertentes obſervent, & illicò illius nutu, aùt levi aliquo ſigno, vel intuitu, quid agendum ſit ſignificanti, ſtatim pareant: ipſe autèm, poteſtatis à Prælato conceſſæ limites non excedet. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 19. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 5.*

Si quid extraordinarium ſit agendum re priùs cùm Prælato communicata, prævidebit omnia, atquè juxtà debitam formam diſponat. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 2.*

Quando celebranda erunt officia, quæ non frequentèr occurrunt, vel quæ ſolemniori apparatu conſuevere fieri, præſertim ſi magnates aliqui affuturi ſunt: non ipſo die

ſed

ſed aliquot ante diebus, ſi per tempus liceat, omnia præparabit, ac præſens videbit maximè, ut Eccleſia, Altaria, ſedilia, & cætera hujuſmodi ſint munda, ut veſtes ſacræ, vaſa, candelabra, & omnia, quæ in celebratione Miſſæ, vel Divinorum Officiorum uſui eſſe poſſunt, ſint ſuo quæquè loco, & ordine præparata. *Cær. Epiſc. loc. cit.*

Ad eum quoquè ſpectabit, præſertim ubi non adeſt Vicarius Chori, curare ut intrà Chorum nulla fiant colloquia, nec ſint qui riſu, alioquè incompoſito, ſeù minus modeſto actu rem Divinam turbent; non qui cùm cæterorum ſcandalo dormiant, literas, aùt alias ſcripturas legant: ſed nec libros, aùt ipſum Breviarium, aùt Diurnum in manibus habeant, ut ex illis privatìm horas, aùt orationes recitent, ſed illas alta voce una cùm Choro dicant, aùt cantent, & ad id librum habere permittantur: Nè quis geſtum aliquem ab aliis differentem demoſtret, ut cùm alii ſtant, quis ſedeat, vel genufleĉtat, vel è contrà: ſed detur opera, ut omnes uniformi ritù attentè, devotè, & reverentèr Divinis Miſteriis, atquè officiis aſſiſtere, eaquè toto cordis affectu admirari, & contemplari videantur: ac ſilentium diligentèr ſervetur. *Cær. Epiſc. loc. cit. & Cærem. Ord. Min. p. cit. cap. 2. num. 4.*

Chorum ad ipſum ſpectabit gubernare, & regere, & præcipuè, ut partes ejus in numero Sacerdotum æquales ſint, diſponet, itaùt hinc indè Cantus æqualitèr pronuntietur, & quandò opus erit, unum, duos,

Digitized by Google

aùt plures Sacerdotes in alteram partem transferet. *Idem num. 5.*

Errata in Altari, ſivè in Choro (ſi quæ contingent) vel modeſtè, ac lenitèr corriget, vel ſilentio, maximè ſi fuerint levia, tranſibit, præſertìm ſi ſæculares adſint, & regularitèr ſolo nutu corriget. *Cærem. Ord. ut ſupr. cap. 1. num. 4. & cap. 2. num. 4. & Cærem. Epiſc. ut ſupr.*

Magnam adhibebit prudentiam in reſumendis antiphonis, aùt ſimilibus aliis rebus, proſequendo ſemper eumdem tonum, (honoris gratia,) dummodo non tantùm aberret à ſuo tono incepto, ut commodè non poſſit proſequi.

Eadem admonitione utetur circà Organiſtam, cùm organo ſemper concordando; ſed cupiens aliquid decantare extra ſuum tonum ordinarium benè ageret, ſi priùs admoneret Organiſtam, ut ſciret in quonam tono pulſanda eſſent organa.

Habebit etiàm campanulam, qua moneatur Organiſta, ut organa pulſet, aùt à pulſatione ceſſet. *Bauldr. p. 1. cap. 7.*

Singulis diebus Sabbati Miniſtrorum nomina in tabella publicè exponet, in qua præſcribet Hebdomadarium, Diaconum, Subdiaconum, Cantores, & alios officiarios; idem faciet in Vigiliis magnarum ſolemnitatum, & ſemper quantùm fieri poterit deſignabit Miniſtros ad ſingula officia idoneos, & valdè inter ſe pares præſertìm Cantores, & Ceroferarios. *Beav. in Cærem. Eccleſ. p. 2. cap. 1. num. 3.*

Mi-

Miniſtros omnes de ſuis officiis maturè præmonebit; & non dùm exercitatos inſtruet diligentèr, nequè permittet unquam, ut aliquis non benè inſtructus, & ad officium ſuum ritè obeundum, non ſatis comparatus, ſe ingerat, vel quicquam temerè agat.

Sacris ordinibus recens initiatos, præ cæteris privatim, exercebit, antequam publicè miniſtrent; & præcipuè novum Sacerdotem exactiſſimè docebit quæcumquè ad Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium ritè peragendum attinent, priuſquam ad Altare primùm Sacrum facturus accedat. *Cærem. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num.* 5. *& Boliaſc. de Miſt. Miſſ. p.* 3. *cap.* 17. *pag.* 343.

In Proceſſionibus ad ipſum ſpectat omnes ritè, & ordine ſuo dirigere, & curare, ut nullo modo interrumpatur, vel pertubetur Proceſſio, atquè ut pari paſſu, & gravi inceſſu, debitaquè diſtantia trium, aùt quatuor paſſuum omnes, ac ſinguli progrediantur; cæleri quadam, ſed gravi iteratione, ſi opus ſit, ad hoc, incedendo per medium intèr procedentes, & præcipuè, ut omnia eodem ritu cantentur, atquè dicantur, curabit. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. num.* 18.

Ad Miſſam ſolemnem celebrandam, dicta hora, quæ eam præcedit, omnibus paratis, & ipſe Cæremoniario ſuperpelliceo indutus; indutiſquè Celebrante, & aliis Miniſtris, curabit, ut ipſe Celebrans immittat thus in Thuribulum.

Tùm facta cùm cæteris Cruci reverentia, manibus junctis, & ſolus ſequetur Cerofe-

rarios, nudo capite procedendo ad Altare; ubi cùm pervenerit, facta cùm cæteris genuflexione in plano à parte epiſtolæ, ibidem genuflexus remanebit uſquè dùm facta ſit confeſſio, quà facta, aſcendit cùm Miniſtris ad ſuppedaneum Altaris, ubi facta genuflexione à dextris Diaconi, capit Naviculam dextrà à Thuriferario, eamque tradit Diacono ſinè oſculo, ità ut pars clauſa ipſum Diaconum aſpiciat. *Beav. loc. cit. num.* 9.

Tùm accipit ab eodem Thuriferario Thuribulum, illudquè ſuſtinet apertum coram Celebrante imponente thus in eò, deindè ſiniſtrà recipit naviculam; quam reddit Thuriferario, & dextrà tradit Thuribulum Diacono, dimiſſo priùs operculo: quidam volunt, prædicta decentius fieri à Thuriferario. *Ibid.*

Dùm Celebrans incipit incenſationem, amovet miſſale, & cuſſinum de Altari, (niſi adſit Præsbyter aſſiſtens, qui id præſtet) eaquè ambabus manibus antè pectus, extrà gradus Altaris propè cornu Epiſtolæ verſa facie ad illud Altare, ſuſtinet, & ſtatìm facta incenſatione partis Epiſtolæ, ibidem ea reponit: tùm genuflexione facta, deſcendit in planum. *Beav. loc. cit. num.* 18.

Incenſato Altari ſtat poſt Diaconum à ſiniſtris Thuriferarii, inclinans ſe cùm eodem Diacono antè, & poſt incenſationem Celebrantis, quòd ſempèr in hujuſmodi incenſatione ſervabit. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. n.* 6. 7. *&* 8. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 2. *num.* 14. *&* 18. *& tit.* 4.

Dùm

Dùm dicitur Introitus ſtat propè angulum poſteriorem Altaris, versùs ipſum Celebrantem, & inclinat ſe Cruci dùm dicitur *Gloria Patri*; ibidem ſtat dùm dicitur *Gloria in Excelſis*, *Symbolum*, & *Sanctus*: ſe inclinans, quando opus eſt, & monens Celebrantem cùm Miniſtris de capitis inclinatione, cùm res poſtulaverit. *Cær. Ord. Min. num.* 9.

Cùm cantatur ultimum *Kyrie* in Choro, monet Celebrantem, & Miniſtros, ut ad medium Altaris procedant, & ab ipſo, & à Miniſtris *Hymno Angelico* dicto, monet nutu eoſdem, ut ſedeant.

Circà finem *Hymni Angelici* in Choro, videlicèt dùm cantatur: *Cùm Sancto Spiritu*: reducit Celebrantem ad Altare per gradus anteriores, præcedendo Miniſtros.

Tùm facta genuflexione, redit ad cornu Epiſtolę, ubi oſtendit Celebranti orationem, & circà finem ultimæ, accipit librum de Credentia; eumquè tenens per latera ipſius ea parte, qua aperitur, ad dexteram ſuam converſa, tradit ibidem Subdiacono ſtanti poſt Diaconum in cornu Epiſtolæ, eumquè ducit (à ſiniſtris ejus incedens) ad medium Altaris, ubi genuflectit, & indè eum ſtatìm conducit ad locum, ubi cantare debet Epiſtolam: ubi ſtans à ſiniſtris ejus, vertit folia libri, ſi opus ſit. *Beav. ut ſup. num.* 14.

Finita Epiſtola, eumdem reducit ad medium Altaris, & indè genuflexione facta, reducit ad Celebrantem, ut ab eo benedicatur; deindè recipit ab eo librum, quem deponit ſuper Credentiam. *Gav. ut ſupr. tit.* 6. & *Cær. Ord. loc. cit. n.* 10.

Nota quod incedit regularitèr, aùt ſtat à ſiniſtris illius, quem comitatur, niſi aliquid obſtet, ut v. g. anguſtia viæ, aùt populi concurſus: tùnc enìm præcedit, & nunquam ſequitur. *Beav. ut ſupr. num.* 15.

Dum Celebrans incipit Evangeliũ, tradit in cornu Epiſtolæ librũ Enangeliorũ Diacono, eo modò, quo anteà Subdiacono. *Id. loc. cit.*

Circa finem *Alleluja*, aùt *Tractus*; aſcendit cùm Thuriferario ad Altare, ubi incenſum miniſtrat, ut ſuprà: poſteà deſcendit cùm eodem Thuriferario, facta genuflexione Altari, ducit Thuriferarium, & Ceroferarios ad medium altaris in plano, ubi à ſiniſtris Subdiaconi genuflectit ſupèr infimum gradum, & erectus præcedit omnes ad locum Evangelii. Cùm pervenerit ad prędictum locum; ſtat poſt Diaconum à dextris ejus, ubi miniſtrat ei Thuribulum.

Finito Evangelio recedit, præcedens omnes ad medium Altaris, ubi aſſiſtit Diacono, & facta genuflexione, ei Thuribulum miniſtrat. *Gav. ut ſupr. tit.* 6.

Dùm Celebrans cùm Miniſtris dicit *Credo*, ſtat in cornu Epiſtolæ, ut ad *Gloria*, & eo finito, monet, ut ſedeat.

Paulò antè, *Et Incarnatus eſt* genuflectit, & verſu: *Et Incarnatus eſt*, decantato, tradit Diacono burſam Corporalium ambabus manibus, ità ut pars aperta ipſum Diaconum reſpiciat. *Beav. loc. ſup. cit. num.* 18.

Circa finem Symboli reducit Celebrantem ad Altare per viam longiorem: tùm facta genuflexione redit ad Credentiam, & inchoa-

choato offertorio, velum oblongum ſupèr humeros Subdiaconi aptat, eumquè à ſiniſtris Calicem ad Altare deferentem ducit.

Si adſint particulæ conſecrandę prò Communione ſolemni, portat Pixidem ad Altare paulò antè Subdiaconum, niſi delata ſit à Sacriſta. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 17.

Facta oblatione miniſtrat incenſum, & amovet Miſſale, ut ſuprà, & incenſatione peracta, vadit ad ſiniſtram celebrantis cùm genuflexione, eiquè aſſiſtit, & folia Miſſalis vertit, dùm celebrans dicit ſecretas orationes, & Præfationem niſi adſit Præsbyter aſſiſtens: quia tùnc deducet Diaconum ad incenſandum Chorum eiquè à latere aſſiſtens monebit, quando, & quibus ſit inclinandum, quos priùs, quoſvè poſteriùs incenſare debeat, & quibus num incenſationibus. *Cær. Ord. Min. p. & cap. cit. num.* 11.

Circa finem Præfationis facta geneflexione recedit, & ducit Ceroferarios in Sacriſtiam, ubi acceptis facibus, eoſdem, & Thuriferarium cùm Thuribulo ad Altare reducit; deindè accedit ad cornu Epiſtolæ, ubi, ſi opus ſit, ponit thus in Thuribulum, quòd Thuriferarius genuflexus ſuſtinet antè eum; & facta elevatione SS. Sacramenti ſurgit, & genuflectit, accedit ad medium Altaris, ubi iterùm genuflectit, & eumdem Thuriferarium, & Ceroferarios, ſi diſceſſuri ſint, reducit in Sacriſtiam, indequè ſtatìm redit ad Altare cùm illis.

Cùm Diaconus accedit ad dexteram celebrantis, ipſe cum debita genuflexione,

 accedit

Digitized by Google

accedit ad librum, ibiquè ſtat ad orationem Dominicam folia vertens, ſi opus ſit, donec poſteà ibi accedat Subdiaconus dicturus Agnus Dei, quia tunc recedens, ei locum cedit. *Bauldr. part. 3. cap. 11. art. 8.*

Poſteà eumdem Subdiaconum (vel Præſbyterum aſſiſtentem) pacem in Chorum deferentem comittatur, & in capite ipſius Chori ſalutat omnes ab utraquè parte, & conducit Subdiaconum, ad quos dandum eſt pacis oſculum, inclinans ſe illis poſteà tantùm cùm Subdiacono. *Cær. Ord. ut ſupr. num. 12. & Gav. loc. ſup. cit. tit. 10. num. 26.*

Tùm reverſus ad Altare, facta priùs ibidem genuflexione, accipit pacem ab eodem Subdiacono per oſculum, & ſtatìm dat Acolythis, etiam per oſculum.

Poſt ſumptionem Sanguinis ducit Acolythum cùm ampullis ad Altare, & reducit eum, poſt datam ablutionem Celebranti ad Credentiam.

Finita oratione cùm ſua ultima concluſione, ad quam ſtat ad dextris Celebrantis, ſtatìm claudit Miſſale, niſi ſit legendum aliud peculiare Evangelium. *Bauld.*

Ad benedictionem genuflectit in cornu Epiſtolæ ſignans ſe.

In fine Miſſæ factis debitis reverentiis Altari, reducit Celebrantem, & Miniſtros in Sacriſtiam, ubi cùm pervenerit, facta reverentia Imagini, inclinat ſe Celebranti, & aliis, & eum adjuvat deponentem paramenta ſua, &c.

De ejus officio in Veſperis, & Matutinis Solem-

Solemnibus; in benedictionibus ſolemnibus, & aliis hujuſmodi officiis, ſuis locis agemus.

De Sacriſta, & ejus Officio. *Cap. XX.*

ELigendum eſt Sacriſta, qui ad hujuſmodi officium fideliter, & ſtrenuè exercendum, idoneus, & aptus meritò cenſeri poſſit, & qui in Sacerdotali ordine ſit conſtitutus, maximè in Eccleſiis, ubi major eſt concurſus populi; iſquè habeat unum, vel plures, (ſi neceſſe ſit,) qui ei adſint in omnibus, quæ agenda ſunt circà Eccleſiæ miniſteria. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 10. *num.* 2. *&* *Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 6.

Ejus præcipua cura erit, ut paramenta ſacra, vaſa, libri, cerei, ornamenta, inſtrumentaquè pro uſu Eccleſiæ, & Altarium, ac reliqua ſuppellex eccleſiaſtica; ſana, integra, & munda conſerventur, eaquè, cùm attrita, aùt lacera erunt, renovari appararique procuret. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 3.

Sed in primis diligentiſſimè curabit, ut ea, quæ ad Sacroſanctæ Euchariſtiæ cultum, & honorem ſpectant, nitidè conſerventur, locuſquè, ſeù Tabernaculum, ubi cuſtoditur, diligentiſſimè, & fidis clavibus obſeretur: Lampades circà illam perpetuò ardeant; & à Sacerdote ad id munus deputato, ſingulis diebus octavis renovetur. *Cærem. Ord. Min. p. & cap. ſup. cit. num.* 4. *& p.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *& cap.* 8. *num.* 1. *Concil.* 4. *Turon. cap.* 4.

&

& Concil. ebor. Pollac. in Aphor. p. 1. *Cærem.* 13. *pag.* 60. *num.* 4. *& Cær. Epiſc. loc. ſupr. cit.*

Hoſtiæ verò, ſeù particulæ conſecrandæ debent eſſe recentes. *Ritual. Pavl. V.*

Circà Sacri Chriſmatis, aliorumquè Sacrorum Oleorũ conſervationem, diligentiſſimam curam adhibebit, ipſaquè Olea Sacra ſingulis annis in majori Hebdomada renovari curabit: & quod ad Sacrum Oleum Infirmorum attinet, procuret illud in Vaſe ab aliis ſeparato, intrà burſam ſericam cuſtodiri: idem, & de Sacris Sanctorum Reliquiis dicitur, ut ſcilicet, fidelitèr, & honorificè aſſerventur. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 10. *num.* 5. *&* 6. *& Cærem. Epiſc. ut ſup.*

Aqua benedicta, ut ſingulis Hebdomadis renovetur, curabit: ac deniquè ut tota Eccleſia, ſingula ejus Sacella, & Altaria ſempèr munda, & nitida ſint. *Id. Cærem. Ord. num.* 7.

Nullo autèm modo per Eccleſiam diſcurrere permittat Mendicos, Canes, aùt alia Animalia Divina officia perturbantia. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 12.

Diligentiam adhibebit etiàm, ut à Sacriſtia, laicorum ſæcularium nimia frequentia, indecentes ſermones, jurgia, rixæ, artuſquè profani removeantur. *Cærem. Ord. Min. loc. cit. num.* 8.

Cavebit ſi fieri poſſit, ne in Altari Majori dicantur Miſſæ privatæ, dùm cantantur horæ Canonicæ in Choro. *Cær. Epiſc. ut ſupr.*

Sacras Cæremonias; & rubricas ſtudeat perfectè tenere, ut de iis reſpondere poſſit, præcipuè ſi ſit Sacerdos.

Ad

Ad eum etiàm ſpectat, ut, per Campanarum ſonum ſingulæ horæ Canonicæ, ſuo tempore ſecundùm conſuetudinem Provinciæ, & locorum indicentur. Itèm cùm in Miſſa Majori elevatur Sanctiſſimum Sacramentum, ideſt à *Sanctus* incluſivè: quandò illud ad infirmos deferendum eſt, & ad Gloria in Excelſis, quandò cantatur in Miſſa: paritèr, ut matutino, meridiano, veſpertino tempore, ac hora vigeſima tertia; diebus ſingulis (ubi adeſt conſuetudo) *Salutationis Angelicæ* ſignum detur. *Cærem. Epiſc. loc. ſupr. cit. ad Sanctus, vide Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 14.*

Cereos, lampades, ac luminaria curet tempore ſuo accendi, & eo numero, quem juſtà Cæremonias patientur Conventus facultates: nec non Miſſa Major, aliæquè functiones Eccleſiaſticæ, ſecundùm præſcriptum Rubricæ celebrentur, & ut Sacerdotes Miſſas celebraturi opportuno tempore, & ordine exeant prò populi, perſonarumquè concurſu. *Cær. Epiſc. ut ſupr.*

Ad ipſum ſpectat Miſſas celebrandas in libris Sacriſtiæ adnotare, ut omni exacta diligentia benefactorum intentioni ſatisfiat *ibidem.*

Invigilet etiàm, ut mantilia prò manibus Sacerdotum, qui celebraturi ſunt, in promptu habeantur, eaquè ſint munda, & nitida, & in opportuno Sacriſtiæ loco cuilibet Sacerdoti ſuum aſſignabit ſudariolum. *Beav. in Cærem. Eccleſ.*

Nulli Religioſo vago, peregrino, ignoto, ſinè

ſinè commendatitiis ſui Ordinarii litteris celebrare concedet: & nulli, quem capillorum immodeſtia, defectu tonſuræ, vel alia legitima cauſa videbit, ad ſacra permittet. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 16. & 17. & Tonell. in Sacr. Enchirid. in fine.*

Prò Miſſis celebrandis, Altaria deteget revoluto decentèr ſtragulo uſquè ad poſteriorem partem Altaris, & mappam plumaria ſcopula deterget, & celebratis Miſſis, ea iterùm conteget ſuis operimentis, coloris quantùm fieri poteſt, viridis. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 11. num. 5. & 32.*

Curabit etiàm prò temporum, dierumquè feſtorum qualitate, ut Eccleſia, & Altaria decentèr ornentur: & cùm Miſſa, cæteraquè Divina officia ſolemnitèr celebranda erunt ſivè per Epiſcopum, Prælatum, vel per alium, ipſe peculiarem curam geret, ut Altare Majus, Credentia, & omnia alia opportunè præparentur; & Epiſcopo celebrante, aderit apud Altare in cornu Epiſtolæ cùm oblata erunt offerenda, & prægustabit de hoſtia, vino, & aqua porrigente Diacono. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 6. ut ſupr.*

Quotidiè hora competenti Januam Eccleſiæ aperiet, & poſt Miſſas claudet: & hora competenti prò Veſperis aperiet, & iterùm claudet poſt Completorium, niſi aliud obſtet; omniaquè alia providere ſtudebit, quæ ſecundùm Eccleſiæ ritum, & conſuetudinem providenda erunt.

Calices, Thuribula, &c. Semel in Anno mundare poterit à ſordibus, adhibito lexi-

nio

nio calido, & ſmegmate eos tergendo, deindè aqua pura eos iterùm lavando, mox Soli exponendo, ità ut exſiccentur, & demùm panno lineo albo abſtergantur.

Ampullæ vitreæ, ſi ſordidæ fuerint, curare poterit, ut ebulliant in vaſe cum lexivio.

Corporalia ſciſſuris, & fragmentis, quæ ſuperſunt Hoſtiis aptatis poterit à nigredine mundare, quam contrahere ſolent ex frictione Patenæ, & Calicis in Altari; vel præſtantiùs id fiet mica, ſeù medulla panis ordinarii adhibita: & ſi paucitas ſit alicubi Corporalium ex paupertate loci, poterunt Corporalia inverti modo ex una, modo ex altera parte, abſquè ſcrupulo. *Cær. Ord. Min. p. ut ſupr. cap.* 12.

De Præsbytero Aſſiſtente.
Cap. XXI.

PRæsbyter aſſiſtens, quando datur in Miſſa, regularitèr non datur niſi Prælatis, & novis Sacerdotibus. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 7. *num.* 12.

Illiùs præcipua cura erit Miſſam prævidere, & ſignacula in Miſſali Celebrantis ſuis locis aptare, ac Miſſæ Solemni præter Diaconum, & Subdiaconum miniſtrare. *Baul. p.* 1. *cap.* 3.

Igitur, Amictu, Alba, ſeù Superpelliceo, & Pluviali indutus, facta principali imagini in Sacriſtia poſitæ, celebranti, & aliis debita reverentia, procedit ad Altare mani-

nibus junctis, & tecto capite à dextris Diaconi; ubi cùm pervenerit, genuflectit ad dexteram celebrantis; Diaconus verò, & Subdiaconus ad ſiniſtram, & ipſe celebranti cùm aliis reſpondit, dùm facit Confeſſionem, verſus eum ſe profundè inclinans, dicens: *Tibi Pater*, *& Te Pater*, *&c. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 11. num. 2. & 3. & Bauldr. loc cit.*

Peracta Confeſſione aſcendit ad Altare, cùm Celebrante, elevans veſtes ejus anteriores manu ſiniſtra, dextera pectori appoſita; tùm facta gennflexione retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, amovetquè librum, & cuſſinum de Altari, & deſcendit in planum, cùm celebrans illud incenſat, illaquè ſuo loco reponit, facta incenſatione ipſius cornu Epiſtolæ: indè recedit ad poſteriùs cornu Epiſtolæ cùm debitis reverentiis, ubi expectat donec celebrans incenſatus fuerit. Poſteà ſtat medius à dextris ipſius celebrantis, habens Diaconum à ſiniſtris, oſtendens illi initium Miſſæ, ſignans ſe, & inclinans eo modo quò celebrans: nec indè recedit donec celebrans dicto *Kyrie eleiſon*, vel *Gloria in Excelſis* ſedeat, quo caſu, & ipſe tecto capite ſuper ſcabellum ſedebit à dextris Diaconi, facie verſa ad populum prout celebrans, vel prout ſitus loci patietur. *Bauldr. & Cær. Ord Min. ut ſupr. num. 4.*

Circà finem *Hymni* Angelici celebrante ſurgente, ipſe ſimilitèr caput detegens ſurgit, & cùm debitis reverentiis, redit per breviorem viam ad cornu Epiſtolæ, ibiquè oſtendit celebranti orationem, & quæ can-

tando

tanda ſunt, vertit folia, & reſpondet quando neceſſe eſt, Diaconus verò remanet in loco ſuo: & cantata Epiſtola à Subdiacono, retrahit ſe aliquantulum verſus candelabra, ut locum illi præbeat ad oſculum manus, & benedictionem celebrantis. *Baul. loc. cit.*

Data benedictione Subdiacóno, Præsbyter Aſſiſtens, ſumpto libro clauſo cùm cuſſino, tranſiens intèr Celebrantem, & Diaconum, vadit ad cornu Evangelii, facta priùs in medio genuflexione, ibiquè ſtans ad ſiniſtram Celebrantis, illi tenens librum ſiniſtra, dextera præoſtendit initium Evangelii, folia vertens, ſe ſignans, inclinans, & genuflectens cùm eo, eiquè reſpondet cùm opus eſt, Subdiacono interim ſtante ad ſiniſtris ejus, vel in plano aliquantulum poſt celebrantem: finito Evangelio ibidem remanet, poſito priùs libro Celebrantis propè medium Altaris. *Bauldr. & Cærem. Ord. Min. ſup. cit. num.* 5. *&* 6.

Dùm autèm à Diacono cantatur Evangelium, ſtat in eodem cornu Evangelii ad altiorem gradum, quaſi collateralis candelabris, converſus ad Diaconum manibus junctis, ſignans ſe, inclinans, & genuflectens cùm eo, ſed verſus Crucem. *Bauldr. ut ſupr.*

Cantato Evangelio, accedit ad celebrantem cùm debitis reverentiis, eumquè præmonet ſi dicendum ſit *Credo*, vel *Dominus vobiſcum*, & ſi dicatur Credo, locum cedit Subdiacono, retrahens ſe ad cornu Evangelii,

gelii, vbi ſtat, & inclinat, ac genuflectit cùm aliis recitans etiàm *Symbolum*, in cujus fine ſe ſignat. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 7.

Si Celebrans ſedet, etiàm ipſe ſedet, ut ad *Gloria in Excelſis* caput detegens; & ſe inclinans ad: *Et Incarnatus eſt*, &c. quandò verò Diaconus defert Burſam, nec ſurgit, nequè caput detegit.

Circa finem Symboli redit ad Altare celebrantem ſequens per viam longiorem, & facta genuflexione, accedit ad latus Evangelii, ubi oſtendit celebranti offertorium, &c. *Bauldr. loc. cit.*

Dùm autèm celebrans oblata, & Altare thurificat, ipſe ſumpto libro, retrahet ſe extrà cornu Evangelii, ne thurificationem impediat, & finita thurificatione, reponet librum cùm polvino ſuper Altari, & dùm incenſatur Celebrans, ſtat in cornu Evangelii in loco commodiore, nequè ampliùs recedit à libro uſquè ad *Agnus Dei*, & quandò ſe convertit ad Diaconum, à quo debet incenſari antè Subdiaconum. *Bauld. ſuprà.*

Quandò Celebrans, lotis manibus, accedit ad medium Altaris, oſtendit ei digito, quæ legenda ſunt, vel canenda.

Ad *Sanctus*, locum cedit Subdiacono.

Non genuflectit, niſi cùm elevatur Sanctiſſimum Sacramentum, & quoties celebrans genuflectit. Cùm illo pectus percutit. Ad *Nobis quoquè peccatoribus*; ſe ſignat, & inclinat paritèr, quandò opus eſt. *Bauld. loc. cit.*

Digitized by Google

Ad *Agnus Dei*, cedit locum Subdiacono, & accedit cùm debitis genuflexionibus ad cornu Epiſtolæ, ubi genuflectit ad dexteram Celebrantis, dùm dicit primam orationem antè Communionem, eaquè dicta ſurgit, & manibus junctis oſculatur Altare extrà corporale, & recipit pacem à Celebrante, eiquè dicenti: *Pax tecum* reſpondit: *Et cum ſpiritu tuo*; tùm accepta pace, factaquè ei inclinatione, & Altari genuflexione, vertit ſe ad Diaconum per latus ſuum ſiniſtrum, ne terga vertat Sacramento, & dat ei pacem per mutuum amplexum, dicendo: *pax tecum*, qui ſimilitèr dat eam Subdiacono, tùm facta genuflexione in plano cùm Cæremoniario, eam defert ad Chorum, & eo modo, & pari diſciplina, quam Subdiaconus in Miſſa ſolemni, eam diſtribuens. *Bauldr. ut ſupr. & p. 2. cap.* 10. *art.* 1.

Data pace in Choro, & facta debita reverentia, redit ad Altare, ubi facta genuflexione, dat eam Cæremoniario, & hic Acolythis; quo facto redit ad librum, recedente Diacono cùm debita genuflexione, ubi ſe inclinat ad *Domine non ſum dignus*, niſi ſit dictum, & percutit pectus, & ſe inclinat ſimilitèr manibus junctis, dùm celebrans ſe communicat; ſed ſi fiat Communio, retrahit ſe ad cornu Evangelii, ubi ſtat verſus Celebrantem, dùm communicat. *Idem Bauldr.*

Poſt ablutionem Celebrantis reportat librum cùm pulvino ad cornu Epiſtolæ cùm debitis reverentiis, & indicat Celebranti,

quæ

Digitized by Google

quæ dicenda ſunt, finitiſquè orationibus, claudit librum, quem tradit Cæremoniario, vel ibi relinquit, præcipuè ſi dicendum ſit aliud peculiare Evangelium.

Ad Benedictionem genuflectit in medio, vel à dextris Diaconi, & accedit ad cornu Evangelii, ubi miniſtrat Celebranti, at ſi aliud Evangelium peculiare ſit dicendum, ipſe portat librum ad cornu Evangelii genuflectens in plano antè medium Altaris, eo tempore, quo datur benedictio. *Bauld. loc. cit.*

Lecto Evangelio, & clauſo libro, tranſit ad dexteram Celebrantis in cornu Epiſtolæ ubi facta Cruci inclinatione, deſcendit in planum, ac cùm aliis facit Altari debitam reverentiam, deindè capite tecto, eo ordine, quo venerat, revertitur in Sacriſtiam, ubi facta imagini, & celebranti reverentia, deponit paramenta. *Cærem. Ord. Min. & Baul. ut ſup.*

Mihi autèm videtur; nè Præsbyter Aſſiſtens in Altari Sacrorum Miniſtrorum impediat officium, ut cùm pervenerit ad Altare, facta cùm aliis debita reverentia in plano in cornu laterali Epiſtolæ, ibi maneat ad totam Confeſſionem; poſteà, tàm in cornu Epiſtolæ, quàm Evangelii aſſiſtat libro, & celebranti indicet, quæ legenda, aùt canenda ſunt, & quando opus eſt eumdem moneat, quid agendum, &c. quandò verò Diaconus cantat Evangelium, ſtet in loco, ut ſuprà, & alia reſpectivè faciat.

In Miſſis, & Exequiis Defunctorum, accedit

cedit Præsbyter Aſſiſtens, ut patet in *Ritual. Rom. Paul. V.* Item in aliquibus Proceſſionibus, & præcipuè SS. Sacramenti. *Cærem. Ep. lib. 2. cap. 23. & 33.*

De Diacono, & ejus Officio in Miſſa Solemni. Cap. XXIII.

DIaconus officii ſui dignitatem mente intuens, quà maxima puritate, tàm corporis, quàm animæ, quaquè ſedulitate poterit, ſua munia explere conabitur: ac inprimis audito ſigno Miſſæ ſolemnis, accedet ad Eccleſiam, ubi præmiſſa brevi oratione, Sacriſtiam ingreſſus, accipiet Miſſale Celebrantis, perquiret Miſſam, & ſignacula ſuis quęquè locis aptabit: Similitèr in alio Miſſali, vel Evangeliorum libro, perleget Evangelium, illudquè notabit ſignaculo, & hos libros tradet Sacriſtæ, ſeù Acolytho deferendas ad Altare, ſeù credentiam. *Beauv. in Cær. Eccl. p. 2. cap.* 3. §. 1. *num.* 1.

Tùm manus lavabit, & induet ſe, (Aliquo Acolyto adjuvante) paramentis ordinis ſui; poſitis à latere dextrò paramentorum Celebrantis, ſcilicèt Amictu, quem accipiet per latera ambabus manibus, cujus Crucem oſculabitur, non ſe ſignans cùm eo, ut benè advertit. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 1. *num.* 25. *Tonell. in Sacr. Enchirid. lib.* 2. *tit.* 2. *& alii communitèr.*

Deindè induet ſe Alba, Cingulo, & Stolla, cujus Crucem etiàm oſculabitur, eamquè ſupèr humerum ſiniſtrum imponet, & ſub ſuo

ſuo brachio dextro ligabit. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. tit. 19. num. 6. & Cær. Epiſc. lib. 1. c. 9. & 19.*

Non tenetur (nec Subdiaconus) piè tamèn faceret orationes in Miſſali poſitas, ad ſingula paramenta, recitare: quamvis dicendas eſſe doceat. *Bonamic. p. 1. obſerv. 2. num. 13. Relat. à Tonell. lib. 1. tit. 1.*

Deindè Sudariolum appendit cingulo à parte dextra. *Bauldr. p. 1. cap. 12. art. 1.*

Celebrantem ſe induentem juvabit, ſtans nudo capite ad dexteram illius, ac primo illi offert Amictum, quem priùs quaſi oſculabitur juxtà Crucem, & tradet celebranti oſculandum in Cruce, & diligentèr aptabit capiti ejus, ut concinnè fluat æqualitèr ſuper humeros, & operiat capucium, in quo juvabit eum Subdiaconus, ſtans ab alio latere; Tùm Albam imponet, ejuſquè diſtendet manicas, & porriget cingulum; demùm accipiens Stolam ambabus manibus, quaſi eam oſculabitur propè Crucem, & Celebranti offert oſculandam in Cruce; tùm ſuper humeros ejus applicabit, advertetquè, ut Crux à tergo directè in medio appareat, & ipſam Stolam antè pectus ejuſdem Celebrantis tranſverſam, ipſius cinguli extremitatibus, non autèm aliis vittis ſubligabit, advertens, ut pars dextræ Stolæ ſit ſuper impoſita ſiniſtræ. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 1. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 8.*

Diaconus, facto à Celebrante ſigno, profundam Cruci, vel Imagini principali in Sacriſtia poſitæ, facit reverentiam, ſtans à dextris Celebrantis, cùm quo accedet ad

Chori

Alba, & Stola Diaconali tantùm indutus, (*Gav. tract. 1. p. 1. tit. 19. num. 5.*) præcedens Celebrantem, & habens Subdiaconum à ſiniſtris: accedens autèm ad Altare, ſiſtit ſe ad dexteram Celebrantis, & detecto capite genuflectit, & procedit ad Chorum, locum ſuum petens debitis cùm reverentiis. *Beavv. mox. citand.* Hora verò finita revertens in Sacriſtiam, genuflectit Altari, & procedit ordine, quo venerat. *Beavv. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 2.*

Reverſus ad Sacriſtiam, & præmiſſa debita reverentia Imagini, & Celebranti, accipit reliqua paramenta ſui ordinis ad Miſſam: deindè nudo capite aſſiſtet Celebranti, & cùm Subdiaconus impoſuerit eidem Celebranti manipulum, Diaconus, planetam à latere ſuo decentèr ſuſtinens, imponet illi. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 8.*

Mox, niſi adſit Præsbyter aſſiſtens, Naviculam, & cochlear cùm debitis oſculis, & reverentiis, prò thuris impoſitione miniſtrabit Celebranti, dicens. *Benedicite Pater Reverende. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. Cęrem. Ord. Min. p. 2. cap. 13. num. 3. & p. 4. cap. 7. num. 2. & Cęrem. Epiſc. lib. 2. cap. 8.*

Impoſito, ac benedicto incenſo, faciet Celebranti reverentiam; poſteà cùm illo profundè ſe inclinabit Imagini principali: atquè ſtatìm tecto capite procedet ad Altare, ſequens Subdiaconum, junctis manibus, devotè, inceſſu gravi, oculis demiſſis, & erecto corpore. *Cęr. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 5. & p. 4. cap. 7.*

Cùm pervenerit antè infimum gradum Altaris paululùm ſecedet, ſi opus ſit, ut det Celebranti locum, deindè à dextris ejus, (niſi adſit Præsbyter aſſiſtens, quia tùnc ſtabit à ſiniſtris) nudo capite ſuper infimum gradum, vel in plano genuflectet unico genu, etiàm abſente Sanctiſſimo Sacramento, quià debet genuflectere Cruci in tota Miſſa. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 6. & 8. & part. 4. cap. 7. num. 13. & Gav. in Epit. tract. 1. part. 2. tit. 2. num. 17. & Rub. Miſſ. 4. num. 7.*

Si verò Celebrans utitur Pluviali, ut in Aſperſione aquæ benedictæ, &c. tùnc Diaconus à dextris ejus, elevabit anteriorem partem Pluvialis à ſuo latere non omninò æqualitèr incedens cùm Celebrante, *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 5. & cap. 13. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 15.*

Facta cùm aliis genuflexione, ſurgens, ipſum Celebrantem etiàm ſurgentem juvabit, brachium ejus ſiniſtra modicè ſuſtentando, ſtanſquè ibidem junctis manibus, reſpondebit Celebranti, ac eo ſe ſignante, & inclinante, ſe ſignabit, & inclinabit. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 5. & Gav. ut ſupr. tit. 3. num. 8.*

Dùm Celebrans faciet Confeſſionem inclinatus, ſtabit Diaconus, & dùm ipſe faciet Confeſſionem, ſtante Celebrante, inclinabitur, donec eidem dicenti. *Miſereatur, &c.* reſpondebit *Amen. Gav. ut ſupr. num. 7.*

Cùm verò antè Confeſſionem dicet Miſereatur tui, aliquantulum inclinatus convertet ſe ad Celebrantem, & ipſa etiàm Confeſſione ſua, profundiùs inclinatus, ſe con-

convertet ad illum, dicendo *Tibi Pater*, & *Te Pater*. *Gav. loc. cit. num. 7. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap.* 8.

Cùm dicit, mea culpa, in Confeſſione, ter manu dextrà tundet pectus, ſiniſtrà pectori admota, & ad *Indulgentiam* ſtans, ſe ſignabit. *Gav. ut ſupr. num. 7. &* 8.

Celebrante dicente, *Deus tu converſus*, *&c.* inclinabit ſe cùm ipſo mediocritèr; ſed ad verbum *Oremus*, non diſiunget manus cùm ipſo. *Beav. ut ſupr. num. 5. & Gav. p. 2. tit. 3.*

Confeſſione facta, & dicto *Oremus*, aſcendet cùm Celebrante ad Altare, Albam, & veſtes illius anteriores ſiniſtrà paululùm attollens, dextrà pectori admota, quòd in ſimili caſu ſemper faciet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 9. & Gav. ut ſupr. tit. 4. num. 6.*

Dùm Celebrans oſculabitur Altare, Diaconus genuflectet manibus junctis, advertens, ut nequè tangat, nequè oſculetur Altare, quòd ſempèr obſervabit, & ſtatim ſurgens accedet cùm Celebrante à dextris ipſiùs ad cornu Epiſtolæ. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. nu. 10. & p. 4. cap. 7. num.* 13.

Si fiat incenſatio, ſtatìm poſt genuflexionem, accipiet dextrà, de manu thuriferarii, vel Cæremoniarii (ſi adſit) Naviculam apertam, deindè cochlear vacuum ſumens per inferiorem manubrii partem, oſculabitur partem ejus ſuperiorem, & tradet Celebranti cum oſculo manus ipſius. *Beavvais ut ſuprà num.* 6.

Poſteà inclinatus aliquantulùm ad Celebrantem dicet, *Benedicite Pater Reverende*:

ac impoſito, benedictoquè incenſo, recipiet cochlear, primò manum illius oſculando, deindè ipſum cochlear, quod reponet ſtatìm in naviculam, quàm ſiniſtra manu reddet Thuriferario, vel Cæremoniario: & accipiens manu dextrà Thuribulum per manubrium, eadem dextrà ſummitatem catenularum ponet in manu ſiniſtrà Celebrantis, manubrio priùs oſculato: catenulas autèm ipſas properas thuribuli ponet in dexterà, quam etiàm oſculabitur: hunc ritum oſculandi obſervabit, dùm aliquid dabit Celebranti, aùt ab eo recipiet, niſi aliter notetur in ſuis locis. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 1. & 2. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. num. 7. & Rubr. Miſſal. 4. num. 4.*

Dùm Celebrans incenſabit Altare, elevabit manu ſiniſtrà Planetam circa humerum illius dextrum, dextera pectori admota, & ſempèr genuflectet; quando tranſibit antè Crucem; eſt enim regula generalis; quotieſcumquè Celebrans tempore incenſationis genuflectit, vel etiàm ſe inclinat, tranſeundo per medium Altaris, Diaconus, & Subdiaconus, (excepto dùm patenam tenet) ſemper genuflectunt. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 1. cap. 9. num. 3. & cap. 30. num. 3. Gav. ut ſupr. tit. 2. num. 17. & tit. 4 num. 6. & 7. & Rubr. Miſſal. 4. num. 7.*

Peracta Thurificatione Altaris, ſtabit à latere Epiſtolæ in ſecundo gradu, & ſupponens ambas manus dexteræ Celebrantis, ipſam oſculabitur, & recipiet Thuribulum dextera propè vas; Siniſtrà verò ſummitatem cate-

catenularum juxtà manubrium, quod etiàm oſculabitur; tùm retrocedens tantillùm, ſtanſquè in plano ejuſdem cornu, antè Celebrantem, ſiniſtrà manu extenſa, & pectori admota, tenens ſummitatem catenularum intèr pollicem, & indicem, dexterà verò catenulas ipſas propè vas ipſius thuribuli, thurificabit ipſum Celebrantem triplici ductu, profundè inclinans antè, & poſt incenſationem; deindè ſiniſtrà manu reddet thuribulum Thuriferario, vel Cæremoniario, ſi adſit. *Cęr. Ord. Min. p. 2. cap.4. num.* 3. *Gav.loc.cit. & Cęr. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 9.

Poſtquàm Diaconus thurificaverit Celebrantem, aſcendet ad ſecundum gradum, ubi ſtans ad dexteram Celebrantis: non nihil converſus ad librum, junctis manibus aſſiſtet eidem Celebranti legenti *Introitum*, cùm ipſo ſe ſignans, & ad *Gloria Patri*, mediocritèr inclinans verſus Crucem, nihil tamen dicens uſquè ad *Kyrie*, quod alternatìm in eodem loco, demiſſiori voce recitabit cùm ipſo, ibidemquè remanebit cùm aliis, donec cantetur ultimum *Kyrie* in Choro: vel ſi ſedendum ſit, cùm Celebrante ſedebit, ut dicetur. *Cęr. Ord. Min. p.* 2. *cap.*6. *num.* 2. *& Gav. in Epit. tract.*1. *p.*2. *tit.*4. *num.*8.

Si adſit Præsbyter aſſiſtens, ad *Introitum* cedet illi locum ſuum, & ſtabit à dextris illius. *Cęr. Ord. Min. p.*2. *cap.* 11. *num.* 4.

Diaconus, quando ſtat ad Altare, vel ſedenti Celebranti aſſidet, Diurnale, vel alium librum, aùt Roſarium, ne habeat præ manibus. *Beavvais loc. mox cit.*

Manus, quando non ſunt jungendæ, teneat decentèr compoſitas, vel inſertis inter ſè digitis; nunquam verò eas ſub Dalmatica recondet. *Beav. ut ſup. num.* 4.

Paulò antequam ultimum *Kyrie* finiatur in Choro, Diaconus, Celebrantem prodeuntem ad medium Altaris comittabitur æquali paſſu cùm eo progrediens per ſecundum gradum, & in eodem ſecundo gradu, poſt eum ſe ſiſtet in medio, donec inchoetur *Gloria in Excelſis*; quò inchoato, mox ut Celebrans dicet *Deo*, ſtatìm genuflectit, ac pauliſper Subdiacono expectato, accedens verſus latus Epiſtolæ, aſcendit ad ejus dexteram, ubi ſtans junctis manibus, proſequetur cùm eo *Hymnum Angelicum*, voce paulò demiſſiori, advertens nè illum perveniat in ipſa recitatione, ſed ſequatur potiùs) & cùm eo caput inclinante, paritèr inclinabit, ac in fine ſe ſignabit, tùm dicens *Amen*, iterùm junget manus. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 3. *&* 4. *& Gav. loc. cit. num.* 9. 10. *&* 11.

Quandò Diaconus aſcendit ad Altare facit priùs genuflexionem in eodem loco, ubi ſtat, & unde diſcedit, ſed non debet aliam iterùm facere ad Altare; & vice verſa, quandò diſcedit ab Altari genuflectit, ſed nullam aliam genuflexionem facit reverſus ad locum ſuum. *Cær. Ord. Min. vt ſupr. num.* 3. *& Gav. loc. cit. num.* 10.

Hymno Angelico recitato, apud Altare, ſi non ſedeat Celebrans, Diaconus ibidem remanebit ad Celebrantis latus paululùm retrò, & finiente Choro, poſt genuflexio-

nem

nem, recipiet ſe poſt ipſum Celebrantem in ſecundò gradu. *Gav. ut ſuprà num.* 15.

Si verò aſcendendum ſit ad ſedem, facta genuflexione apud Altare manibus junctis (quòd ſempèr facit in ſimili caſu;) perget via breviori ad ſedem ſequens Subdiaconum, & ibidem accedenti Celebranti, inclinabit ſe debitè una cum Subdiacono, poſteriorem Planetæ Celebrantis partem elevabit, & aptè componet; deindè poſteriorem; etiàm ſuę ipſius Dalmaticæ partem decentèr elevans, ſedebit à dextris ejus, erecto corpore, & co-operto capite, quod inclinabit, Choro cantante, ad quæ inclinandum eſt, illud etiàm detegendo. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 2. *&* *Gav. ſimilit. loc. ſup. cit. num.* 12.

Ad verba *Jeſu Chriſte*, ſurget, & capite aperto tranſiens antè Celebrantem, paulò ad ipſum converſus, debitè illi ſe inclinabit, & præcedente Subdiacono redibit ad Altare, per planum incedens.

Cùm verò pervenerit propè angulum gradus infimi Altaris, parum recedet ab eo relinquens liberum ſpatium tranſeundi Celebranti, à cujus dextris ibidem genuflectet in infimo gradu, ac illius veſtes modicæ attollet, ut initio Miſſæ, aſcendenſquè ad ſecundum gradum Altaris cùm illo, ſiſtet ſe ibi, & poſt eum ſtabit; procedet autèm eodem ritu, quando Celebrans ſedebit ad Symbolum. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. 3. *&* 6. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 4. *num.* 12. 13. *&* 14.

Dùm Celebrans dicit *Dominus vobiſcum*,

Digitized by Google

Diaconus ſtabit in medio ſupèr ſecundum gradum, nec inclinabit ſe; moxquè eumdem Celebrantem, euntem ad cornu Epiſtolæ, comitabitur manibus junctis, incedens æquali paſſu, & ibidem ſtabit poſt eum, & cùm opus erit genuflectet, & inclinabit ſe cum ipſo verſus Crucem. *Rubric. Miſſal. 5. num. 5.*

Si dicendum ſit *Flectamus genua*, primus omnium illud cantando, genuflectet ambabus genibus ſuper oram ſuppedanei, tùm reſpondente Subdiacono, *levate*, ſurget. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 2. & Rubr. Miſſal. loc. cit.*

Quandò neceſſe erit vertere folia, ſe ſiſtet abſquè ulla inclinatione, ſeù genuflexione, tàm in acceſſu, quàm in receſſu, ad dexteram Celebrantis, & ea vertet: ac in fine, concluſionis orationum, non reſpondet *Amen*, nec ad alia, quandò Chorus reſpondet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 1.*

Finita oratione, ſeù orationibus finitis, accedet ad dexteram Celebrantis ſine genuflexione; ut ſuprà, ubi ſtabit in ſecundò gradu, aùt loco commodiori, aſſiſtens ei legenti Epiſtolam, inclinans ſe, & genuflectens cùm illo, ac vertens folia: in fine reſpondebit, *Deogratias*, ibiquè remanebit, uſquedum Subdiacono accedenti, locum cedat, ſe recipiens poſt Celebrantem. *Rubr. Miſſal. 17. num. 4. & 6. num. 4.*

Quandò aderit Præsbyter aſſiſtens, ipſe loco Diaconi aſſiſtet Celebranti, qui tùnc ſtabit retrò Celebrantem in ſecundo gradu.

Cùm

Cùm verò Celebrans, data Subdiacono benedictione, ad locum Evangelii tranſibit eumdem ſequetur uſquè ad medium Altaris, ubi facta genuflexione, accedens via breviori ad Credentiam, accipiet de manu Acolythi, ſeù Cæremoniarii, ſi adſit, Librum Evangeliorum clauſum, tenens ambabus manibus erectum antè pectus, ea parte qua liber aperitur, ad ſiniſtram ſuam converſa; procedet autèm ſolus per planum Præsbyterii ad medium Altaris, ubi genuflectet ſuper infimum gradum, deindè aſcendens ad Altare, ipſum librum quaſi jacentem collocabit ſuper illud prorsùs in medio, ideſt ubi Calix collocatur ità, ut pars eadem, qua liber aperitur, reſpiciat latus Evangelii. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *num.* 10. *Tonell. in Sacr. Enchirid. lib.* 2. *tit.* 2. *Bord. tom.* 3. *p.* 2. *Reſol.* 64. *num.* 6.

Si autèm Corporale explicatum ſit in medio, collocabit illud juxtà Corporale à parte Epiſtolæ, eò modo, quo ſuprà; tum genuflectens ibidem in medio Celebranti legenti Evangelium aſſiſtet, propè eum ſtans, quaſi medium inter illum, & Subdiaconum, genuflectens, & inclinans quandò opus eſt. *Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 14. & *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 12. *num.* 9.

Finito Evangelio, ſi ſuperſit aliquid temporis, ibidem remanet, vel ſedet cum Celebrante, ſi dicatur Sequentia, vel tunc ſtat poſt Celebrantem ſtantem inter cornu Evangelii, & medium Altaris, & non in medio. *Bauldr. p.* 1. *cap.* 12. *art.* 1.

Circà finem verſus *Alleluja*, *Tractus*, aut *Sequentia*, miniſtrabit Celebranti incenſum, ut initio Miſſæ; ſtatimquè reddita Thuriferario Navicula, genuflexus antè medium Altaris in ſupremo gradu, ſeù ora ſuppedanei, dicet ſecretò junctis manibus, *Munda cor meum*, *&c.* quo dicto, aſcendet ad Altare, nullam faciens genuflexionem; & accipiet utraquè manu librum de Altari, ac iterùm in medio, ſuper eumdem gradum flectens utrumquè genu, converſus ad Celebrantem petet benedictionem, dicens, *Jube domne benedicere*, qua recepta inclinans tantiſper partem ſuperiorem libri ad Celebrantem, oſculabitur illius manum libro ſuperpoſitam: tùm ſurget, ambabuſquè manibus portans librum clauſum antè pectus, & converſus ſe per eam partem, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ, deſcendet in planum, ubi facta genuflexione ſuper infimum gradum cum Subdiacono, procedet cùm eodem à ſiniſtris ad locum Evangelii præcedentibus Acolythis. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num.* 10. *&* 11. *& Rubr. Miſſ. 6. num. 5.*

In Miſſis Quadrageſimæ, & Sancti Spiritus, ad verſus: *Adjuva nos*, *&c.* in Tractu.

Ad *Veni Sancte Spiritus*, *&c.* manebit genuflexus à dextris Celebrantis, donec ultimum verbum ſit ex toto cantatum, deindè ſurgens miniſtrabit incenſum; tùm in medio genuflexus, dicet, *Munda cor meum*, *&c.* & petet benedictionem, ut ſuprà.

Quando

Quando Evangelium erit adeò prolixum, ut Celebrans nequeat abſolvere, antequàm finiatur cantus in Choro, deferet quidem interim librum de more ad Altare, ſed non dicet, *Munda cor meum*, nec petet benedictionem, niſi cùm Celebrans finierit Evangelium ſuum. *Beav. in Cær. Eccl. p. 2. c. 3. §. 1. num. 15.*

Quòd ſi Miſſa habeat Sequentiam, & celebrans, dùm ea cantabitur in Choro, ſedere volverit; Diaconus delato libro, ut ſuprà, paritèr cùm illo ſedebit de more; & circà finem Sequentiæ, redibit ad Altare cùm celebrante, ibiquè tempeſtivè cùm debitis genuflexionibus, & reverentiis, miniſtrabit incenſum, & reliqua præſtabit, ut ſuprà. *Id. loc. cit.*

Poſtquàm pervenerit Diaconus ad locum, in quo ſolet Evangelium cantari, (nimirum paulò infrà gradus Altaris, & ultrà illud, attamen intrà Præsbyterium,) deponet librum apertum in manu Subdiaconi, & ſtabit facie ad eum converſa verſus Aquilonem, inter Altare, & populum, quòd idem eſt, ac contrà Altare verſus populum; ità ut Diaconus, nequè totus ſit contrà Altare, nequè totus verſus populum, ſed inter utrumquè faciem ſiſtat ſuam. *Cær. Ord. Min. p. & cap. ut ſup. num. 5. Gav. loc. cit. num. 13. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 8. ex Rubric. Miſſ. ſupr. cit.*

Finito cantu in Choro, ſtans junctis manibus antè pectus, cantabit *Dominus vobiſcum*, poſteà dicens, *Initium*, vel *Sequentia Sancti Evangelii*, ſiniſtra ſuper librum poſi-

Digitized by Google

ta, atquè aperta, & digitis ſimul junctis ſignabit illum in principio Evangelii pollice dexteræ manus, & manum reliquam interim tenebit extenſam digitis ſimul junctis, deindè vola manus ad ſeipſum converſa eodem pollice ſignabit ſibi ipſi frontem, os, & pectus, ſiniſtra pectori admota; advertens, ut ſignet tàm librum, quàm ſe non ungue pollicis, ſed pulpa. *Tonell. lib. 2. tit. 6. & Beav. ut ſupr. ex Rubr. Miſſ. 6. num. 5.*

Advertat autèm, ne ſibi ipſi ſignet os, dùm aliquid pronuntiat: quod vitabit, ſi verba ſic diſpenſet.

Dicens *Initium*, vel *Sequentia*, ſignet librum: dicens *Sancti Evangelii*, ſignet frontem; tum quaſi reſpirando; pauſans aliquantiſper, (ità tamen, ut aſtantes id minimè advertant,) ſignet os; Deindè reliquum titulum proſequendo, ſignet pectus; Poſteà dùm Chorus reſpondebit, *Gloria tibi Domine*, librum incenſabit tribus ductibus; primum in medio, tum à dextris libri, poſteà à ſiniſtris ejuſdem, facietquè mediocrem inclinationem ob reverentiam Sacri Textus antè, & poſt incenſationem, quam ità diſpenſabit, ut ſtatìm atquè reſponderit Chorus, nulla mora interpoſita, niſi ad brevem reſpirationem, cantet Evangelium: quod proſequetur junctis manibus, inclinans ſe, & genuflectens, ubi erit opus, verſus librum. *Rubr. Miſſ. 17. num. 4. & 6. num. 5. Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 8. ac. Beav. ut ſupr. num. 16.*

Si autèm Sanctiſſimum Sacramentum ſit patentèr expoſitum, eo caſu, genuflectens con-

convertet ſe aliquantulum ad Sacramentum. *Beav. loc. cit.*

Finito Evangelio, non inclinabit ſe verſus librum, ſed digito indicabit Subdiacono principium Evangelii cantati; cui quidem Subdiacono cedet locum, ut inter ipſum, & Altare tranſiens, det librum Celebranti oſculandum; & continuò præcedentibus aliis Miniſtris, accedet per planum antè medium Altaris, ubi facta cum illis genuflexione, ſtabit habens poſt ſe Thuriferarium, à quo recipiet Thuribulum à dextris, ac ſtatim, ut Celebrans oſculatus fuerit librum, ſe retrahens paululùm ad latus Evangelii, thurificabit eumdem Celebrantem triplici ductu: & antè, & poſt thurificationem illi profundè ſe inclinabit. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 3. cap. 7. num. 8. & p. 4. cap. 7. num. 10. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num. 17. & Rub. Miſſal. 6. num. 5.*

Quandò autèm Miſſa celebratur coram Prælato, ſicut Celebrans non oſculatur librum, ſic non incenſatur à Diacono. *Gav. loc. ſupr. cit. Cær. Epiſc. & Rub. Miſſ. ſupr. cit.*

Reddito Thuribulo, aſcendet ad ſecundum Altaris gradum, ubi ſtabit poſt Celebrantem, quando Symbolum inchoabit, & ad verbum *Deum*, inclinabit caput, & ſtatim genuflectet, & aſcendet ad dexteram Celebrantis, ubi ſtans proſequetur cum eo Symbolum eo ritu, quo hymnum Angelicum, ſe inclinans, & genuflectens, quandò opus erit; ac in fine ad verba: *Et vitam venturi ſæculi*, ſe ſignabit, & dicens *Amen*, junget manus. *Rub. Miſſ. 4. & 6. Cær. Ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Dein-

Deindè ſedente Celebrante, ipſe pariter ſedebit: & Choro cantante verſum, *Et Incarnatus eſt &c.* inclinabit ſe profundè nudo capite, uſquè ad *Et Homo factus eſt*, incluſivè: at in tribus Miſſis Nativitatis Domini, & in Miſſa feſti Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, genuflectet capite aliquantulum inclinato; quod faciet antè ſedem ſuam, aùt ad gradum Altaris; vel ſi remanet Celebrans apud Altare, genuflectet ad prædictum verſum, in ſecundo gradu Altaris à dextris ipſius Celebrantis, & ab eodem latere, poſteriorem Planetæ illius partem, ſuper pedes decentèr aptabit: quòd ſemper faciet in ſimili caſu. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 11. Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. tit. 17. num. 3. & p. 2. tit. 6. num. 20. Tonell. lib. 2. tit. 7. & lib. 3. cap. 1. §. 5. Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 6. pag. 149. Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 8. & Rubric. Miſſal. 17 num. 3.*

Cantato verſu, *Et Incarnatus eſt, &c.* ſi Diaconus ſtet ad Altare, genuflectet, & via breviori accedet ad Credentiam; ſi verò ſedeat, inclinabit ſe Celebranti mediocritèr, vel profundè, ſecundum ejus qualitatem; & accedet ſimilitèr via breviori ad Credentiam; ubi à Cæremoniario, vel alio Miniſtro accipiet burſam Corporalium, ac ſolus deferet ad Altare, ambabus manibus eam tenens. *Beauvais, ut ſupr. num. 19.*

Tenebit autèm eam extremis tantùm digitis, per oras laterales, quaſi jacentem, atquè ad faciem elevatam, ea parte, qua aperitur ad ſe converſa.

Pro-

Procedet verò per planum gravi, decoro, ac modeſtu inceſſu, Celebranti, ſi antè illum tranſeat, ſe inclinans.

Cùm pervenerit antè infimum Altaris gradum, genuflectet in medio, tùm aſcendet ad Altare, ad dexteram Celebrantis, ſi ibi adſit, ubi faciet primò Cruci reverentiam, deindè capitis inclinationem Celebranti; quæ inclinationes omittit, quandò Celebrans non ſtat ad Altare. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 12. & p. 4. cap. 7. num. 9. Beav. loc. cit.*

Deindè explicabit Corporale in medio, ità ut Crux, ſi fortè adſit in ora illius, ſit propè oram anteriorem Altaris, burſam verò erectam ſic collocabit à latere Evangelii, ut nequè impediat Altare, nequè è cereis effluente cera, maculari poſſit.

Poſteà ibidem genuflectet, & recedet paululùm verſus cornu Epiſtolæ, ubi ſtabit à latere Celebrantis, & dùm Chorus cantabit ultimum verſum Symboli, facta genuflexione, deſcendet ad ſecundum gradum poſt Celebrantem. *Beav. loc. ſupr. cit.*

Si verò Celebrans ſedet, facta genuflexione poſt explicatum Corporale, ad Celebrantem redibit via breviori, eiquè debitam reverentiam faciet, tùm etiàm capitis inclinatione facta Subdiacono ſtanti, operto capite ſtatim ſedebit: & circà finem Symboli Celebrantem ad Altare redeuntem præcedet eodem modo, & ordine, quo ſub finem hymni Angelici dictum eſt.

Si verò Calix ſit in Altari à principio Miſſæ,

Digitized by Google

Miſſæ, & Celebrans ſedeat poſt verſum, *Et Incarnatus*, &c. Diaconus cum debitis reverentiis, & genuflexionibus extrahit Corporale de burſa, & illud extendit ſuper Altare, ut ſuprà.

Quandò verò non dicitur Symbolum, Subdiaconus deferet burſam Corporalium ad Altare ſimul cum Calice. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. cap. 7. num. 12. & p. 4. cap. 7. num. 9. Gav. ſupr. cit. num. 21. Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 8. Beav. ut ſupr. & Rubr. Miſſ. 6. num. 7.*

Celebrante dicente *Dominus vobiſcum*, Diaconus in ſecundo gradu ſtabit, & dicto *Oremus* antè offertorium, aſcendet ad Altare à ſiniſtris Celebrantis, eiquè, dùm legit offertorium, aſſiſtit, (facta priùs genuflexione in ſecundo gradu,) quo lecto, genuflectit, & accedit ad dexteram ejus in cornu Epiſtolæ, & ſtatim, ut Subdiaconus depoſuerit Calicem ſuper Altare, ambabus manibus removebit ex eodem extremitatem, vel quod pendet ex humeris Subdiaconi; deteget ipſum Calicem, & pallam reponet juxtà Corporale.

Tùm accipiens patenam cum Hoſtia, & extremis utriuſquè manus digitis eam tenens decentèr, & commodè offert Celebranti, cum oſculis priùs patenæ, tum manus dexteræ ejuſdem. *Rubr. Miſſal. 7. num. 9. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 1. & Cærem. Epiſc. lib. 1. cap. 9.*

Si autèm Calix ſit in Altari, accipiet ipſum de medio, & amovens velum, tradet Subdiacono, ut eum tradat Acolytho, qui illud deferet ad Credentiam, vel plicabit, niſi

niſi adſit Credentia, & propè tabellam ſecretarum deponet. *Beav.ut ſup.*

Si adſint particulæ conſecrandę pro Communione, delata per Subdiaconum, vel Cæremoniarium Pixidæ ad Altare, eam aperiet, & collocabit ſuper Corporale, antequam tradat patenam Celebranti, & eamdem elevabit parumper, dùm Celebrans Hoſtiam offert, quà depoſita, & ipſe deponet Pixidem, cooperiet, & collocabit poſt, vel à latere Calicis; ità ut, non impediat thurificationem Altaris. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 3. num. 1. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. c. 17. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 29. ex Rub. Miſſal.*

Dùm Celebrans offert Hoſtiam, Diaconus (niſi teneat Pixidem, ut ſuprà) accipiens ſiniſtra nodum Calicis, à Subdiacono priùs exterſi, modicum vini infundet, aliquantulùm ad Celebrantem converſus: ac dùm Subdiaconus dicit *Benedicite Pater Reverende* paululùm ſecedet ab Altari; tum inſtillata per eumdem Subdiaconum aqua, reddet illi ampullam vini: & ſi poſteà nonnullæ guttæ infrà Calicem appareant ſparſæ, vel eas uniet circumacto vino, vel purificatorio abſterget. *Gav. ut ſupr. num. 4.*

Cùm Celebrans abſolverit orationem, *Deus, qui humanæ ſubſtantiæ, &c.* Diaconus tenens dextera Calicem paulò infrà nodum, & ſiniſtra Pedem eiuſdem, circà oram anteriorem, oſculabitur pedem circà eamdem oram, & illico ponet Calicem in manibus Celebrantis, oſculando etiàm illius dexteram, cum accipit Calicem, atquè ſimul cum

eo,

eo dicet *Offerimus tibi Domine*, &c. ſuppo ſitis interìm pedi Calicis extremis digitis manus dextræ, & ſuſtentans brachium Celebranti ſiniſtra, cùm quo tamen oculus non elevat, poſteà Calicem ſuper Altare depoſitum palla cooperiet. *Rub. Miſſal. 7. num. 9. & Beav. ſupr. cit.*

Deindè patenam ponit in dexteram nudam Subdiaconi (ſtantis ad ejus dexteram) inter indicem, & pollicem, ità ut pars interior patenæ, reſpiciat eumdem Subdiaconum, & manum ſimul cùm patena, operiet extremitate veli ab ea parte pendentis. *Rub. Miſſ. ut ſupr. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 5. & Gav. loc. cit. num. 19.*

Poterit etiàm, (ſi ità videbitur,) à Diacono, cooperiri patena, quam tenet Subdiaconus, velo Calicis, maximè, ſi ſit pretioſum, & ornatum. *Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 6. pag. 150.*

Quandò verò non datur Subdiacono patena, mediam circitèr illius partem ſupponet corporali, reliquam tegens Purificatorio. *Ex Rubr. Miſſalis.*

Dicto per Celebrantem: *Veni ſanctificator*, miniſtrabit illi incenſum, ut initio Miſſæ dicitur.

Celebranti aſſiſtet à dextris, dùm thurificabit, & elevabit aliquantulùm poſteriorem planetæ partem manu ſiniſtra, extremis etiàm digitis dexteræ firmans pedem Calicis, dùm thurificabit oblata, & cùm erit Crux incenſanda, removebit Calicem verſus latus Epiſtolæ, non tamen extrà corpo-

rale,

rale, ſi capere illum poſſit, & incenſata Cruce, reponet priori loco. *Rubr. Miſſal. 7. 2. ſup. num.* 10.

Poſt incenſationem Altaris, Diaconus thurificabit Celebrantem triplici ductu ad cornu Epiſtolæ, eiquè profundè ſe inclinabit antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 4. *n.* 3.

Deindè reddito thuribulo Thuriferario, & facta genuflexione Altari, præcedente Thuriferario, procedit ad incëſandum Chorum capite detecto, & manibus junctis, omneſquè de Choro ab utraquè parte ſalutat, & ſuo ordine cùm debitis reverentiis thurificat; poſteà antè Altare incenſat Subdiaconum, & ipſe incenſatur à Thuriferario, deindè ſtat in loco ſuo poſt celebrantem, niſi opus ſit vertere folia. *Rub. Miſſ. 7. num.* 10.

Si autèm Altàre non eſt incenſandum, Diaconus, poſtquàm palla cooperverit Calicem, & patenam purificatorio, ut ſuprà, genuflectet, ac recedet ſtatìm ad ſecundùm gradum poſt Celebrantem, eumquè de more comitabitur, accedentem ad cornu Epiſtolæ, ut lavet manus, & ad medium redeuntem, facta manuum terſione, ubi ſtans, reſpondebit: *Suſcipiat*, *&c.* ad *Orate fratres*; deindè poſt Celebrantem manebit, nec indè recedet uſquè ad finem Præfationis, niſi ſint vertenda ſolia, nam eo caſu genuflectens in loco ſuo, accedet ad librum, & vertet folia cùm opus erit, ac ſtatim ibidem facta genuflexione, redibit poſt Celebrantem, ubi ſtabit ex more. *Rubr. Miſſal. ut ſupr.*

Digitized by Google

In Præfatione, *ad Gratias agamus*, &c. inclinabit caput ad verba, *Deo noſtro*. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 6. *num.* 5. & 25.

Circà finem Præfationis genuflectet in loco ſuo, & aſcendet ad dexteram Celebrantis, ubi, cùm eodem Celebrante, & Subdiacono, mediocritèr inclinatus dicet: *Sanctus*, & quæ ſequuntur manibus junctis; & ad *Benedictus* ſe erigens, ſignabit ſe: tùm junget manus. *Rubr. Miſſal. cit.*

Dicto *Benedictus* genuflectet ibidem, ſtatimquè ad librum tranſiens, aſſiſtet Celebranti dicenti Canonem, & librum aliquatenùs manù ſiniſtra ſuſtentabit, tenens dexteram pectori admotam, & folia vertens, cùm opus fuerit: & quæ dicenda erunt, digito indicabit ipſi Celebranti, ubi neceſſe viderit. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. & 9. & *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 26. & 28.

Advertet verò Diaconus, quod aſſiſtens Celebranti, dùm dicitur Canon, minimè debet tenere manus junctas, ſed folia Miſſalis, ut ſuprà attentiùs vertere. *Cær. Ord.* & *Gav. ut ſupr.*

Quandò Celebrans dicit, *quam oblationem*, genuflectet ibidem antè librum, & accedet ad dexteram ejuſdem Celebrantis, ubi genibus flexis in plano ſuppedanei, aliquantulùm retrò, Celebrante elevante Sanctiſſimum Sacramentum, poſteriorem planetæ illius partem, attollet modicè, dextera pectori admota; eoquè ſuper Altari depoſito, demittet planetam ſinè oſculo; deindè cum

Cele-

Celebrante poſt adoratam Hoſtiam ſurget, deteget Calicem, & mox iterùm genuflexus in eodem loco, dùm Celebrans elevabit Calicem, poſteriorem ejuſdem planetæ partem elevabit, atquè dimittet ſtatìm, dùm Celebrans Calicem deponet, ſurgenſquè ſinè mora, illum cooperiet, ac ſimul cùm eodem Celebrante genuflectet. *Rub. Miſſ.* 8. *num.* 8.

Si adſit Pixis cùm particulis conſecrandis, ipſe eam deteget, & collocabit propè Hoſtiam, antè conſecrationem; & depoſita Hoſtia poſt Conſecrationem, & elevationem, facta cùm Celebrante genuflexione, Pixidem aperiet, & collocabit in priſtino loco, & antequàm diſcooperiat Calicem conſecrandum, cùm Celebrante priùs adorabit cùm genuflexione Hoſtiam ab eo depoſitam ſupèr Corporale. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 8. *num.* 19.

Poſt elevationem ad librum revertitur, facta tamèn priùs genuflexione, quàm facit iterùm in cornu Evangelii tantùm, ubi eſt liber, atquè Celebranti aſſiſtit vertens folia, quandò opus eſt, & ſuſtinens librum, nec inclinabit ſe cùm Celebrante ad verba, *Supplices te rogamus*, *&c.* attamen ad verba, *Nobis quoquè peccatoribus*, percutiet pectus. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. *& Gav. ut ſupr. num.* 20.

Celebrante dicente, *Per quem hæc omnia* genuflectet propè librum, & ad dexteram Celebrantis ità opportùnè accedet, ut cùm ille ſignaverit tèr ſupèr Hoſtiam, & Calicem, ſimùl ipſe Calicem diſcooperiat, tùm

autèm

autèm non genuflectet niſi cùm Celebrante, adjuvans eum in omnibus genuflexionibus, ipſum dexterà manu elevando: dùm verò Celebrans ſignabit tèr ipſa Hoſtia ſupèr Calicem, Diaconus, duobus digitis dextræ manus, indice nimirùm, & medio, firmabit pedem Calicis, uſquè ad verba, *omnis onor, & gloria* excluſivè: repoſita per Celebrantem Hoſtia ſupèr corporale, iterùm teget Calicem, genuflectet cùm Celebrante, cùm eodem ſe eriget, & ſi opus ſit vertere folia, ad librum accedit. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 4. & Gav. ut ſupr. tit. 9. num. 5.*

Statìm, ut Celebrans incipiet *Pater noſter*, Diaconus genuflectens, accedet poſt eum ad ſecundum gradum, ubi ſtabit manibus junctis, eoquè dicente *Et dimitte nobis debita noſtra*, genuflectet in loco ſuo, & aſcendet ad dexteram Celebrantis, ubi ſtans, & paululùm ſe convertens verſus cornu Epiſtolæ, deteget patenam, quàm tenet Subdiaconus, de cujus manu illam accipiens, terget purificatorio. *Rub. Miſſal.* 10. *num.* 8.

Poſtquàm verò Celebrans dixerit, *Et ne nos, &c.* tenens eam dextera, oſculabitur ora illius, quàm deindè ponet in dextera Celebrantis, inter indicem, & medium digitos, & mox ipſam dexteram oſculabitur. *Rubric. Miſſal ſupr. cit.*

Non reſpondebit, *Sed libera nos à malo*, nequè *Amen*, nequè *Et cum ſpiritu tuo*, quia reſpondet Chorus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 1*

Quandò Celebrans ſe ſignabit patena, Diaconus etiàm ſe ſignabit. *Gav. ut ſupr. ex tit. 3*

Cùm

Cùm Celebrans ſupponet patenam Hoſtiæ, Diaconus deteget Calicem, genufle-ctet, ac immiſſa per eumdem Celebrantem particula in Calicem, rursùm cooperit, & cùm Celebrante genuflectit. *Rubr. Miſſ. cit.*

Tùm inclinatus mediocritèr verſus Sacramentum manibus antè pectus junctis, dicet cùm Celebrante, & Subdiacono, tèr *Agnus Dei*, toties dextera ſibi tundens pectus ad verba, *Miſerere nobis*, ſiniſtra infrà illud admota. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *num.* 5. & *Gav. tract.* 1. *p. 2. tit.* 10. *num.* 24.

Poſtquàm tertiò dixerit, *Agnus Dei*, genuflexus ibidem à dextris Celebrantis, expectabit pacem manibus junctis, & circà finem primæ orationis ſe erigens, cùm Celebrans oſculatur Altare, ipſe ſimùl oſculatur illud extrà corporale, manibus junctis antè pectus, deindè converſus ad Celebrantem; ſiniſtra gena propè ſiniſtram genam illius admota, ſine tamen ullo contactu, ambas manus ſcapulis illiùs ſupponens, ità tamen, ut extremitatibus tantùm digitorum eum attingat, & eidem dicenti, *Pax tecum*, reſpondet, *Et cum ſpiritu tuo*, eiquè caput inclinat antè, & poſt. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 24. *Gav. ut ſupr. num.* 25. & *Rub. Miſſal.* 10. *num.* 8.

Diaconus accepta pace, & facta genuflexione, vertit ſe ad Subdiaconum per latus ſuum ſiniſtrum, nè terga vertat Sacramento, & ſimilitèr dat ei pacem per mutuum amplexum, dicens *Pax tecum*, ac eidem data pace, & non priùs, mediocritèr ſe inclinat, in amplexu autèm extremitatibus

tan-

tantùm digitorum utriuſquè manus tanget brachia Subdiaconi circà humeros, non verò ſupponet ſcapulis illius. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *Gav. ut ſupr. tit.* 10. *Cær. Epiſc. loc. cit.* & *Rubr. Miſſ.*

Si adſit Præsbyter aſſiſtens, dicto Agnus Dei, locum permutabit cùm Diacono, ut videre eſt proprio capite.

Diaconus data pace Subdiacono, redibit ad librum, ubi genuflectet, & aſſiſtet Celebranti, cùm eo genuflectens, ac profundè ſe inclinans manibus junctis verſus Altare, dùm dicet *Domine non ſum dignus*, & dùm ſe communicat de utraquè Specie. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num.* 10. & *Poll. in Aphor. p.* 2. *Cær.* 6. *pag.* 150.

Diaconus tèr tundet ſibi pectus ad *Domine non ſum dignus*. *Pollac. loc. cit.* & illud etiàm tèr dicit ſubmiſſa voce cùm Celebrante. *Baul. p.* 1. *cap.* 12. *art.* 1.

Celebrante communicato ſe eriget, & abſente Subdiacono diſcooperit Calicem, cùm debitis genuflexionibus, iterumquè ſe profundè inclinabit, cùm ille ſumet pretioſum Sanguinem, quo ſumpto ſtatìm ſe eriget, & infundet vinum in Calicem prò purificatione, loco Subdiaconi, &c. & ſi dùm hæc fiunt, Subdiaconus redeat de Choro, Diaconus ſtatìm genuflectit, & redit ad librum. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. & *Pollac. loc. cit.*

Si fiat Sacra Communio, ſervabit, quæ præſcribuntur ſuo loco in Miſſa Solemni.

Facta digitorum ablutione, Diaconus deſert

Digitized by Google

defert ambabus manibus Miſſale clauſum cùm pulvino ad cornu Epiſtolæ, genuflectens in medio Altaris, & librum aperit in folio, ubi eſt antiphona, quæ dicitur *Communio*, quam præoſtendit Celebranti, ibiquè manet à dextris, dùm Celebrans eam legit, qua lecta, accedit poſt illum in ſuo loco manibus junctis, & ſtatim procedit cum eo ad medium Altaris, ubi ſtat versùs ipſum, dùm versùs populum dicit *Dominus vobiſcum*, tùm redit ad cornu Epiſtolæ, ubi etiam ſtabit poſt eum manibus junctis, uſquè ad finem orationis, niſi vertenda ſint folia, vel dicendæ ſint aliæ orationes, quia tùnc accedet ad dexteram Celebrantis, & eas illi oſtendet, deindè redibit poſt eum. *Ex Cær. Ord. Min. & D. D. ſupr. cit.*

Si dicendum ſit, *humiliate capita veſtra Deo*, nulla facta genuflexione, ſtans in cornu Epiſtolæ poſt Celebrantem, convertet ſe ad populum per eam partem, quæ reſpicit cornu Evangelii, hoc eſt per latus ſuum dextrum; & illud cantabit junctis manibus, tum ſe convertet ad Altare per eandem viam, & ad orationem ſequentem ſtabit in eodem loco poſt Celebrantem. *Rub. Miſſal.* 11. *num.* 3.

Finitis Orationibus claudet librum, niſi dicatur aliud Evangelium peculiare, quia tùnc relinquit apertum; ſi verò non ſit dicendum Evangelium peculiare, dùm dicitur concluſio orationis, Diaconus accedens ad dexteram Celebrantis, claudit librum manu dextra, ità ut pars clauſa, ideſt pars

foliorum, reſpiciat cornu Evangelii. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 27. num. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 11. num. 3. & Tonell. lib. 2. tit. 11.*

Deindè procedet cum Celebrante ad medium Altaris; ubi dicto per eumdem Celebrantem *Dominus vobiſcum*, genuflectet, ſeque vertet ad populum ſicut celebrans, & cantabit junctis manibus, ac demiſſis oculis, *Ite Miſſa eſt*, & abſquè ulla inclinatione, ſtatim ſe convertet ad Altare, proùt celebrans. *Gav. loc. cit. & rub. Miſſ. ut ſup.*

Quando verò expoſitum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, ad *Ite Miſſa eſt*, parumpèr ſecedet ad cornu Evangelii, vertens tantùm latus ſiniſtrum, & non terga. *Gav. ut ſup. tit. 10. num. 21.*

Si autem dicendum eſt *Benedicamus Domino*, aut *Requieſcant in pace*, non ſe vertit verſus populum, ſed eum cantat, manibus junctis in ſuo loco, facie verſa ad Altare. *Rubr. Miſſal.*

Ad *Benedictionem* Celebrantis non nihil ſecedet à medio versùs cornu Epiſtolæ, ubi ſupèr ſecundum gradum genuflectet, ſeque ſignabit à fronte ad pectus; tum ſe erigens, accedet ad cornu Evangelii, ubi ſtabit paulò poſt celebrantem, quaſi medius intèr eum, & Subdiaconum: atquè cum eiſdem, iterùm ſe ſignabit ad principium Evangelii; & ad verba, *Et Verbum Caro factum eſt*, genuflectet versùs librum; niſi ſit expoſitum Sanctiſſimum Sacramentum; quia tùnc versùs eum genuflectet. *Gav. ut ſup. tit. 12. num. 8 & 9. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 10. n. 13. & 14.*

Tan-

Tandèm cùm ipſe, & Subdiaconus reſponderint, *Deogratias*, recedet versùs cornu Epiſtolæ, ibiquè ſtans à dextris Celebrantis, cùm eo facit Cruci profundam capitis inclinationem, vel ſaltem mediocrem. *Bauld. p.* 1. *cap.* 12. *art.* 1. *num.* 66.

Deindè deſcendet in planum antè gradus, vertens ſe pèr latus ſuum ſiniſtrum, ubi ſupèr infimum gradum genufleɛtet.

Poſteà ſurgens teget caput, junɛtiſquè manibus, ordinè quo venerat, revertetur in Sacriſtiam. *Rub. Miſſal.* 2. *num.* 5. *&* 12. *num.* 7. *& Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 14. *& p.* 4. *cap.* 7.

Cùm autèm pervenerint ad Sacriſtiam, Diaconus ſtans ad dextris Celebrantis antè Imaginem, capùt deteget, & ei inclinationem cùm aliis faciet, tum ipſi Celebranti; quem exuentem ſe, adjuvabit à parte ſua, & ea paramenta, quæ initio Miſſæ oſculatus eſt, etiam ei oſculanda porriget; Poſteà deponet paramenta ſua, aliquo Acolytho adjuvante. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 16. *& Gav. in Epit. traɛt.* 1. *p.* 2. *tit.* 12. *num.* 11. *& Bauldr. ut ſupr.*

Quando Diaconus utetur planeta plicata, eam aſſumet in Sacriſtia, vel paulò antè Miſſam, & pars anterior plicabit interiùs uſquè ad medium, firmans cordulis: quàm planetam Diaconus dimittet cum leɛturus eſt Evangelium (ideſt priuſquàm librum Evangeliorum deferat ad Altare,) vel eam tùnc ſupèr ſiniſtrum humerum ſupèr ſtolam complicabit, aùt loco illius ponet ſupèr ſtolam communem, aliam ſtolam latiorem,

in modum planetæ plicatæ, ſicquè miniſtrabit Celebranti uſquè ad factam Communionem, & manuum ablutionem, omnibuſquè peractis, priuſquàm Miſſale deferat ad latus Epiſtolæ, depoſita latiori Stola, reſumet planetam plicatam, nèc eam deponet amplius. *Beav. & Gav. p.* 1. *tit.* 19. *ex Rub. Miſſal.* 19. *num.* 6.

In minoribus autèm Eccleſiis, prædictis diebus, Diaconus amictu tantùm Alba, & Manipulo, cùm Stola ab humero ſiniſtro pendente ſub dextrum, miniſtrabit. *Rubr. Miſſal. cit. num.* 7.

De Subdiacono, & ejus Officio. *Cap. XXVI.*

SUbdiaconus Miſſæ Solemni Miniſtraturus, hora competenti accedet ad Eccleſiam, ubi præmiſſa brevi oratione, Sacriſtiam ingreſſus, Epiſtolam perleget, aptabit ſignaculum libri, manus lavabit, Calicem cùm Hoſtia diſponet, & deſupèr velum parvum cùm burſa, & Corporali intus incluſo aptabit.

Tùm accedens ad Menſam Paramentorum induet ſe paramentis convenientibus, videlicèt Amictu cùm oſculo Crucis, Alba, & Cingulo; poſteà Celebrantem ſe induentem juvabit, ſtans à ſiniſtris ejus. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 10.

Poſteà Sudariolum appendet cingulo à parte dextrà. *Bauldr. p.* 1. *cap.* 12. *art.* 1.

Facto à Celebrante ſigno, profundam Cruci, vel Imagini principali in Sacriſtia

poſitæ

ſitæ faciet reverentiam, & præcedens Celebrantem ad Chorum euntem, incedet ſiniſtris Diaconi; factaquè cùm eo, ordine ſuo procedunt, debita Altari reverentia, procedet ad Chorum, & cætera præſtabit proùt Diaconus. *Beav. p. 2. cap.* 4. §. 1.

Reversùs ad Sacriſtiam, accipiet paramenta ſui Ordinis: poſteà manipulum Celebrantis, priùs oſculans propè Crucem, ipſi Celebranti etiàm offeret oſculandum in Cruce: moxquè applicabit illius brachio ſiniſtro, paulò infrà cubitum, & ſi opus erit ligabit: deindè à latere ſuo, decentèr attollens poſteriorem planetæ partem, imponet ejus humeris. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 13. *n.* 3. *& Beav. ut ſup.*

Poſteà ſtans à ſiniſtris Celebrantis, & nudo capite, facta cùm aliis inclinatione Cruci, vel principali Imagini in Sacriſtia poſitæ: ad Altare gravitèr, ac modeſtè junctis manibus, ac tecto capite antè Diaconum procedet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 3. *num.* 5. *& p.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. *&* 2. *ex Rubr.*

Perveniens ad Altare nudabit caput, atquè à ſiniſtris Celebrantis genuflectet ſupèr infimum gradum, & Celebrantem genuflectentem, ſi opus ſit, paululùm ſuſtentabit à latere ſuo, ſupponendo manum dexteram brachio ejus ſiniſtro: quòd ſempèr faciet in ſimili caſu. *Cær. Ord. p. 2. cap.* 3. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 3. *&* 4.

Deindè erectus ſignabit ſe cum Celebrante, & pari voce reſpondebit ei cum Diacono, cui ſe conformabit in omnibus dili-

genter, advertens ut eodem tempore cum illo inclinet, genufleſtat, ſurgat, ad Celebrantem ſe convertat, & alia id genus præſtet; ſemperquè ſe ſignet una cum Celebrante præcipuè in iis, quæ clara voce dicuntur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 5. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 3. num. 8.*

Cum Celebrans aſcendet ad Altare, ipſe cum eo aſcendet, elevans parumpèr Albam, & veſtem anteriorem illius dextera, ſiniſtra pectori admota; quod ſemper faciet in ſimili caſu. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 9. & Gav. ut ſup. tit. 4. num. 6.*

Cumquè Celebrans oſculabitur Altare, genufleſtet manibus junctis, non oſculando nequè tangendo Altare. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 10. & p. 4. cap. 7. num. 13. & Gav. ut ſup. tit. 4. num. 6.*

Deindè ſinè alia genuflexione in medio, tranſibit ad cornu Epiſtolæ. *Beavv. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 4. §. 1. num. 4.*

Si verò incenſandum ſit, dùm Celebrans benedicit thus, ſtabit aliquantulum poſt eum, quaſi ad illiùs actionem intentus; quando autèm Celebrans incenſabit Altare, paululùm elevabit planetam circà humerum illiùs ſiniſtrum manu dextera, ſiniſtra infrà pectus poſita, & ſemper genufleſtet tranſiens antè Crucem, etiàm ſi celebretur in Altare, ubi non ſit Secramentum, ſed ſola Crux. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 8. & cap. 5. num. 1. & Rub. Miſſal. 4. n. 7. Gav. loc. cit.*

Peracta incenſatione deſcendet rectà via ſinè genuflexione in cornu epiſtolæ, ubi ſtabit

Digitized by Google

ſtabit junctis manibus à ſiniſtris Diaconi, dũ ille thurificabit Celebrantem, cui ſe non inclinabit, inclinante Diacono. *Beav. loc. cit.*

Dùm Celebrans legit Introitum, ſtabit Subdiaconus manibus junctis à dextris Diaconi, (nihil dicens) ea diſtantia, quà Diaconus diſtat à Celebrante; aliquantulum conversùs ad librum, & ad principium *Introitus* ſe ſignabit, ſicut mediocritèr ſe inclinabit ad *Gloria Patri* versùs Crucem, nihil dicens, ut ſuprà. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. n. 2. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 8. & Rub. Miſſ. 4. num. 7.*

Ad *Kyrie eleiſon*, reſpondebit Celebranti una cum Diacono: deindè ibidem remanebit uſque ad ultimum *Kyrie* à Choro cantandum, (niſi ſi ſedendum) & tunc poſt Diaconum recedet in planum antè infimum gradum, ea diſtantia, qua Diaconus diſtat à Celebrante, quod ſemper ſervabit, quando ſtabit ibidem. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. n. 2. & 3. Gav. ut ſup. & Rub. Miſſ. loc. cit.*

Celebrante *Hymnum Angelicum* intonante, inclinabit ſe ad verbum: *Deo*, & poſteà genuflectet ſuper infimum gradum; ſtatimquè accedet ad ſiniſtram ejus, ubi neq; genuflectet, neque ſe inclinabit, ſed ſtans manibus junctis, cum ipſo, & Diacono, ſimul proſequetur hymnum uſq; ad finem, & caput inclinabit, cum opus erit, cum Celebrante; & dicens, cum Sancto Spiritu, ſignabit ſe, & ad *Amen*; junget manus. *Cær. Ord. loc. cit. num. 3. & 4. Gav. ut ſupr. n. 11. & Rub. Miſſ. loc. ſup. cit.*

Hymno Angelico dicto, ſi ſedendum ſit, pri-

mò genuflectet ad Altare, ac ſtatim præcedet Diaconum, eundo ad ſedem per gradus laterales Altaris; ad quam perveniens inclinabit ſe debitè accedenti Celebranti, ac poſteriorem planetæ illiùs partem à latere ſuo elevans, ſic eam aptabit, ut à tergo concinne dependeat, deindè ſibimet ſimiliter elevabit manu ſiniſtra poſteriorem Tunicellæ partem, ne deſupèr ſedeat: tùm facta Celebranti capitis inclinatione, ſedebit à ſiniſtris ejuſdem, tecto capite, corpore convenientèr erecto, manibus ſupèr Tunicellam decentèr compoſitis, & inſertis inter ſe digitis, atque inclinabit ſe ad verba, quibus debetur inclinatio caput detegens. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 2. & 4. & Gav. loc. cit. num. 12. & 13.*

Circà finem Hymni, ad verba *Jeſu Chriſte* ſurget, inclinabit ſe Celebranti, ac per planum Præsbyterii procedet antè infimum gradum, genuflectet à ſiniſtris Celebrantis in ipſo gradu infimo, & ad ſecundum aſcendens, anteriores ejus veſtes attollet à parte ſua: ac ſtatim recedet poſt Diaconum, nudato ſempèr capite. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 6. & Gav. ut ſup. num. 14.*

Si Celebrans non ſedeat, Subdiaconus remanet ibidem à ſiniſtris Celebrantis, paululùm retrò, & circà finem hymni, facta genuflexione, deſcendet in planum poſt Diaconum. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 5. & Gav. ut ſup. num. 15.*

Poſtquàm Celebrans dixerit *Dominus vobiſcum* ſtatim ſinè ulla genuflexione, accedet

det cum illo ad cornu Epiſtolæ junctis manibus, ubi ſtabit poſt Diaconum, etiam manibus junctis, & inclinabit ſe cum ipſis verſus Crucem, quando opus erit. *ibid.*

Si dicatur *Flectamus genua*, ſtatim genuflectet, ac primus omnium ſurgens dicet, *levate. Rub. Miſſ. 5. num. 5.*

Circà finem ultimæ orationis, Subdiaconus accipiet à Miniſtro ambabus manibus librum Epiſtolarum, quem portabit antè pectus, quidem erectum, ſed à ſuperiori parte, nonnihil ſuper pectus reclinatum, atquè ità inceſſum ſuum temperabit, ut genuflectat ſuper infimum gradum eo tempore, quo verba *Jeſum Chriſtum*, dicuntur in clauſula orationis, hinc procedet ad locum (in plano Præsbyterii, juxtà cornu Altaris, & contrà Altare) in quo ſolet Epiſtola cantari, tenenſquè ſibi ipſi librum utraque manu cantat Epiſtolam, alta, & ſonora voce. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 1. Gav. ut ſup. tit. 6. num. 8. Pollac. in Aph. p. 2. Cær. 5. pag. 142. & Rubr. Miſſ. 6. num. 4.*

Cantata Epiſtola claudet librum, eumquè modo, quo ſupra, deferens antè pectus, redibit ad medium Altaris, ubi genuflectet, poſteà accedet ad Celebrantem in cornu Epiſtolæ, ubi genuflexus, manum dexteram Celebrantis ſuprà librum poſitam, reverenter oſculabitur. *Cærem. Ord. Gav. & Rub. Miſſal. ut ſup.*

Poſteà Subdiaconus reddet librum Epiſtolarum Miniſtro comiti, & accipiet Miſſale Celebrantis, quod defert clauſum, antè

Digitized by Google

pectus elevatum, ad latus Evangelii, ex parte qua aperitur ad ſiniſtrum ſuum latus converſa, & tranſiens antè medium Altaris genufle ctet retrò Diaconum; Miſſale verò ità locabit apertum in cornu Evangelii, ut medium libri reſpondeat angulo ipſius Altaris, & pars inferior Altare tangat, ſuperior verò pulvino adhereat. *Tonel. lib. 2. tit. 2. & Cær. Ord. loc. cit.*

Deindè ſtans ad ſiniſtram Celebrantis miniſtrabit ei, folia vertens, & genuflectens, quando opus erit. *Rub. Miſſ. & Cær. Ord. ut ſupr.*

In fine autem reſpondebit, *Laus tibi Chriſte. Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 1.

Tùm deferet librum cum pulvino, circa medium Altaris prope Corporale. *Tonel. ut ſup. tit.* 6.

Deindè facta ibidem genuflexione, deſcendet in planum, ubi ſtabit directè poſt Celebrantem, donec progrediatur cum Diacono ad locum Evangelii. *Beavvais ut ſup. num.* 10.

Quando procedendum erit ad locum Evangelii, facta, priùs Altari genuflexione à ſiniſtris Diaconi, ſimul cum eo incedet à ſiniſtris manibus junctis: vel ſi locus eſt anguſtior, antecedet, & ſemper nudo capite. *Beav. ut ſup. cit. num.* 11.

Subdiaconus perveniens ad locum, ubi cantari ſolet Evangelium, convertet renes ad eam partem, quæ pro Aquilone habetur, faciem verò ad Diaconum, ab eo librum accipiens ambabus manibus ab inferiori

parte

parte: ſtanſquè medius inter Ceroferarios, ſic eum tenebit ob oculos elevatum, ut Diaconus in eo commodè legat, nec unquam tunc ſe convertet, inclinabit, aut genuflectet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 4. 5. & 7. & Gav. in Epit. tract. 1. part. 2. tit. 6. num. 15. & Beavv. ut ſup.*

Finito Evangelio, Subdiaconus recta via deferet ad Celebrantem librum elevatum ob oculos, & apertum in folio, in quo eſt principium Evangelii, & eidem præbebit oſculandum; idem principium digito illi indicans, ſi commodè poteſt, nec ei facit in acceſſu reverentiam ullam, nec genuflectit Sacramento, quantumvis patenter expoſito; ſed ſtatim à Celebrante oſculato, illum claudit, & paululùm retrahens ſe, Celebranti ſe inclinat profundè, deindè geneflectit Altari, & via breviori refert ad Credentiam, vel tradit Cæremoniario, vel Acolytho, ſi adſint. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 8. & Gav. loc. cit. num. 16.*

Depoſito libro, redibit ad medium Altaris in plano, ubi ſtabit poſt Diaconum, & Celebrante, *Symbolum* inchoante, ad verbum: *Deum*, inclinabit caput, & facta genuflexione, aſcendet ad ſiniſtram Celebrantis, ubi cum eodem proſequetur, Symbolum eo ritu quo *Hymnum Angelicum*, ſimul cum ipſo ſe inclinans, & genuflectens: ad verba *Et vitam venturi ſæculi*, ſe ſignabit; & ad verbum *Amen*, junget manus *Cær. Ord. & Gav. ut ſup.*

Poſt *Symbolum* recitatum, ſi Celebrans

Digitized by Google

velit ſedere, ſedem ſuam petet, ut ad *Gloria in excelſis*: & cum cantabitur in Choro. *Et Incarnatus eſt*, &c. capite detecto profundè ſe inclinabit. In tribus verò Miſſis *Nativitatis Domini*, & in feſto *Anuntiationis Beatæ Mariæ Virginis*, genuflectet cum Diacono, & Celebrante. *Rub. Miſſal.* 17. *num.* 3.

Verſu completo, ſurget, ſtabitquè nudo capite, dùm Diaconus deferet ad Altare Burſam Corporalium, idemquè redeunti inclinabit caput, & ſebebit cum illo, & caput teget. *Gav. ut ſup. num.* 21. & *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 18.

Circà finem *Symboli*, aperto capite, debitam inclinationem faciet Celebranti, ac cum eo revertetur ad Altare, præcedens Diaconum, & facta genuflexione, à tergo illius ſtabit ex more, uſquedum dicatur à Celebrante. *Oremus. Rub. Miſſ.*

Si autèm Celebrans non ſedeat, remanebit ſtans à ſiniſtris illius paululùm retrò, & paulò antequam dicatur in Choro; *Et Incarnatus eſt*, deſcendens ad ſecundum gradum genuflectet ab eodem latere, advertens, ut pars planetæ poſterior, ſuper Celebrantis pedes ſit decenter aptata; deindè ſurget, & ſtabit, ut priùs, à ſiniſtris ejus; cum verò accedet Diaconus Burſam Corporalium ad Altare deferens, recedet paululùm verſus cornu Evengelii, cedens locum Celebranti, ut medium Altaris quaſi totum relinquat Diacono. *Gav. loc. ſup. cit. ex Rub. Miſſal.*

Dùm Chorus cantabit ultimum verſum

Sym-

Symboli, genuflectet, ac poſteà deſcendet in planum retrò Diaconum, ubi ſtabit ad *Dominus vobiſcum. Rub. Miſſ.*

Dicto à Celebrante *Oremus*, genuflectet, & ſolus accedet ad Credentiam; ubi juvante Acolytho, vel Cæremoniario, velum oblongum circà humeros accipiet, ità ut pendeat longiùs à parte dextra: deindè parvo Calicis velo ſuper Credentiam depoſito ipſum Calicem ſiniſtra manu, eaquè nuda accipiet per nodum, cum Purificatorio, Patena, Hoſtia, & Palla: & quando non dicetur *Credo*, burſam etiam deferet, & hæc omnia, longiori parte veli à collo pendentis operiet: apponenſquè manum dexteram ſuper ipſum velum, & Calicem, procedet ad Altare via breviori, comitatus ab Acolytho ampullas vini, & aquæ portante à ſiniſtris ejus; velo parvo Calicis, ut ſupra dictum eſt, relicto ſuper Credentiam. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 3. & 4. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 15. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Cùm accedet ad Altare non genuflectet niſi Sacramento expoſito, ſed aſcendens recto itinere, deponet Calicem in cornu Epiſtolæ; atquè ſtatim remota per Diaconum longiori parte veli, quæ tegebat Calicem; ſi Burſam Corporalium ſimul attulerit, continuò tradet illam Diacono, qui extrahet ex illa Corporale, ac explicabit in medio; tum amota etiam per Diaconum Palla, & Patena: Subdiaconus Calicem accipiens ſiniſtra per nodum, dextera accipit Purificatorium

torium, & ipſius digitis in Calicem immiſſis, abſterget Calicem purificatorio, ac tradet Diacono ſinè oſculis; poſteà vini ampullam accipiens ab Acolytho, eam Diacono porrigit, ſimiliter ſinè oſculis, ac eo vinum infundente in Calicem, ipſe accipiet ampullam aquæ ab eodem Acolytho, quàm tenens dextra elevatam per manubrium, oſtendet Celebranti, ac parum inclinatus dicet: *Benedicite Pater Reverende*; tum benedictione facta, paucas aquæ guttas infundet in Calicem, ſtatimquè ſiniſtra recipiet ampullam vini de manu Diaconi, & utramquè ſimul reddet Acolytho. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 4. *Gav. loc. cit. num.* 18. *& Rub. Miſſ. ut ſup.*

Si autem Calix ſit ſuper Altare, cum Celebrans dixerit, *Oremus*, Subdiaconus genuflectet, & accedet ad credentiam; ubi tantùm velum oblongum accipit, ut ſuprà, & præcedens Acolythum procedit Altare in cornu Epiſtolæ, ubi ſtans à dextris Diaconi, parvum velum tradet uni ex Acolythis plicandum, vel ad Credentiam deferendum, tum Calicem exterget, ac cætera præſtabit, ut ſupra. *Beavvais, ut ſupra n.* 15.

Poſt *Oblationem Calicis*, Subdiaconus adhùc ſtans in cornu Epiſtolæ, recipiet in dextera manu nuda, patenam à Diacono; qui eam teget extremitate veli pendentis ab ejus humeris ſine ulla reverentia; tùm deſcendet in planum poſt Celebrantem, ubi facta genuflexi one, immotus ſtabit, ſuſtinens eam antè pectus ad humerorum altitudinem elevatam, parte illiùs anteriore, ſeù concava

va

va ad ſe converſa, uſque ad finem *Orationis Dominicæ*. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 19. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Interim manu ſiniſtra, ſi lubet, ſubſtentans brachium dextrum. *Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 6. pag.* 150.

Advertat autem Subdiaconus, ut nullo modo vertat folia Miſſalis, abſente Diacono, aut alio, &c. *Bauldr. p. 1. cap. 13. Art. 1.*

Sacramento autem expoſito, genuflectet; dum Celebrans genuflexus illud incenſabit poſt *oblata*, non verò dùm tranſibit cum Diacono ab una parte ad aliam, Altare incenſando. *Beav. ſup. cit. num. 17.*

Cùm Celebrans dixerit, *Orate fratres*, Subdiaconus reſpondebit: *Suſcipiat, &c. Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 7. & Gav. loc. cit. num. 25.*

Si verò adſit Diaconus, ſecundum aliquos minimè reſpondebit. *Beav. ſup. cit. n. 18.*

Incenſato Choro, incenſabitur per Diaconum duplici ductu, ſtans in medio converſa facie ad Diaconum incenſantem in cornu Evangelii, vel in cornu Epiſtolæ, ſi Chorus ſit antè Altare, (Patena tunc ad pectus paululùm demiſſa) ac eidem caput inclinabit antè, & poſt incenſationem. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 3. ex Rub. Miſſ.*

Celebrante dicente ad Præfationem *Gratias agamus, &c.* inclinabit caput ad verba, *Deo noſtro*, ſtans retrò in ſuo loco. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 5. & 25.*

Paulò antequam dicatur *Sanctus*, in loco

ſuo

Digitized by Google

ſuo genuflectet, & accedet ad ſiniſtram Celebrantis, ubi cum eodem, & cum Diacono, mediocriter inclinatus, dicet *Sanctus*, & quæ ſequuntur, & ad *Benedictus, qui venit* ſe eriget, non tamen ſe ſignabit, ſi tenet Patenam, ac facta genuflexione, redibit ad locum ſuum poſt Celebrantem. *Cær. Ord. Min. ut ſup. cap. 9. num. 8. Gav. loc. cit. num. 26. & Rubr. Miſſ. 7. num. 11.*

Antè elevationem Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectet ſuper infimum gradum à tergò Celebrantis, eodem tempore quò Diaconus, ſicquè genuflexus remanebit, quoad Celebrans elevato, ac depoſito Calice, adoraverit Sacramentum. *Rub. Miſſ. 8. num. 8.*

Cùm Celebrans ſurget à genuflexione, ſeù adoratione prædicta, Subdiaconus quoquè ſurget, ac ibi remanebit ſemper ſtans, nec genuflectet, Celebrante, & Diacono etiam genuflectentibus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 3. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Quando Subdiaconus non tenet Patenam; ter incenſat Sacramentum in cornu Epiſtolæ, incenſo non benedicto, nimirum cum Celebrans adorat; cum elevat, & cum deponit Hoſtiam, vel Calicem. *Gav. in Epit. tract. p. p. 2. tit. 8. num. 19.*

In oratione Dominica, cum dicetur à Celobrante, *& dimitte nobis*, genuflectet cum Diacono, ſtatimquè aſcendens ad ejus dexteram in cornu Epiſtolæ, ibidem offert illi Patenam ſtans; tùm remoto deſuper humeris ejus velo per miniſtrum, genuflectet ibidem, atquè ad locum ſuum ſe recipiet

poſt

Digitized by Google

poſt Celebrantem. *Rub. Miſſ.* 10. *num.* 9.

Si verò non ſuſtineat Patenam, non aſcendet ad dexteram Diaconi, ſed manebit in ſuo loco uſquè ad *Pax Domini, &c.* & Celebrante, & Diacono genuflectentibus, ipſe etiam genuflectet, & pariter ſe ſignabit, & ad verba: *Nobis quoquè peccatoribus*, tundet ſibi pectus. *Beav. ut ſup. num.* 20.

Cum dicetur: *Pax Domini*, genuflectens aſcendet ad ſiniſtram Celebrantis, cum quo iterum genuflectet, ac mediocriter inclinatus, dicet tèr *Agnus Dei*, ac tèr etiam tundet ſibi pectus manu dextra, ad verbum *nobis*, tenens interim ſiniſtram infrà pectus; deindè redit poſt Celebrantem, facta priùs Sacramento genuflexione. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. *& Gav. in Epit. p.* 2. *tit.* 10. *num.* 24. *& Rubr. Miſſ.* 10. *num.* 8.

Si *Pax* non ſit danda, facta genuflexione, tranſibit ad dexteram Celebrantis, ubi ſtabit ad orationes manibus junctis, eoquè dicente *Domine non ſum dignus*; tèr percutiet ſibi pectus, profundè ſe inclinans versùs Altare, donec Celebrans ſumpſerit Sanctiſſimum Sacramentum. *Pollac. in Aphor. p.* 2. *Rub.* 6. *pag.* 150. *& Cær. Ord. ut ſup. num.* 10.

Addit *Bauldr. loc. ſupr. cit.* quòd Subdiaconus dicat ſubmiſſa voce *Domine non ſum dignus*, cum Celebrante.

Si verò danda ſit *Pax*, poſt Celebrantem ibit ut ſuprà dictum eſt, & pacem accipiet à Diacono per mutuum amplexum, ſupponendo modicè ambas manus ſcapulis illius, & ſiniſtras genas admovendo ſibi invicem

finè

ſinè contactu: ipſiquè dicenti *Pax tecum*, reſpondebit, *& cum ſpiritu tuo*, atquè caput illi inclinabit antè, & poſt pacem acceptam. *Cærem. Ord. Min. & Gau. loc. ſup. cit. ex Rubr. Miſſ.* 10. *num.* 8.

Subdiaconus accepta pace à Diacono, & facta altari genuflexione cùm Acolytho, vel Cæremoniario eam deferet in Chorum manibus junctis, & capite detecto, quem ſalutat ab utraquè parte; tùm accedit ad Prælatum localem, & per mutuum amplexum dat ei pacem uti accepit à Diacono, abſquè ulla reverentia dicens: *Pax tecum*, qua data profundè ſe illi inclinat, ipſe autèm caput inclinat Subdiacono antè, & poſt pacem acceptam. Tùm Superior ille dat eam ſequenti ſui ordinis a parte ſui Chori, & hìc alteri, & ſic ſucceſſivè uſquè ad ultimum ſui Chori. Interìm Subdiaconus accedit ad Cantores paratos, ſi adſint, alioquin tranſit ad aliam partem Chori genuflectens Altari, & pacem pari diſciplina dat digniori, qui eam ſubſequenti tribuit ut ſuprà, & ſi adhùc plures ordines ſint, eam diſtribuit ſemper digniori cujuſquè ordinis, & ſempèr qui priùs accepit, poſteà dat ſubſequenti. *Cær. Ord. Min. ut ſup. & Bauld. p.* 3. *cap.* 11. *art.* 8.

Data pace in Choro à Subdiacono, ſtatim cùm comite, facta debita reverentia ad utramquè partem, redibit ad Altare, ubi in infimo gradu genuflectens, dabit poſteà pacem Miniſtro comiti ſtanti. *Rub. Miſſal.* 10. *num.* 8.

Deindè Subdiaconus vadit ad dexteram Cele-

Celebrantis, & quando opus eſt, diſcooperit Calicem, & poſtquàm ſumpſerit Sanguinem, accipiens dextrà manu ampullam vini de manu Miniſtri, vinum infundet ad purificationem, in Calicem porrectum à Celebrante, cùm oſculo ampullæ, & debitis reverentiis, ſtatimque ſumens ampullam aquæ ſiniſtrà, & ampullam vini retinens dextrà, fundet rursùs ad ablutionem modicum vini, & protinùs modicum aquæ ſupèr indices, & pollices Celebrantis, priùs ampullas ſingulas deoſculans, & parùm versùs Celebrantem ſe inclinans; poſteà utramquè reddet Acolytho, vel deponet intrà pelviculam. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 9. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *num.* 29.

Si facienda ſit Communio, ſervabit Subdiaconus, quæ præſcribuntur ſuo loco in Miſſa Solemni.

Subdiaconus, ampullis Acolytho redditis, perget ad cornu Evangelii, facta in medio ſupèr infimum gradum genuflexione, cedens gradum ſuperiorem Diacono tranſeunti cùm libro, & ibi exterget Calicem Purificatorio, & exterſum cooperiet eodem Purificatorio, Patena, & Palla: plicabit Corporale, reponet intrà burſam, teget Calicem velo parvo; ſuperponet burſam, & anteriorem veli partem, ſupèr oram burſæ replicabit, decentèr componens. Deindè Calicem referet ſolus ad Credentiam via breviori, genuflectens in medio Altaris, quo repoſito cùm eodem velo parvo, illum cooperiet à parte anteriori, nè ampliùs videatur,

tur; ut in principio Miſſæ, quòd non caret Miſterio. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *num.* 11. *& cap. 2. num.* 25. *& Gav. ut. ſup. tit.* 11.

Quòd ſi fortè non omnia compleſſet antè orationem, quod debet ſaltèm antequàm dicatur. *Ite Miſſa eſt*; perget nihilominus in opere, nec ad Celebrantem revertetur, quin prædicta omnia compleverit, *ex Rub. Miſſal.* 11. *num.* 3. *Beav. ut ſup. num.* 23.

Repoſito Calice ſupèr Credentiam; confeſtim abſquè ulla genuflexione, niſi Sacramento expoſito, vel tranſeunti antè medium Altaris, redibit ad locum ſuum à tergò Celebrantis, ubi ſtabit, dùm cantabit orationes. *Rubr. Miſſal. ut ſup. & Beav. loc. cit.*

Finitis orationibus, procedet cùm eodem Celebrante ad medium Altaris, ubi ſtabit immotus poſt *Dominus vobiſcum*, ad *Ite Miſſa eſt*, ad quod nequè inclinabit, nequè ſe vertet ad dexteram, nequè ad ſiniſtram. *Beav. ut ſupr.*

Paulò antè *Benedictionem*, aſcendet ad ſecundum gradum Altaris, in quo erit Diaconus, ad cujus ſiniſtram ſtabit, æqualitèr cum eo diſtans à medio, & ſimulcum ipſo genuflectet, ſequè ſignabit ad Celebrantis benedictionem; tùm accedens ad cornu Evangelii, & ſtans à ſiniſtris Celebrantis, reſpondebit, & miniſtrabit illi, ſicut ad primùm Evangelium, & ad verba; *Et Verbum Caro factum eſt*, genuflectet verſus librum. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *num.* 13. *&* 14. *& Gav. ut ſupr. tit.* 12. *num.* 8.

Si autem expoſitum ſit Sanctiſſimum Sacramen-

cramentum, versùs illud genuflectit ad *Verbum Caro, &c.* unà ſimul cùm Diacono, & Celebrante. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 12. num. 9.*

Si autèm Evangelium peculiare ſit in fine legendum, ſtatim, ut Diaconus dixerit. *Ite Miſſa eſt*, genuflectet, & accedens ad cornu Epiſtolæ, accipit Miſſale cùm pulvino, atquè ad ſiniſtram Diaconi ſe ſiſtens in ſecundo gradu, genua flectet cùm illo in ora ſuppedanei, vel ſupèr ſecundùm gradum, dùm Celebrans benedicit. Ad benedictionem verò non ſe ſignabit, & data benedictione, ſurget, ac deponet Miſſale in cornu Evangelii, & Celebranti miniſtrabit: ut ſupra, niſi adſit Præsbyter Aſſiſtens, &c. *Beav. ut ſupr. num. 25.*

Dicto à Celebrante Evangelio, accedet versùs medium Altaris, & à ſiniſtris Celebrantis ſe ſiſtet, atquè unà cùm illo faciet Cruci profundam inclinationem, vel ſaltem mediocrem. *Bauldr. p. 1. cap. 13. art. 1.*

Deindè ſe vertet per latus ſuum dextrum, faciem convertens ad Celebrantem, & deſcendet in plano unà cùm eo, ubi facta genuflexione ſupèr infimum gradum, ſurget, caput teget, ac eodem ordine, & modo quo venerat, revertetur in Sacriſtiam. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 10. & 18. & p. 4. cap. 7. & Rubr. Miſſal. 12. num. 7. & 2. num. 5. &c.*

Cum verò pervenerint ad Sacriſtiã, ſtans à ſiniſtris Celebrantis, caput deteget, & Cruci, vel Imagini principali inclinationem faciet, tum ipſi Celebranti; quam poſteà

cum

cùm Diacono juvabit Sacris veſtibus ſe exuentem: deindè deponet paramenta ſua, aliquo Acolytho adjuvante. *Cær. Ord. Min. p. 2. ut ſup. cap.* 10. *num.* 16. *&* *Gav. loc. ſup. cit. num.* 11. *ac Beav. ſup. cit. num.* 26.

Quandò Subdiaconus diebus per Rubricam Miſſalis præſcriptis, utetur planeta plicata, eam aſſumet in Sacriſtia, vel paulò antè Miſſam, & pars anterior plicabit interiùs uſque ad medium, firmans eam cordulis; quàm planetam Subdiaconus dimittet, cùm lecturus eſt Epiſtolam (antequàm accipiat librum Epiſtolarum,) quàm cantat in Alba, & cantata Epiſtola, & oſculata manu Celebrantis, priùſquàm deferat librum ad cornu Evangelii, eam reſumet, nèc ampliùs deponet. *Rubr. Miſſal.* 19. *num.* 6.

In Minoribus autèm Eccleſiis, prædictis diebus, Subdiaconus amictus tantùm Alba, & manipulo, miniſtrabit. *Rub. Miſſ. cit. n.* 7.

Eſt advertendum, quod ſi inferior Subdiacono, ſcilicet, qui non ſit Sacro Subdiaconatus ordine initiatus, cantare velit Epiſtolam, nè ſacras induat veſtes, quia nupèr prohibitum eſt à *S. R. C.* ſed ſuperpelliceum tantùm induat, nequè detur illi Patena tenenda. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *num.* 9. *&* *tit.* 7. *n.* 19. *&* *Hieronymus Nicholius.*

In prima Miſſa *Natalis D. N. J. C. &c.* Subdiaconus non extergit Calicem, ſed cooperit Patena, Palla, & Velo, deſupèr ponens burſam ſinè Corporali, niſi adſit aliud Corporale, quia tùnc proprium Miſſæ poterit in burſam reponere more ſolito, & e-

tiam

tiam Purificatorium, nè remaneat ſupèr Altare; deindè ad Credentiam deferet ſuppoſito Corporali plicato; indequè aliùs in Sacriſtiam deferet, & loco ſeparato reponet ad ſecundam verò; & tertiam Miſſam reponetur de More ſupèr Credentiam, ſed ſempèr ſuppoſito Corporali. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 3. *num.* 2.

Omnes Miniſtri, quando retrocedere debent, ideſt quandò deſcendere debent ab uno graduad alium, non retrocedant directè, ſed aliquantulùm recedant ad latus, ut aſpiciant locum, ad quem deſcendunt, vel accedunt, grauiùs enim ità incedunt.

De Benedictione, & Aſperſione Aquæ Benedictæ. Cap. XXV.

Singulis diebus Dominicis Sacriſta præparare debet in Sacriſtiam, Aquam, Sal, & Miſſale, ſeù Rituale; tùm Sacerdos Majorem Miſſam Celebraturus, indutus Alba, & Stola in modum Crucis poſita, eaquè coloris violacei. *Rit. Rom. Paul. V. & Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 19. *num.* 6.

Stans nudo capite, & junctis manibus, habens à dextris ſuis vas illud paratum, aſſiſtente ſibi Miniſtro paulò poſt eum à dextris, dicet. *Adjutorium noſtrum, &c. ut in Miſſali.*

Poterit etiàm uti Stola coloris die convenientis, maximè ſi eſt Miſſam Celebraturus. *Gav. loc. cit.*

Extrà Miſſam verò, ſempèr Sacerdos utitur

pectus elevatum, ad latus Evangelii, ex parte qua aperitur ad ſiniſtrum ſuum latus converſa, & tranſiens antè medium Altaris genuflectet retrò Diaconum; Miſſale verò ità locabit apertum in cornu Evangelii, ut medium libri reſpondeat angulo ipſius Altaris, & pars inferior Altare tangat, ſuperior verò pulvino adhereat. *Tonel. lib. 2. tit. 2. & Cær. Ord. loc. cit.*

Deindè ſtans ad ſiniſtram Celebrantis miniſtrabit ei, folia vertens, & genuflectens, quando opus erit. *Rub. Miſſ. & Cær. Ord. ut ſupr.*

In fine autem reſpondebit, *Laus tibi Chriſte. Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 1.

Tùm deferet librum cum pulvino, circa medium Altaris prope Corporale. *Tonel. ut ſup. tit. 6.*

Deindè facta ibidem genuflexione, deſcendet in planum, ubi ſtabit directè poſt Celebrantem, donec progrediatur cum Diacono ad locum Evangelii. *Beavvais ut ſup. num.* 10.

Quando procedendum erit ad locum Evangelii, facta, priùs Altari genuflexione à ſiniſtris Diaconi, ſimul cum eo incedet à ſiniſtris manibus junctis: vel ſi locus eſt anguſtior, antecedet, & ſemper nudo capite. *Beav. ut ſup. cit. num.* 11.

Subdiaconus perveniens ad locum, ubi cantari ſolet Evangelium, convertet renes ad eam partem, quæ pro Aquilone habetur, faciem verò ad Diaconum, ab eo librum accipiens ambabus manibus ab inferiori

parte

parte: ſtanſquè medius inter Ceroferarios, ſic eum tenebit ob oculos elevatum, ut Diaconus in eo commodè legat, nec unquam tunc ſe convertet, inclinabit, aut genuflectet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 4. 5. & 7. & Gav. in Epit. tract. 1. part. 2. tit. 6. num. 15. & Beavv. ut ſup.*

Finito Evangelio, Subdiaconus recta via deferet ad Celebrantem librum elevatum ob oculos, & apertum in folio, in quo eſt principium Evangelii, & eidem præbebit oſculandum; idem principium digito illi indicans, ſi commodè poteſt, nec ei facit in acceſſu reverentiam ullam, nec genuflectit Sacramento, quantumvis patenter expoſito; ſed ſtatim à Celebrante oſculato, illum claudit, & paululùm retrahens ſe, Celebranti ſe inclinat profundè, deindè geneflectit Altari, & via breviori refert ad Credentiam, vel tradit Cæremoniario, vel Acolytho, ſi adſint. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 8. & Gav. loc. cit. num. 16.*

Depoſito libro, redibit ad medium Altaris in plano, ubi ſtabit poſt Diaconum, & Celebrante, *Symbolum* inchoante, ad verbum: *Deum*, inclinabit caput, & facta genuflexione, aſcendet ad ſiniſtram Celebrantis, ubi cum eodem proſequetur, Symbolum eo ritu quo *Hymnum Angelicum*, ſimul cum ipſo ſe inclinans, & genuflectens: ad verba *Et vitam venturi ſæculi*, ſe ſignabit; & ad verbum *Amen*, junget manus *Cær. Ord. & Gav. ut ſup.*

Poſt *Symbolum* recitatum, ſi Celebrans

Digitized by Google

velit ſedere, ſedem ſuam petet, ut ad *Gloria in excelſis*: & cum cantabitur in Choro. *Et Incarnatus eſt*, *&c.* capite detecto profundè ſè inclinabit. In tribus verò Miſſis *Nativitatis Domini*, & in feſto *Anuntiationis Beatæ Mariæ Virginis*, genuflectet cum Diacono, & Celebrante. *Rub. Miſſal.* 17. *num.* 3.

Verſu completo, ſurget, ſtabitquè nudo capite, dùm Diaconus deferet ad Altare, Burſam Corporalium, idemquè redeunti inclinabit caput, & ſebebit cum illo, & caput teget. *Gav. ut ſup. num.* 21. *&* *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 18.

Circà finem *Symboli*, aperto capite, debitam inclinationem faciet Celebranti, ac cum eo revertetur ad Altare, præcedens Diaconum, & facta genuflexione, à tergo illius ſtabit ex more, uſquedum dicatur à Celebrante. *Oremus. Rub. Miſſ.*

Si autèm Celebrans non ſedeat, remanebit ſtans à ſiniſtris illius paululùm retrò, & paulò antequam dicatur in Choro; *Et Incarnatus eſt*, deſcendens ad ſecundum gradum genuflectet ab eodem latere, advertens, ut pars planetæ poſterior, ſuper Celebrantis pedes ſit decenter aptata; deindè ſurget, & ſtabit, ut priùs, à ſiniſtris ejus; cum verò accedet Diaconus Burſam Corporalium ad Altare deferens, recedet paululùm verſus cornu Evengelii, cedens locum Celebranti, ut medium Altaris quaſi totum relinquat Diacono. *Gav. loc. ſup. cit. ex Rub. Miſſal.*

Dùm Chorus cantabit ultimum verſum *Sym-*

Symboli, genuflectet, ac poſteà deſcendet in planum retrò Diaconum, ubi ſtabit ad *Dominus vobiſcum. Rub. Miſſ.*

Dicto à Celebrante *Oremus*, genuflectet, & ſolus accedet ad Credentiam; ubi juvante Acolytho, vel Cæremoniario, velum oblongum circà humeros accipiet, ità ut pendeat longiùs à parte dextra: deindè parvo Calicis velo ſuper Credentiam depoſito ipſum Calicem ſiniſtra manu, eàquè nuda accipiet per nodum, cum Purificatorio, Patena, Hoſtia, & Palla: & quando non dicetur *Credo*, burſam etiam deferet, & hæc omnia, longiori parte veli à collo pendentis operiet: apponenſquè manum dexteram ſuper ipſum velum, & Calicem, procedet ad Altare via breviori, comitatus ab Acolytho ampullas vini, & aquæ portante à ſiniſtris ejus; velo parvo Calicis, ut ſupra dictum eſt, relicto ſuper Credentiam. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 3. & 4. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 15. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Cùm accedet ad Altare non genuflectet niſi Sacramento expoſito, ſed aſcendens recto itinere, deponet Calicem in cornu Epiſtolæ; atquè ſtatim remota per Diaconum longiori parte veli, quæ tegebat Calicem; ſi Burſam Corporalium ſimul attulerit, continuò tradet illam Diacono, qui extrahet ex illa Corporale, ac explicabit in medio; tum amota etiam per Diaconum Palla, & Patena: Subdiaconus Calicem accipiens ſiniſtra per nodum, dextera accipit Purificatorium

torium, & ipſius digitis in Calicem immiſſis, abſterget Calicem purificatorio, ac tradet Diacono ſinè oſculis; poſteà vini ampullam accipiens ab Acolytho, eam Diacono porrigit, ſimiliter ſinè oſculis, ac eo vinum infundente in Calicem, ipſe accipiet ampullam aquæ ab eodem Acolytho, quàm tenens dextra elevatam per manubrium, oſtendet Celebranti, ac parum inclinatus dicet: *Benedicite Pater Reverende*; tum benedictione facta, paucas aquæ guttas infundet in Calicem, ſtatimquè ſiniſtra recipiet ampullam vini de manu Diaconi, & utramquè ſimul reddet Acolytho. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 4. *Gav. loc. cit. num.* 18. *&* *Rub. Miſſ. ut ſup.*

Si autem Calix ſit ſuper Altare, cum Celebrans dixerit, *Oremus*, Subdiaconus genuflectet, & accedet ad credentiam; ubi tantùm velum oblongum accipit, ut ſuprà, & præcedens Acolythum procedit Altare in cornu Epiſtolæ, ubi ſtans à dextris Diaconi, parvum velum tradet uni ex Acolythis plicandum, vel ad Credentiam deferendum, tum Calicem exterget, ac cætera præſtabit, ut ſupra. *Beavvais, ut ſupra n.* 15.

Poſt *Oblationem Calicis*, Subdiaconus adhùc ſtans in cornu Epiſtolæ, recipiet in dextera manu nuda, patenam à Diacono; qui eam teget extremitate veli pendentis ab ejus humeris ſine ulla reverentia; tùm deſcendet in planum poſt Celebrantem, ubi facta genuflexione, immotus ſtabit, ſuſtinens eam antè pectus ad humerorum altitudinem elevatam, parte illiùs anteriore, ſeù conca-

va

Digitized by Google

va ad ſe converſa, uſque ad finem *Orationis Dominicæ*. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 19. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Interim manu ſiniſtra, ſi lubet, ſubſtentans brachium dextrum. *Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 6. pag.* 150.

Advertat autem Subdiaconus, ut nullo modo vertat folia Miſſalis, abſente Diacono, aut alio, &c. *Bauldr. p. 1. cap. 13. Art.* 1.

Sacramento autem expoſito, genuflectet; dum Celebrans genuflexus illud incenſabit poſt *oblata*, non verò dùm tranſibit cum Diacono ab una parte ad aliam, Altare incenſando. *Beav. ſup. cit. num.* 17.

Cùm Celebrans dixerit, *Orate fratres*, Subdiaconus reſpondebit: *Suſcipiat, &c. Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 7. & Gav. loc. cit. num.* 25.

Si verò adſit Diaconus, ſecundum aliquos minimè reſpondebit. *Beav. ſup. cit. n.* 18.

Incenſato Choro, incenſabitur per Diaconum duplici ductu, ſtans in medio converſa facie ad Diaconum incenſantem in cornu Evangelii, vel in cornu Epiſtolæ, ſi Chorus ſit antè Altare, (Patena tunc ad pectus paululùm demiſſa) ac eidem caput inclinabit antè, & poſt incenſationem. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 3. ex Rub. Miſſ.*

Celebrante dicente ad Præfationem *Gratias agamus, &c.* inclinabit caput ad verba, *Deo noſtro*, ſtans retrò in ſuo loco. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 5. & 25.*

Paulò antequam dicatur *Sanctus*, in loco

ſuo

ſuo genuflectet, & accedet ad ſiniſtram Celebrantis, ubi cum eodem, & cum Diacono, mediocriter inclinatus, dicet *Sanctus*, & quæ ſequuntur, & ad *Benedictus, qui venit* ſe eriget, non tamen ſe ſignabit, ſi tenet Patenam, ac facta genuflexione, redibit ad locum ſuum poſt Celebrantem. *Cær. Ord. Min. ut ſup. cap. 9. num. 8. Gav. loc. cit. num. 26. & Rubr. Miſſ. 7. num. 11.*

Antè elevationem Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectet ſuper infimum gradum à tergò Celebrantis, eodem tempore quò Diaconus, ſicquè genuflexus remanebit, quoad Celebrans elevato, ac depoſito Calice, adoraverit Sacramentum. *Rub. Miſſ. 8. num. 8.*

Cùm Celebrans ſurget à genuflexione, ſeù adoratione prædicta, Subdiaconus quoquè ſurget, ac ibi remanebit ſemper ſtans, nec genuflectet, Celebrante, & Diacono etiam genuflectentibus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 30. num. 3. & Rub. Miſſ. 7. num. 9.*

Quando Subdiaconus non tenet Patenam; ter incenſat Sacramentum in cornu Epiſtolæ, incenſo non benedicto, nimirum cum Celebrans adorat; cum elevat, & cum deponit Hoſtiam, vel Calicem. *Gav. in Epit. tract. p. p. 2. tit. 8. num. 19.*

In oratione Dominica, cum dicetur à Celebrante, *& dimitte nobis*, genuflectet cum Diacono, ſtatimquè aſcendens ad ejus dexteram in cornu Epiſtolæ, ibidem offert illi Patenam ſtans; tùm remoto deſuper humeris ejus velo per miniſtrum, genuflectet ibidem, atquè ad locum ſuum ſe recipiet

poſt

poſt Celebrantem. *Rub. Miſſ.* 10. *num.* 9.

Si verò non ſuſtineat Patenam, non aſcendet ad dexteram Diaconi, ſed manebit in ſuo loco uſquè ad *Pax Domini*, *&c.* & Celebrante, & Diacono genuflectentibus, ipſe etiam genuflectet, & pariter ſe ſignabit, & ad verba: *Nobis quoquè peccatoribus*, tundet ſibi pectus. *Beav. ut ſup. num.* 20.

Cum dicetur: *Pax Domini*, genuflectens aſcendet ad ſiniſtram Celebrantis, cum quo iterum genuflectet, ac mediocritèr inclinatus, dicet tèr *Agnus Dei*, ac tèr etiam tundet ſibi pectus manu dextra, ad verbum *nobis*, tenens interim ſiniſtram infrà pectus; deindè redit poſt Celebrantem, facta priùs Sacramento genuflexione. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. *&* *Gav. in Epit. p.* 2. *tit.* 10. *num.* 24. *&* *Rubr. Miſſ.* 10. *num.* 8.

Si *Pax* non ſit danda, facta genuflexione, tranſibit ad dexteram Celebrantis, ubi ſtabit ad orationes manibus junctis, eoquè dicente *Domine non ſum dignus*; tèr percutiet ſibi pectus, profundè ſe inclinans versùs Altare, donec Celebrans ſumpſerit Sanctiſſimum Sacramentum. *Pollac. in Aphor. p.* 2. *Rub.* 6. *pag.* 150. *&* *Cær. Ord. ut ſup. num.* 10.

Addit *Bauldr. loc. ſupr. cit.* quòd Subdiaconus dicat ſubmiſſa voce *Domine non ſum dignus*, cum Celebrante.

Si verò danda ſit *Pax*, poſt Celebrantem ibit ut ſuprà dictum eſt, & pacem accipiet à Diacono per mutuum amplexum, ſupponendo modicè ambas manus ſcapulis illius, & ſiniſtras genas admovendo ſibi invicem

ſinè

Digitized by Google

ſinè contactu: ipſiquè dicenti *Pax tecum*, reſpondebit, *& cum ſpiritu tuo*, atquè caput illi inclinabit antè, & poſt pacem acceptam. *Cærem. Ord. Min. & Gau. loc. ſup. cit. ex Rubr. Miſſ.* 10. *num.* 8.

Subdiaconus accepta pace à Diacono, & facta altari genuflexione cùm Acolytho, vel Cæremoniario eam deferet in Chorum manibus junctis, & capite detecto, quem ſalutat ab utraquè parte; tùm accedit ad Prælatum localem, & per mutuum amplexum dat ei pacem uti accepit à Diacono, abſquè ulla reverentia dicens: *Pax tecum*, qua data profundè ſe illi inclinat, ipſe autèm caput inclinat Subdiacono antè, & poſt pacem acceptam. Tùm Superior ille dat eam ſequenti ſui ordinis a parte ſui Chori, & hìc alteri, & ſic ſucceſſivè uſquè ad ultimum ſui Chori. Interìm Subdiaconus accedit ad Cantores paratos, ſi adſint, alioquin tranſit ad aliam partem Chori genuflectens Altari, & pacem pari diſciplina dat digniori, qui eam ſubſequenti tribuit ut ſuprà, & ſi adhùc plures ordines ſint, eam diſtribuit ſemper digniori cujuſquè ordinis, & ſempèr qui priùs accepit, poſteà dat ſubſequenti. *Cær. Ord. Min. ut ſup. & Bauld. p.* 3. *cap.* 11. *art.* 8.

Data pace in Choro à Subdiacono, ſtatim cùm comite, facta debita reverentia ad utramquè partem, redibit ad Altare, ubi in infimo gradu genuflectens, dabit poſteà pacem Miniſtro comiti ſtanti. *Rub. Miſſal.* 10. *num.* 8.

Deindè Subdiaconus vadit ad dexteram

Cele-

Celebrantis, & quando opus eſt, diſcooperit Calicem, & poſtquàm ſumpſerit Sanguinem, accipiens dextrà manu ampullam vini de manu Miniſtri, vinum infundet ad purificationem, in Calicem porrectum à Celebrante, cùm oſculo ampullæ, & debitis reverentiis, ſtatimque ſumens ampullam aquæ ſiniſtrà, & ampullam vini retinens dextrà, fundet rursùs ad ablutionem modicum vini, & protinùs modicum aquæ ſupèr indices, & pollices Celebrantis, priùs ampullas ſingulas deoſculans, & parùm versùs Celebrantem ſe inclinans; poſteà utramquè reddet Acolytho, vel deponet intrà pelviculam. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 9. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *num.* 29.

Si facienda ſit Communio, ſervabit Subdiaconus, quæ præſcribuntur ſuo loco in Miſſa Solemni.

Subdiaconus, ampullis Acolytho redditis, perget ad cornu Evangelii, facta in medio ſupèr infimum gradum genuflexione, cedens gradum ſuperiorem Diacono tranſeunti cùm libro, & ibi exterget Calicem Purificatorio, & exterſum cooperiet eodem Purificatorio, Patena, & Palla: plicabit Corporale, reponet intrà burſam, teget Calicem velo parvo; ſuperponet burſam, & anteriorem veli partem, ſupèr oram burſæ replicabit, decentèr componens. Deindè Calicem referet ſolus ad Credentiam via breviori, genuflectens in medio Altaris, quo repoſito cùm eodem velo parvo, illum cooperiet à parte anteriori, nè ampliùs videatur,

tur; ut in principio Miſſæ, quòd non caret Miſterio. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *num.* 11. *& cap. 2. num.* 25. *& Gav. ut. ſup. tit.* 11.

Quòd ſi fortè non omnia compleſſet antè orationem, quod debet ſaltèm antequàm dicatur. *Ite Miſſa eſt*; perget nihilominus in opere, nec ad Celebrantem revertetur, quin prædicta omnia compleverit, *ex Rub. Miſſal.* 11. *num.* 3. *Beav. ut ſup. num.* 23.

Repoſito Calice ſupèr Credentiam; confeſtim abſquè ulla genuflexione, niſi Sacramento expoſito, vel tranſeunti antè medium Altaris, redibit ad locum ſuum à tergò Celebrantis, ubi ſtabit, dùm cantabit orationes. *Rubr. Miſſal. ut ſup. & Beav. loc. cit.*

Finitis orationibus, procedet cùm eodem Celebrante ad medium Altaris, ubi ſtabit immotus poſt *Dominus vobiſcum*, ad *Ite Miſſa eſt*, ad quod nequè inclinabit, nequè ſe vertet ad dexteram, nequè ad ſiniſtram. *Beav. ut ſupr.*

Paulò antè *Benedictionem*, aſcendet ad ſecundum gradum Altaris, in quo erit Diaconus, ad cujus ſiniſtram ſtabit, æqualitèr cum eo diſtans à medio, & ſimulcum ipſo genuflectet, ſequè ſignabit ad Celebrantis benedictionem; tùm accedens ad cornu Evangelii, & ſtans à ſiniſtris Celebrantis, reſpondebit, & miniſtrabit illi, ſicut ad primùm Evangelium, & ad verba; *Et Verbum Caro factum eſt*, genuflectet verſus librum. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *num.* 13. *&* 14. *& Gav. ut ſupr. tit.* 12. *num.* 8.

Si autem expoſitum ſit Sanctiſſimum Sacramen-

cramentum, verſùs illud genuflectit ad *Verbum Caro, &c.* unà ſimul cùm Diacono, & Celebrante. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 12. *num.* 9.

Si autèm Evangelium peculiare ſit in fine legendum, ſtatim, ut Diaconus dixerit. *Ite Miſſa eſt*, genuflectet, & accedens ad cornu Epiſtolæ, accipit Miſſale cùm pulvino, atquè ad ſiniſtram Diaconi ſe ſiſtens in ſecundo gradu, genua flectet cùm illo in ora ſuppedanei, vel ſupèr ſecundùm gradum, dùm Celebrans benedicit. Ad benedictionem verò non ſe ſignabit, & data benedictione, ſurget, ac deponet Miſſale in cornu Evangelii, & Celebranti miniſtrabit: ut ſupra, niſi adſit Præsbyter Aſſiſtens, &c. *Beav. ut ſupr. num.* 25.

Dicto à Celebrante Evangelio, accedet verſùs medium Altaris, & à ſiniſtris Celebrantis ſe ſiſtet, atquè unà cùm illo faciet Cruci profundam inclinationem, vel ſaltem mediocrem. *Bauldr. p.* 1. *cap.* 13. *art.* 1.

Deindè ſe vertet per latus ſuum dextrum, faciem convertens ad Celebrantem, & deſcendet in plano unà cùm eo, ubi facta genuflexione ſupèr infimum gradum, ſurget, caput teget, ac eodem ordine, & modo quo venerat, revertetur in Sacriſtiam. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *&* 18. *& p.* 4. *cap.* 7. *& Rubr. Miſſal.* 12. *num.* 7. *&* 2. *num.* 5. *&c.*

Cum verò pervenerint ad Sacriſtiã, ſtans à ſiniſtris Celebrantis, caput deteget, & Cruci, vel Imagini principali inclinationem faciet, tum ipſi Celebranti; quam poſteà

cum

cùm Diacono juvabit Sacris veſtibus ſe exuentem: deindè deponet paramenta ſua, aliquo Acolytho adjuvante. *Cær. Ord. Min. p. 2. ut ſup. cap.* 10. *num.* 16. *&* *Gav. loc. ſup. cit. num.* 11. *ac Beav. ſup. cit. num.* 26.

Quandò Subdiaconus diebus per Rubricam Miſſalis præſcriptis, utetur planeta plicata, eam aſſumet in Sacriſtia, vel paulò antè Miſſam, & pars anterior plicabit interiùs uſque ad medium, firmans eam cordulis; quàm planetam Subdiaconus dimittet, cùm lecturus eſt Epiſtolam (antequàm accipiat librum Epiſtolarum,) quàm cantat in Alba, & cantata Epiſtola, & oſculata manu Celebrantis, priùſquàm deferat librum ad cornu Evangelii, eam reſumet, nèc ampliùs deponet. *Rubr. Miſſal.* 19. *num.* 6.

In Minoribus autèm Eccleſiis, prædictis diebus, Subdiaconus amictus tantùm Alba, & manipulo, miniſtrabit. *Rub. Miſſ. cit. n.* 7.

Eſt advertendum, quod ſi inferior Subdiacono, ſcilicet, qui non ſit Sacro Subdiaconatus ordine initiatus, cantare velit Epiſtolam, nè ſacras induat veſtes, quia nupèr prohibitum eſt à *S. R. C.* ſed ſuperpelliceum tantùm induat, nequè detur illi Patena tenenda. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *num.* 9. *&* *tit.* 7. *n.* 19. *&* *Hieronymus Nicholius.*

In prima Miſſa *Natalis D. N. J. C. &c.* Subdiaconus non extergit Calicem, ſed cooperit Patena, Palla, & Velo, deſupèr ponens burſam ſinè Corporali, niſi adſit aliud Corporale, quia tùnc proprium Miſſæ poterit in burſam reponere more ſolito, & e-

tiam

tiam Purificatorium, nè remaneat ſupèr Altare; deindè ad Credentiam deferet ſuppoſito Corporali plicato; indequè aliùs in Sacriſtiam deferet, & loco ſeparato reponet ad ſecundam verò; & tertiam Miſſam reponetur de More ſupèr Credentiam, ſed ſempèr ſuppoſito Corporali. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 3. num. 2.*

Omnes Miniſtri, quando retrocedere debent, ideſt quandò deſcendere debent ab uno graduad alium, non retrocedant directè, ſed aliquantulùm recedant ad latus, ut aſpiciant locum, ad quem deſcendunt, vel accedunt, grauiùs enim ità incedunt.

De Benedictione, & Aſperſione Aquæ Benedictæ. Cap. XXV.

Singulis diebus Dominicis Sacriſta præparare debet in Sacriſtiam, Aquam, Sal, & Miſſale, ſeù Rituale; tùm Sacerdos Majorem Miſſam Celebraturus, indutus Alba, & Stola in modum Crucis poſita, eaquè coloris violacei. *Rit. Rom. Paul. V. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 19. num. 6.*

Stans nudo capite, & junctis manibus, habens à dextris ſuis vas illud paratum, aſſiſtente ſibi Miniſtro paulò poſt eum à dextris, dicet. *Adjutorium noſtrum, &c. ut in Miſſali.*

Poterit etiàm uti Stola coloris die convenientis, maximè ſi eſt Miſſam Celebraturus. *Gav. loc. cit.*

Extrà Miſſam verò, ſempèr Sacerdos utitur

tur Stola violacea; quia hæc benedictio eſt coniuncta cum exorciſmo; in aliis autem benedictionibus, Regulariter utitur albi coloris, & debet eſſe sempèr Superpelliceo indutus. *Ritual. Rom. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Facta benedictione, Celebrans, poſt horam, quæ Miſſam præcedit paratus Pluviali coloris convenientis ſinè Manipulo, è Choro, vel è Sacriſtia medius intèr Diaconum, & Subdiaconum paratos, (ſi cùm iiſdem celebranda ſit Miſſa,) ſinè manipulis, anteriores fimbrias Pluvialis ejus elevantes, accedit ad Altare, præcedentibus Thuriferario, & aliis Acolythis. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 13. num. 1. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 31.*

Cùm pervenerint ad Altare, omnes nudo capite genuflectunt in infimo gradu; interim unus ex Acolythis, ſumet vas aquæ benedictæ de Credentia, & ſtans à dextris Diaconi, dat ei Aſperſorium ſine oſculis, quòd offerens Celebranti illud, & manum illius oſculatur, niſi Sanctiſſimum Sacramentum fuerit expoſitum ſuper Altare, tùnc enim illæ oſculationes fieri non debent, nec etiam Altare aſpergi. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num. 1. & 2.*

Tùm Celebrans genuflexus, (etiam ſi fuerit tempus Paſchale,) accepto Aſperſorio, & Miniſtris Pluvialis fimbrias ſuſtinentibus, aſpergit primo Altare tèr, ſcilicè in medio, ad latus Evangelii, & ad latus Epiſtolæ, poſteà adhùc genuflexus aſpergit ſeipſum, dicens: *Aſperges me*. Choro proſequente, *Domine hiſſopo, &c.* tùm erectus

aſper-

aſpergit Diaconum, Subdiaconum, & Acolythos adhùc genuflexos, deindè reddit Aſperſorium Diacono, qui recipit cùm debitis oſculis, & hìc Acolytho ſine oſculis. *Cær. Ord. Min. loc. cit. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 7. pag.* 154. *& Rub. Miſſal.*

Nota quod Celebrans incipit antiphonam *Aſperges* antequàm incipiat aſperſionem actualem, quia *Aſperges*, eſt futuri temporis. *Gav. loc. ſup. cit. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap.* 31.

Celebrans reddito Aſperſorio, & ſurgentibus omnibus Miniſtris, facta Altari debita reverentia, accedit ad Chorum, medius inter Diaconum, & Subdiaconum fimbrias Pluvialis elevantes, præcedente Acolytho, qui vas aquæ benedictæ, cum Aſperſorio in ipſo, deferet, incedens verſus dexteram Diaconi, quod ſi via, qua tranſeundum eſt ſit anguſtior, Subdiaconus, & Diaconus præcedet Celebrantem, Acolythus verò eos præcedet; & cum ad Chorum pervenerint, ipſe Acolythus offert Diacono Aſperſorium, ac anſa vaſis demiſſa ad labrum firmiter illud tenens ſiniſtra ad pectus elevatum, dextram pedi admovebit, & ſic offeret aquam Celebranti, quod ſempèr obſervabit in ſimili caſu. *Cær. Ord. ut ſup. & Beavv. mox. cit.*

Quando verò Chorum fuerint ingreſſi, & à Celebrante utrique parti, inclinatione capitis, gratia onoris, facta, cui omnes correſpondent mediocriter, vel profundè ſecundum ejus qualitatem; Diaconus Aſperſorium accipiet de manu Acolythi ſine oſculis, ac illùd cùm oſculis porriget Cele-

branti, qui ſtatim accedens ad ſuperiorem localem, ſi adſit, eum ſingillatim aſpergit, facta ei debita inclinatione antè, & poſt; deindè aſpergit Cantores, ſi ſint parati; poſteà aſpergit conſequenter reliquos ex parte primi Chori, non quidem ſingillatim, ſed indiſtinctè plures ſimul, & abſque ulla inclinatione, deindè tranſiens ad aliam partem Chori, faciet Altari debitam reverentiam, (ſed non quidem, quandò ingreditur Chorum) & eodem ritu quo ſupra, reliquos aſperget: factaque ad utramquè Chori partem honoris ſignificatione, accedit ad aſpergendum populum per Eccleſiam. *Idem, & Gav.*

Quo tempore fit aſperſio Chori, ſtant omnes nudo capite, aſpergentiquè debitè ſe inclinant; Celebrans verò Chorum aſpergendo, dicit Antiphonam, *Aſperges me, &c.* totam cum Pſalmo *Miſerere mei Deus*, Alternatim cum Miniſtris. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num. 1. & 3. & Gav. ſimil. loc. cit.*

Dùm fit aſperſio, nulli alii erunt parati, niſi Celebrans cum Miniſtris Sacris, & Acolythus deferens vas aquæ benedictæ. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 5.*

Celebrans omnibus aſperſis, reddit Aſperſorium Diacono, quod cum oſculis acceptum, tradit Acolytho; tum reddit cum Miniſtris ad medium Altaris, ubi facta cum ipſis debita reverentia, ſtat ibidem junctis manibus cum iiſdem repetens Antiphonam *Aſperges me, &c.*

Interim Acolythus accipiens de Credentia librum, præbet illum Diacono, & Diaconus

conus, repetita per Chorum antiphona, tenet illum, una cum Subdiacono apertum, antè Celebrantem in plano, qui junctis manibus antè pectus cantat orationem ſolitam cum verſibus: qua finita Diaconus reddit librum Acolytho. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 13. *num.* 3. *& Gav. loc. ſupr. cit.*

Minimè probandus eſt uſus quarundam Eccleſiarum, in quibus poſt verſum *Gloria Patri*, *&c.* ſtatim Cantores repetunt tantum hæc verba *Lavabis*, *&c.* quia eſt contra *Rub. Miſſ.*

Si cum Celebrans aſpergit Chorum, adſit Prælatus in ſua juriſdictione, vel aliquis Cardinalis, &c. ter aſpergit Altare, ut ſuprà, non autem ſe ipſum nec Miniſtros, ſed ſtatim ſurgens facta Altari debita reverentia, comitatus à Cæremoniario, ſi adſit, & Acolytho cum vaſe aquæ benedictæ, accedit ad Prælatum, & illi tradet Aſperſorium cum ſolitis oſculis, facta priùs inclinatione profunda; tùm ille primò ſeipſum, deindè Celebrantem ſtantem aſpergit, eiquè ſtatim reddet Aſperſorium, qui ipſum recipiet cum oſculis, & inclinatione profunda, & rediens ad Altare debitam reverentiam faciet, & Miniſtros adhùc genuflexos aſperget, deindè cæteros, ut ſupra, remanentibus Miniſtris Sacris genuflexis antè Altare, uſquedum redierit Celebrans, & hoc, ut coram Prælato cum minori pompa, Celebrans procedat. *Gav. loc. ſupr. cit. & Cer. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 31.

Si autem Prælatus velit aſpergi à Cele-

branti, facta antè, & poſt profunda reverentia, eum aſpergat. *Cær. Ord. ut ſup. & Pollac. in Aph. p. 2. Cær. 7. pag.* 154.

Si Prælatus non ſit in loco ſuę jurisdictionis, nihilominus ei Aſperſorium porrigetur à Celebrante antequam alios aſpergat. *Beav. in Cær. Eccl. p.* 1. *cap.* 16. §. 1. *num.* 11.

Quod ſi plures ſint Prælati inæqualis dignitatis, huic ſoli, qui primas tenet, dandum eſt Aſperſorium: reliqui verò cum debitis inclinationibus ſunt aſpergendi. *Ibid.*

Si æquales ſint, offertur Aſperſorium primo illorum; qui ſi tenuerit, omnes ſingillatim, cum debitis inclinationibus, aſpergentur: ac ſi receperit, offerendum, & ſequentibus. *Cær. Ord. Min. ut ſup.*

Si in Choro adſit P. Generalis, Celebrans cum profunda inclinatione antè, & poſt, & cum debiti oſculis, illi tradet Aſperſorium. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 4.

Poterit etiam Celebrans procedere ſinè Miniſtris Sacris, ut præſente Epiſcopo in ſua juriſdictione dictum eſt. *Beav. ut ſup.*

Si verò in Eccleſia adſit aliquis ſupremus, Princeps, vel Priucipiſſa in loco ſuæ juriſdictionis, antè omnes alios, cùm debitis inclinationibus, aſpergi debent, atquè in hoc etiam conſuetudo locorum eſt attendenda. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 4.

Si Prælatus celebret, aſperſio aquæ benedictæ fieri poterit ab alio Sacerdote. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 1.

Aſperſio aquæ benedictè fit ſemper dicta *Tertia*: & antè benedictionem *Palmarum*

&

& *Candelarum*, ſi feſtum Purificationis venerit in Dominica. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 1. *& cap.* 20. *num.* 1. *& Gav. ut ſup.*

Tempore Paſchali dicitur Antiphona, *vidi aquam*, ut in miſſali; & nota quod in die Paſchatis, & Pentecoſtes, aſperſio fit cum aqua pridiè benedicta in Fonte Baptiſmi, antè infuſionem Olei, & Chriſmatis accepta. *Gav. loc. ſup. cit. & Rub. Miſſ. de Aſp. aq. ben.*

Poſt hæc Celebrans reddit cum Miniſtris in Sacriſtiam, ubi depoſito Pluviali, induit Planetam, & Miniſtri ſua Paramenta, & ad Altare procedunt, ut moris eſt.

Si autem Paramenta ſint ſuper Credentiam, completa oratione, Diaconus tradit librum Acolytho, a quo accipit Planetam.

Subdiaconus verò exuit Celebrantem Pluviali, quod tradit Acolytho, à quo recipiens manipulum, Celebranti oſculandum in Cruce, porrigit, ejuſque brachio ſiniſtro adaptat, & Diaconus ſtatim illum induit Planeta; ſed hoc fiet in cornu Epiſtolæ.

Si ſtatim finita Aſperſio ne fiat Proceſſio, Subdiaconus, tantum Alba indutus, non alius, ſtatim finita oratione, accipiet Crucem latere Epiſtolæ præparatam, & medius inter Ceroferarios cum candelabris accenſis; ſe ſiſtet antè medium Altaris, & Thure à Celebrante impoſito, ac benedicto, cantores incipient, quod erit cantandum in Proceſſione, & finita Proceſſione, omnia, à Celebrante, & à Miniſtris obſervabuntur ut ſupra. *Beav. loc. cit.*

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Miſſa Solemni, & Minus Solemni, &c.

LIBER TERTIUS.

De Miſſa Solemni, & Minus Solemni. Cap. I.

Miſſa Solemnis eſt illa, quæ cum Miniſtris Sacris celebratur, & in qua nihil omittitur, quod ad Solemnitatem pertineat; in qua Miſſale ſuper Altare apertum ponitur; Calix verò, & alia neceſſaria præparantur in Credentia cooperta linteo, antequam Celebrans cum Miniſtris veniat ad Altare. *Rubr. Miſſ. 2. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 12.*

Miſſa Minus Solemnis eſt illa, in qua omittitur incenſatio, & pacis oſculum, & Subdiaconus portat Calicem, Diaconus verò librum de Sacriſtia ad Altare, hic depoſito, & aperto libro, deſcendit ad Celebrantē, cùm quo facit Confeſſionem; & interim Subdiaconus explicato Corporali, collocat Calicem in medio Altaris, quo facto etiam ipſe ad Celebrantem redit; & finita Miſſa revertuntur eodem modo, quo venerunt, in Sacriſtiam; & quamvis hìc modus ſit in uſu, tamen toleratur potiùs quàm præſcribatur. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2.*

De Hora celebrandi Miſſam Solemnem. Cap. II.

MIſſa Conventualis, & Solemnis, ſeù Minùs Solemnis, quæ eſt eadem, in feſtis Duplicibus, & Semiduplicibus, in Dominicis, & infrà octavas dicitur, dicta in Choro Hora *Tertia*.

In Feſtis ſimplicibus, & Feriis per annum, dicta *Sexta*.

In Feriis Adventus, Quadrageſimæ, quatuor Temporum, etiàm infrà octavam Pentecoſtes, & Vigiliarum, quæ jejunantur, quamvis ſint dies Solemnes, Miſſa de tempore debet cantari poſt Nonam. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 1. Gav. loc. cit. & Rubr. Miſſal. 15. num. 2.*

Miſſa verò Defunctorum dici debet poſt *Primam* diei; ubi autèm dicuntur eorum vigiliæ manè poſt Matutinum diei, dictis hujuſmodi vigiliis cùm laudibus, immediatè dici poteſt Miſſa prò Defunctis.

Sed in die Commemorationis omniū Fidelium Defunctorum, Miſſa Conventualis dicitur poſt *Nonā*, quià eo die eſt principalis.

In die etiàm Depoſitionis Defuncti, vel Tertio, Septimo, Trigeſimo, aùt Anniverſario Solemni, in quò fit concurſus populi, poterit ſimilitèr dici ultimo loco poſt Nonam. *Rubr. Miſſal. ut ſup. num. 3.*

Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Miſſam Conventualem, Miſſæ, in Nativitate Domini: quarum prima dicitur poſt mediā noc-

noctem, finito *Te Deum laudamus* in Matutino: ſecunda in aurora, dictis Laudibus, & *Prima*; Tertia verò in die poſt *Tertiam*, vel ubi alitèr ex diſpenſatione Apoſtolica diſponatur. *Rubr. Miſſ. loc. ſupr. cit. num. 4.*

Miſſæ votivæ, quia non correſpondent officio, ſi ſolemnitèr celebrentur pro re gravi, vel publicæ Eccleſiæ cauſa; cùm populi frequentia dicantur poſt Nonam. *Rubr. Miſſ. ut ſupr. num. 5.*

De iis, quæ præparanda ſunt ad Miſſam Solemnem. Cap. III.

PRæparabit Sacriſta, convenienti loco in Sacriſtia, Albas, & Paramenta prò Celebrante, Miniſtris Sacris, & Acolythis, Superpellicea prò Cantoribus, & prò aliis Miniſtris, ſi adſint; item duo Candelabra cùm cereis ceræ albæ, ſi fieri poteſt; Thuribulum cùm Navicula, & Thure, duo ſaltèm funalia, ſeù intortitia, & vas parvum cùm prunis ardentibus, ac forcipibus prò immittendo igne in Thuribulum. *Beav. in Cærem. Eccleſ. p. 2. cap. 13. §. 2.*

In Eccleſia verò præparabit Credentiam à latere Epiſtolæ, quæ erit demiſſa ſimplex, ſinè gradibus, ſinè imaginibus, & ſinè Cruce; & ejus menſura ſit talis, ut omnia neceſſaria ſupèr eam commodè, & decentèr poſſint collocari, ac ritè diſponi, linteo mundo uſquè ad terram pendente undequaquè tegatur. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 4. Cær. Episc. lib. 1. cap. 12. & Rubr. Miſſal. 2. num. 5.*

In

In ejus media parte anteriori ponatur Calix, (poſtquàm Subdiaconus eum paraverit in Sacriſtia) cùm Purificatorio mundo, Patena cùm Hoſtia, deſuper Palla linea munda, non colorata, nec alterius materiæ: Velum parvum coloris Paramentorum, cujus pars anterior aptè cadat ad oram anteriorem Credentiæ, & Burſa deſupèr ejuſdem coloris, habens Crucem in medio, & intus Corporale, ejuſque Burſæ pars aperta ſit in anteriori parte; poterit etiam apponi retrò poſt Calicem Pyxis, in qua ſint Hoſtię prò Communione, ſi ſit opus. *Vide loc. ſup. cit.*

In dextrò cornu, ſcilicet versùs Altare, præparabit pelviculam cùm ampullis vini, & aquæ, & manutergium, ac Campanula prò elevatione SS. Sacramenti.

Itèm poni poterit aliqua pia *Imago*, vel parva *Crux*, quàm populus oſculetur ad oblationem, ſi facienda ſit. *Baul. p.* 3. *cap.* 11. *art.* 2.

In parte verò ſiniſtra ponatur liber Evangeliorum, & Epiſtolarum, (poſtquàm Diaconus Evangelium, & Subdiaconus Epiſtolam, perlegerint, & notaverint ſignaculis) & etiam mappulam prò communicandis, ſi opus ſit. *Ex eiſdem.*

Librum Evangeliorum eſſe alterum ab illo celebrantis docet *Thedaldus*, & alii communitèr, ſed quandò ex neceſſitate liber Sacerdotis acciperetur, non eſſet error: quià utriuſque Miniſtri denotaretur idem Evangelium, ut monet *D. Auguſtinus in Joan. tract.* 36. *ibi*. in quatuor Evangeliis, vel potius qua-

tuor libris unius Evangelii. *Bordon. variar. reſol. p. 2. de Sac. Rit. reſol. 64. num. 7.*

Si danda eſt Pax per Inſtrumentum, ponetur ſupèr illam ejuſmodi inſtrumentum, cùm velo, manubrio ejus appenſo coloris convenientis; eaque omnia cooperientur velo oblongo, quo uti debebit Subdiaconus, pro Calice ad Altare portando, & Patena tenenda: ità tamen, ut in anteriori parte relinquatur ſpatium ſufficiens, prò collocandis hinc indè ſupèr angulis anterioribus, Candelabris Ceroferariorum. *Cær. Epiſc. lib. 1. Beav. ut ſup. Rub. Miſſ. loc. cit.*

Prætereà præparabitur, ſupèr Altare in cornu Epiſtolæ, Miſſale apertum ſuprà pulvinum. *Rub. Miſſ. ut ſup.* Sed præparabitur poſtquam Diaconus, vel Presbyter aſſiſtens perquiſierit Miſſam, & ſignacula ſuis locis aptaverit. *Beav. loc. ſupr. cit.*

Atquè inſupèr parabitur ſcamnum in quo Celebrans ſedere ſolet à latere Epiſtolæ, aliquo tapete, ſeù panno honeſto; & paulò inferiori ab eadem parte Epiſtolæ propè cancellos parabitur alia ſedes nuda, & nitida, parva, & humilis, in qua ſedere poſſint Thuriferarii, & Ceroferarii, ſedente Celebrante. *Beav. ut ſup.*

Quod ſi Evangelium cantetur ſupèr Legile, debet etiam parari panno coloris Miſſæ convenientis. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. n. 6.*

Dominicis diebus, ea quæ ſunt neceſſaria ad Aſperſionem aquæ benedictæ, vel ad Proceſſionem, ſi fiat, etiam ſuis quequè locis aptè diſponantur. *Beav. loc. ſupr. cit.*

De

De præparatione Celebrantis, & Miniſtrorum, & de eorum ingreſſu ad Altare. Cap. IV.

HOra competenti, & audito ſigno omnes tàm Celebrans, quàm Miniſtri Sacri, & inferiores, in Sacriſtiam convenient, ubi breviter orabunt. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 15. & 18.*

Deindè lotis manibus, primi omnium induent ſe ſuperpelliceis ſeù Albis, Ceroſerarii, & Thuriferarii, omnes inter ſe juvantes: posteà Cantores, & Cæremoniarius ſuperpelliceis, quibus juvabunt Ceroſerarii. *Beauvais, ut ſup. loc. mox. cit.*

Interim Miniſtri Sacri, antequam veſtes ſuſcipiant, præparabunt, quæ ad officium ſuum ſpectant videlicet; Subdiaconus in libro Epiſtolari Epiſtolam queret, leget, & ſignabit: poſtmodum Calicem cum Purificatorio, Patena, Hoſtia, Palla, Velo, & Burſa cum Corporali intus componet. *Beav. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 3. & 4.*

Diaconus verò Evangelium in ſuo libro queret, leget, ſignabitq; *Id. ut ſup. cap. 3.*

Poſtmodum, niſi adſit Præsbyter Aſſiſtens in Miſſali pro Celebranti Miſſæ partes hinc indè queret, & ſignabit, itaùt confuſio nulla in Altari poſtmodum ulli eveniat. *Ibid.*

Deindè lotis manibus, uterque Amictu, Alba, & Cingulo, ſe veſtient, adjuvantibus miniſtris inferioribus, & Diaconus, Stolam coloris convenientis, ab humero ſi-

niſtro ad dexterum latus pendentem, ibiq; in Crucis modum aptata cum cordulis, aut cingulo affixam, pendere faciet hinc indè ad pedem dextrum. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 9. & 10. & Beav. ut ſup.*

Sudariola etiam cingulo appendent aliquantulum à dextris. *Baul. p. 3. cap. 11. art. 1.*

Omnibus iſtis paratis, Cæremoniarius, vel eo abſente, Thuriferarius accedet ad Celebrantem, & facta ei debita reverentia, ducet ad locum ſuorum paramentorum, ubi induet ſe Amictu, Alba, Cingulo, & Stola in modum Crucis, coloris officio, aut Miſſæ convenientis, Thuriferarii, & Miniſtri Sacri, cùm debitis oſculis, & reverentiis ſacras Veſtes porrigentes, & hinc indè eum juvantes, ut ſuis locis dictum eſt; cui & omnes alii parati aſſiſtent debita cum reverentia. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 9. & 10. ut ſup. & lib. 2. cap. 8. & Bauldr. loc. cit.*

Miniſtri poſſunt appendere cingulo Celebrantis à parte dextrà Sudariolum, vel Diaconus ſecum aſportare, ut illud ei Miniſtret, prout opus erit. *Bauldr. ut ſup.*

Omnibus ritè diſpoſitis, facto à Celebrante ſigno, omnes nudo capite, in recta linea ſtantes antè Crucem, vel principalem imaginem in Sacriſtia poſitam, profundè ſe inclinant. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 1. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 1.*

Deindè recta via pergunt omnes in Chorum hoc ordine videlicet; Præcedunt Ceroferarii ſine candelabris, ſequuntur Thuriferarii medium habentes Cæremoniarium

poſ-

poſteà Cantores bini, induti ſuperpelliceis, tum Diaconus habens ad ſiniſtram Subdiaconum, ultimo Celebrans, & hi tres manibus junctis, & capite cooperto, cæteri verò minimè. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *&* *Beavvais*, *ut ſup. cap.* 13. §. 3. *num.* 1.

Tranſeuntes autem antè majus Altare, ſiſtent ſe antè infimum gradum, formantes quaſi lineam rectam, itaut Ceroferarii ſtent hinc indè omnium poſtremi; Cæremoniarius verò ad latus dextrum propè Credentiam, & Thuriferarius retrò poſt Celebrantem: quod ſi duo fuerint Thuriferarii, ſtent hinc indè retrò Cantores, & tunc Cæremoniarius, vel inter Thuriferarios, vel ubi ſupra; dum detecto capite, omnes genuflectunt.

Deindè ad Chorum pergunt, quiſque ad ſedem ſuam; debitis cum reverentiis, ut in veſperis dicetur: ubi flexis genibus dicunt orationem, *Aperi Domine*, &c. & ſic manent, donec à Superiore, vel à Celebrante detur ſignum incipiendi officium, quo dato ſurgunt omnes, & reſpectivè omnia fiunt, ut in aliis horis. *Beavv. loc. ſup. cit. num.* 2.

Nota quod verſus *Fidel. Animæ*, *&c.* non dicitur, quandò immediatè poſt aliquam horam ſequitur Miſſa, ſivè privata, ſivè ſolemnis, modò ſit conventualis. *Bauldr. p.* 2. *cap.* 11. *art.* 1. n°. 46.

Hora verò finita, Celebrans una cum Miniſtris, redit in Sacriſtiam, ordine quo venerat: ubi facta, ut priùs reverentia, Sacri Miniſtri accipiunt ſua paramenta, deindè

Cele-

Digitized by Google

Celebrantem juvant, ut ſuis locis dictum eſt ac interim Ceroferarii candelabra ſua ſumunt; & Thuriferarii, aut Thuriferarius Thuribulum cum Navicula.

Celebrans cum Miniſtris, omnibus paramentis indutus, miniſtrante Diacono Naviculam, & Thuriferario Thuribulum, imponit incenſum in Thuribulum, capite detecto, & benedicit more ſolito. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 2. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. n. 13. & Cær. Ep. lib. 2. cap.* 8.

In Miſſis ordinariis Celebrans non imponit incenſum in Thuribulum. *Ex Cær. Ord. ut ſupra.*

Tùm Celebrans, incenſo benedicto, profundè inclinatur cum Miniſtris capite detecto, ordine quo ſupra, imagini principali in Sacriſtia poſitæ, ac ſtatim procedit ad Altare cum iiſdem Miniſtris capite tecto; ſcilicet dum cantatur in Choro *Introitus. Alcoc. tract. 3. pag.* 205.

Ratio, quia inclinatur, imagini capite detecto eſt, quia non defert Calicem, ut benè notavit. *Tonel. lib. 2. tit.* 2.

Quia quandò defert Calicem inclinatur tecto capite. *Id. Ton. & Gav. loc. cit. num.* 1.

Procedit autem Celebrans ad Altare hoc ordine: Primus omnium incedet Thuriferarius cum Thuribulo fumigante, illud leviter agitans, vel ſi erunt duo, incedent hìnc inde, &c. ſequuntur Ceroferarii cum candelabris, & cereis accenſis, & poſt eos Cæremoniarius. *Gav. loc. & tit. ſup. cit. num.* 14.

Sed hi omnes procedunt nudo capite.

Cæ-

Digitized by Google

Cærem. Ord. Min. part. 3. cap. 1. num. 1.

Tùm procedit Subdiaconus ſolus, deindè Diaconus, ultimo Celebrans, & hi tres capite cooperto, & manibus junctis antè pectus. *Rubr. Miſſ. 2. num. 5.*

Procedunt etiam occulis demiſſis, devotè, inceſſu gravi, & corpore erecto, neminemque per viam ſalutantes. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 2.*

Sed ſi Epiſcopus, Cardinalis, &c. aut Magnus Princeps, &c. fiat eis obvius per Eccleſiam, tunc illis inclinantnr, ut deducitur. *Ex Tonel. lib. 2. tit. 2.*

Si verò Celebrans aliquando utitur Pluviali, vel ſola Alba cum Stola, ut in Benedictione candelarum, Aſperſione Aquæ benedictæ, & aliis hujuſmodi, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris Celebrantis, quaſi pares incedent, partes anteriores Pluvialis elevantes. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 5 num. 5. & cap. 13. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 13.*

Cùm autem pervenerint antè infimum gradum Altaris, ſtant omnes quaſi rectà linea, Celebrans, in medio, Diaconus à dextris ejus, Thuriferarius à dextris Diaconi, & primus Ceroferarius à dextris Thuriferarii: Subdiaconus verò à ſiniſtris Celebrantis, ſecundus Thuriferarius, ſi ſint duo, à ſiniſtris Subdiaconi, & ſecundus Ceroferarius à ſiniſtris ſecundi Thuriferarii, & iſti Miniſtri inferiores ſtant aliquantulum retrò: Cæremoniarius verò ſtat à latere Epiſtolæ, & quandò ſunt duo

Thuri-

Thuriferarii, ſtat in medio eorum: ſi adſit Præsbyter Aſſiſtens ſtat à dextris, & Diaconus à ſiniſtris Celebrantis: tùm Celebrans, & Miniſtri, capite detecto, Cæremoniario caputium adaptante Celebranti, & Thuriferariis Diacono, & Subdiacono, omnes genuflectunt in plano ſupèr infimum gradum Altaris, ſi in Altari ſit Sanctiſſimum Sacramentum, alioquin ſolùs Celebrans profundè ſe inclinat, aliis omnibus ſempèr genuflectentibus, & ſi in Altari eſſet ſola Crux: facta genuflexione ſurgunt omnes, adjuvantibus Miniſtris Sacris Celebrantem, ſuſtentando ejus brachia, quòd faciunt ſempèr honoris cauſa, quando genuflectit, & ſurgit. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 6. & 8. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 17. & tit. 4. num. 6. & Rub. Miſſal. 4. num. 7.*

Ceroferarii verò, facta genuflexione, Candelabra ſua cùm candelis accenſis, deponunt in anterioribus Credentię cornibus hinc indè, ubi remanent genuflexi manibus junctis, facie ad Altare converſa, donec Celebrans aſcendat ad Altare: advertat autèm ſecundus Ceroferarius, nè genuflectat antè medium Altaris, dum defert Candelabrum ad Credentiam, & primus eum expectet in loco ſuo, ut ambo ſimul ad Credentiam procedant. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. num. 6. & Gav. ut ſup. tit. 2. num. 15. & 18. Alcocer. tract. 3. pag. 207.*

Sed ſi Ceroferarii utantur magnis Candelabris illa deponunt in plano hinc indè antè gradus Altaris, ubi etiàm genuflectunt ad Confeſſionem.

Thu-

Digitized by Google

Thuriferarius ſimilitèr, facta cùm aliis genuflexione, genuflexus manet propè Credentiam, ſed ſi Ceroferarii remaneant apud Altare, etiam ipſe remanet genuflexus in medio poſt Celebrantem, dùm fit Confeſſio, Thuribulum aliquantulùm apertum levitèr agitans: vel ſi ſint duo, ſtant hìnc indè. *Alcocer. loc. ut ſup.*

Cæremoniarius verò, genuflectit poſt Miniſtros, vel ubi vult, à latere commodiori ad functionem ſuam, cui neque ſtanti aſſignari poteſt certus locus in Præsbyterio, ut plurimùm ſtabit à cornu Epiſtolæ. *Cær. Ord. Min. ut ſup. & Gav. loc. cit.*

Advertat Celebrans, ut recitet ſubmiſſa voce, audientibus tamèn Miniſtris aſtantibus, non autem aliis, ea quę in Miſſis privatis dicuntur clara, & intelligibili voce: illa verò, quę ſonora voce intonari debent, ſunt in *Rubrica Miſſalis* ſatis expreſſa. *Cær. Ord. loc. cit. num. 7. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 16. n. 2. & Rub. Gen. Miſſal. 16. num. 3.*

Etiam advertat Celebrans, ut ità moderatè ſe gerat in iis, quæ ſunt ſui muneris, ut à Miniſtris omnia modeſtè, & tempeſtivè fiant, ne nimia feſtinatione peragant, quæ debent. *Beav. ut ſup. num. 8.*

Si dùm celebratur ſolemnitèr in Altaribus minoribus, contingat tranſire antè Altare Sanctiſſimi Sacramenti, Celebrans ſempèr detegat caput cum Miniſtris, quia non geſtat Calicem, & faciat genuflexionem medius intèr Miniſtros, qui eadem cùm ipſo præſtare debent. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 19.*

Poſt-

Poſtquàm Celebrans dixerit. *In nomine Patris*, non debet advertere quemlibet alium in alio Altari Celebrantem, & ſi fortè Sanctiſſimum Sacramentum elevaret, ſed Miſſam proſequi: atquè idem obſervabunt Sacri Miniſtri, non verò Miniſtri inferiores, quandò in opere aliquo ſui officii non occupantur, qui eo caſu poſſunt genuflectere, & adorare Sacramentum. *Gav. loc. cit. tit.* 3. *num.* 3.

Si verò antequàm Celebrans inceperit *In nomine Patris*, elevetur Sanctiſſimum Sacramentum, vel antè Celebrantem deferatur, omnes ad genua provoluti adorabunt ibidem; quod etiam facient, ſi idem accidat, quandò procedunt ad Altare, nèc anteà ſurgant, niſi poſt depoſitum Calicem. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 2.

Si contingerit tranſire antè Altare, ubi Sacramentum miniſtratur, vel ubi expoſitum eſt, aùt poſt conſecrationem, omnes detecto capite debent genuflectere: *Gav. ſup. cit. tit.* 2. *num.* 3.

Si autèm tranſeant antè Altare, ubi ſit expoſita Solemnitèr Reliquia inſignis Sancti, de quo fit feſtum, ſconvenit, ut apertum caput illi inclinent profundè: in aliis reliquiarum caſibus, habeatur ratio Altaris tantùm. *Gav. loc. cit. num.* 4.

Meminerint omnes Miniſtri Altaris, quod, licèt in Altari non fuerit Tabernaculum cum Sanctiſſimo Sacramento, nihilominùs, ut dictum eſt ſupra, genuflectunt Cruci, quæ eſt in Altari in tota Miſſa. *Cær. Ord.*

Digitized by Google

Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 8. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. num. 17. & tit. 4. num. 6. & Rub. Miſſal. 4. num. 7. Alcocer. tract. 3. pag. 205.

Obſervent prætereà Miniſtri, quòd non oſculantur Altare, ſed neque tangunt illud, ſuo autem quiſque loco genuflectit manibus junctis, & ſtatìm ſurgit. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 10. & p. 4. cap. 7. n. 13. & Gav. ſup. cit. tit. 4. num. 6.*

Miſſa inchoata, nihil aliud advertatur, ſed Celebrans, & Miniſtri debita cùm modeſtia, ac timore Dei, ſuo muneri accuratè intendant, omnem prorsùs confabulationem devitando in Altari; dùm aliqua à Choro, vel organo cantantur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 4. & Rub. Miſſal. 3. num. 4.*

De principio Miſſæ Solemnis, uſque ad Thurificationem Altaris. Cap. V.

CElebrans, erectus, cùm Miniſtris ſacris ſtans manibus junctis, incipit Miſſam, & dicens: *In nomine Patris, &c.* ſe ſignat à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrùm ſiniſtra infrà pectus poſita, & jungens iterùm manus antè pectus ad particulam. *Amen*, pronuntiat Antiphonam, *Introibo ad Altare Dei*: aliaque proſequitur, ut in *Rubr. 3. Miſſal.*

Celebrans, dum facit Confeſſionem, Altari ſe profundè inclinat, & dùm profert verba, *vobis fratres, vos fratres, & Miſereatur veſtri* paululùm convertitur versùs Miniſtros ſtantes, primò ad Diaconum, deindè

ad

ad Subdiaconum, illi verò dùm dicunt in Confeſſione: *Miſereatur tui*, *Tibi Pater*, & *Te Pater*: inclinati ſe convertunt ad Celebrantem, & ad *Miſereatur*, adhùc inclinati manent ad *Indulgentiam* verò ſtant. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 3. num. 7. & Beavvais in Cær. Eccl. p. 2. cap. 13. §. 4. num. 1.*

Celebrans, & Miniſtri non debent addere nomen Patroni, vel alterius Sancti in Confeſſione ex propria devotione ſine Papæ licentia: quia *Pius V.* hoc conceſſit ſolùm Eccleſiis Hiſpaniarum. *Alcocer. tract. 2. pag. 101. Gav. p. 2. tit. 3. num. 7. litt. X. Pollac. in Aph. p. 1. Cærem. 7. num. 15. pag. 37. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 11. & Rub. Brev. Ord. Min. num. 13.*

Finita à Miniſtris Confeſſione, Celebrans dicit *Miſereatur veſtri*, versùs ad illos adhùc inclinatos, ſed cùm dicit: *Indulgentiam* erigunt ſe, ut ſupradictum eſt, & cum eo ſe ſignant, quòd ſemper faciunt una cùm ipſo in tota Miſſa, præcipuè in iis, quæ clara voce dicuntur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. n. 5. Beav. loc. cit. num. 2. & Gav. Epit. ut ſup. num. 8.*

Dùm Celebrans dicet: *Deus tu converſus*, *Miſereatur noſtri*, Miniſtri cum eo aliquantulum profundius ſe inclinant. Cum verò dicit *Oremus*, ipſe ſolùs eſtendit, & jungit manus adhùc inclinatus. *Beav. ut ſup.*

Tum dicens *Aufer à nobis*, aſcendit manibus junctis ad medium Altaris; ut in *Rub. Miſſ. 3. n. 10. & Rub. 4. num. 1.*

Diacono interim ſiniſtra manu, & Subdiacono dextera Albam, & veſtem anteriorem

rem illius paululùm elevantibus, altera pectori admota, quod in ſimilibus ſemper faciunt. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. num. 6. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. num. 9.*

Celebrans aſcendit ad Altare, dicens; *Oramus Te Domine*, & ſolùs oſculatur illud in medio; Miniſtri verò Sacri junctis manibus genuflectunt hinc indè, non tangentes, neque oſculantes Altare, moxque ſurgunt. *Gav. loc. cit.* & ſimiliter *Cær. Ord. Min. ut ſup. & p. 4. cap. 7. num.* 18.

Interim omnes Acolythi ſurgunt, & manibus modeſtè pectori admotis, ſtant in plano in locis ſuis facie ad Altare converſa; ubi verò fuerit parvus numerus Sacerdotum, Acolythi poſt Confeſſionem, facta priùs genuflexione, ibunt in Chorum, ut cum aliis cantent, reverſuri ad Altare, dùm dicetur verſus poſt *Alleluja*, &c.

De obſervandis in Thurificatione Altaris in Miſſa Solemni. Cap. VI.

POſtquàm Celebrans aſcenderit ad Altare, eo oſculato, ſtans in medio, convertit faciem ad cornu Epiſtolæ! interim verò Thuriferarius Naviculam apertam, ſinè oſculis, offert Diacono ſtanti à dextris Celebrantis, poſt quem ſtat Subdiaconus manibus junctis antè pectus; Thuriferarius verò aſcendit ſuprà gradus Altaris aliquantulùm verſus cornu Epiſtolæ, ſuſtentans annulum majorem manu ſiniſtra, elevato altero annulo operculi manu dextra, eadem-

que

que manu complectente catenulas circà medium earum intèr operculum, & Thuribulum, flexoque quaſi genu dextro, offert, & tenet Thuribulum æqualitèr elevatum ad Naviculæ altitudinem antè Celebrantem, ut ab eo commodè poſſit ex Navicula in illud immitti Thus; Diaconus autem, accepta de manu Thuriferarii Navicula, ſiniſtra manu, eam tenens, convertit ſe, & partem Naviculæ apertam ad Celebrantem: ſtatimque accipiens cochlear vacuum circà partem interiorem manubrii, oſculatur illud in ſummitate, & tradit Celebranti, cujus manum dexteram (non digitos,) in exteriori parte oſculatur; deindè versùs eum parùm inclinatus dicit: *Benedicite Pater Reverende*: tùm Celebrans acceptò cochleari, ſiniſtram tenens infrà pectus poſitam, tèr è Navicula Thus accipit; & tèr immittit in Thuribulum tribus diſtinctis locis, (nempè in medio, à dextris, & à ſiniſtris) dicens: *Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis: Amen*: quæ verba ſic diſpenſat, ut in prima thuris immiſſione, dicat: *Ab illo benedicaris*, in ſecunda *in cujus honore*, in tertia, *cremaberis, Amen*: & ſtatim reddet Diacono cochlear; tùm dextera manu producet ſignum Crucis ſupèr Thus poſitum in Thuribulo adhùc aperto, nihil dicens, ſiniſtra tùnc ſupèr Altare poſita; eodemque ritu ſempèr utitur Celebrans, quoties benedicet incenſum, ſed non eiſdem verbis, ut ad *Oblata*. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 3. cap. 2. §. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2.*

tit.

tit. 4. n. 7. ex Rubr. Miſſal. 3. n. 5. & 4. num. 4. Bordon. variar. Reſol. p. 2. Sac. Rit. Reſol. 64. n. 8.

Thure impoſito, Diaconus recipit manu dextrà cochlear à Celeberante ab inferiore parte manubrii, oſculata priùs dextera ipſiùs Celebrantis, ipſum quoque cochlear oſculatur in manubrii ſummitate; ſtatìm ac illud à Celebrante recepit, reponit in Naviculam, quàm etiàm claudit: & mox accipit manu dextrà à Thuriferario Thuribulum clauſum, cui ſiniſtra reddit Naviculam: tenenſquè catenularum ſummitatem eadem dextra juxtà manubrium, ſiniſtra verò eas catenulas propè operculum, ſtatim ipſum manubrium oſculatur, & ſummitatem catenularum juxtà illud, deponit in ſiniſtram Celebrantis, earumdem verò partem inferiorem in dexteram, quam etiam oſculatur ut ſupra. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. n. 2. & 3. & Gav. ut ſup. ex Rubr. & Beavv. in Cær. Eccleſ. p. 1. cap. 17. §. 2.*

Celebrans ſiniſtra inter indicem, & pollicem complectens ſummitatem catenularum juxta manubrium, reliqua manu extenſa pectori admota; dextra verò catenulas ſimul junctas propè operculum complectit, & firmans, ſic tenet Thuribulum, ut proprio pondere nullatenus moveatur, ac præter motum ab ipſo Celebrante impreſſum, nullum alium habeat, itaut per totam incenſationem, verſus id, quod incenſat ducat commodè, & ad ſe cum gravitate, & mora competenti reducat. *Beavv. ut ſup.*

Tum ad Altare conuerſus profundè ſe incli-

inclinat Cruci, vel ſi adſit Sanctiſſimum Sacramentum intrà Tabernaculum, genuflectit, extremitatibus manuum ſuper Altari poſitis, ut facilius genuflectere, & ſurgere valeat.

Elevato deindè Thuribulo, ter incenſat Crucem in medio tantum æquali ductu, nihil dicens, itaut ad unumquemque ictum tantillum quieſcat, ac tractim ducat Thuribulum, quod ad ſe trahens, ſub brachio leviter, ac competenti mora, reducet, modeſtè, quietè, ſinè ſtrepitu, ac ſinè properatione. *Cær. Ord. ut ſup.*

Advertat Celebrans, quod licet in Altari fuerit Tabernaculum cùm Sanctiſſimo Sacramento, non illud tamen, ſed Crucem incenſat, (niſi ſit expoſitum.) *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 21. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 3. & Rubr. Miſſ. 4.*

Advertant præterea Diaconus, & Subdiaconus, quod cum Celebrans incenſat, in ſerviunt hinc indè elevando eam partem planetæ, quæ eſt circa ejus brachia, ut non impediatur altera eorum manu pectori admota. *Gav. ut ſup. tit. 4. num. 7. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 1. ex Rubr.*

Incenſata Cruce, & facta eidem Cruci profunda reverentia, vel genuflexione Sanctiſſimo Sacramento, incenſat Altare, incipiens à latere Epiſtolæ, & faciem totam quaſi ad illud convertens, ter ducit Thuribulum verſus poſteriorem Altaris planitiem recta linea, & æquali diſtantia, prout Candelabra diſtribuuntur; eorum tamen rati

non

non habetur, ſivè plura, ſeù pauciora fuerint, ad numerum incenſationum, etenim ipſa planities poſterior, ſeù Menſa Altaris incenſatur linea recta, non autem candelabra; ducit verò Thuribulum, & ſimul procedit, movendo pedem illum prius, qui eſt proprior Altari: totque paſſus omninò facit, quot Thuribuli tractus, niſi forſan Altaris longitudo eos aliter metiri cogat: manus enim cum pede, quantum fieri poteſt concordare debent in motu; ut inceſſu thurificationi ex æquo reſpondeat. *Beav. loc. cit.*

Cùm Celebrans pervenerit ad cornu Epiſtolæ, demiſſa manu, aliquantulum inclinatus thurificat partem illius inferiorem lateralem, tùm ſuperiorem, bis ducendo Thuribulum, ſemèl in parte inferiori, ac iterum ſemèl in ſuperiori: deindè converſùs ad Altare, & faciem ad medium vertens, elevat manum, & incenſat in ſuperiori parte planitiem anteriorem Altaris circa oram, tèr ducens Thuribulum velut in ſemicirculum, uſquè ad medium Altaris procedendo. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 4. *num.* 7.

Perveniens ad medium, profundè inclinat ſe Cruci, vel genuflectit Sanctiſſimo Sacramento, ac poſteriorem Altaris partem thurificat à latere Evangelii tèr ducens Thuribulum, ut in cornu Epiſtolæ, tùm parum inclinans, incenſat ſemèl inferiorem, & ſemèl etiàm ſuperiorem planitiem lateralem ipſiùs cornu Evangelii; deindè ſtans, & elevans Thuribulum, nec ultrà progrediens, niſi longitudo Altaris cogat aliquantulum

procedere, incenſat planitiem anteriorem, ſeù menſam in cornu Evangelii, ducens Thuribulum quaſi in ſemicirculùm, ut ad cornu Epiſtolæ, niſi quòd in parte Epiſtolæ ducit Thuribulum à dextrà ad ſiniſtram, in cornu verò Evangelii ducendum eſt à ſiniſtra ad dexteram: nec ibi fit reverentia Cruci, nec genuflexio Sacramento, quià tùnc nunquàm accedit ad medium, ſed ſtatìm quaſi retrocedit ad cornu Evangelii, ubi manu aliquantulum demiſſa, incenſat partem Altaris anteriorem, ſeù frontem tèr ducens recta linea Thuribulum à cornu Evangelii, uſque ad medium Altaris, ad quod interim progreditur. *Beavvais, ut ſup.*

Perveniens ad medium profundè ſe inclinat Cruci, vel genuflectit Sacramento, & pariter incenſat triplici ductu alteram partem anteriorem, à medio uſque ad cornu Epiſtolæ, quo facto reddit utraque manu Thuribulum Diacono, qui ſupponendo manum ſuam, vel ambas dexteræ Celebrantis ipſam parumper, quaſi ſublevans oſculatur in parte exteriori, capit Thuribuli vas dextera, & ſiniſtra manubrium, illud etiam in ſummitate catenularum oſculando: tum aliquantulum retrocedens in cornu Epiſtolæ, Celebrantem ſtantem junctis manibus ante pectus, ſiniſtro brachio quaſi tangentem frontem Altaris, incenſat triplici ductu cum profunda inclinatione antè, & poſt cui Celebrans nec modicum quidem caput inclinat. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 7. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 3. & 4.*

Sub-

Subdiaconus autem ad incenſationem Celebrantis à Diacono, ſiſtit ſe à ſiniſtris Diaconi neque cum eo caput inclinat Celebranti. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Cæremoniarius in incenſatione, amovet Miſſale de Altari, quandò opus eſt; vel Præsbyter aſſiſtens, ſi adſit, vel eis abſentibus, Thuriferarius hoc præſtat. *Gav. loc. cit.*

Dum Celebrans incenſatur à Diacono, Cæremoniarius ſtat à tergo Subdiaconi, & Thuriferarius poſt Diaconum; aliquantulum à ſiniſtris ejus: primus ut Celebrante incenſato, librum ſuper Altare reponat, ſi opus fuit illum amovere: alter verò ut Thuribulum de manu Diaconi accipiat.

Si autem abſint Cæremoniarius, & Præſbyter aſſiſtens, quando Celebrans thurificat cornu Epiſtolæ, liber de Altari removetur per Thuriferarium, qui eum reſtituit ſtatim; quod ſimili modo facit, quandò poſt incenſationem oblatorum incenſatur cornu Evangelii. *Gav. loc. cit: & Cær. Ord. ut ſup.*

Si in Altari fuerint Reliquiæ, ſeù imagines Sanctorum, (Statuæ ſcilicet, non figuræ in muro depictæ, vel circa Tabernaculum ſculptæ,) incenſata Cruce, & facta illi profunda reverentia, vel genuflexione Sanctiſſimo Sacramento, antequam diſcedat à medio Altaris, primùm incenſat eas, quæ à dextris ſunt, ideſt à parte Evangelii propè Crucem, bis ducens Thuribulum, quamvis plures, vel pauciores fuerint Reliquiæ, aùt imagines, nec illis inclinabit ſe ullo modo ante, vel poſt incenſationem, ſed facta ite-

tùm profunda inclinatione Cruci, vel Sacramento genuflexione ſimilitèr incenſabit bis aliàs, quæ ſunt à ſiniſtris, ſcilicèt à latere Epiſtolæ: ac tandem procedet abſquè nova inclinatione, vel genuflexione, ad incenſationem Altaris, ut ſuprà. De Reliquiarum, ſeù Imaginum incenſatione. *Vide Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 5. num. 1. & cap. 27. num. 12. & Rubr. Miſſal. 4. num. 5.*

Si in Altari fuerit Tabernaculum cùm Sanctiſſimo Sacramento, Celebrans accepto Thuribulo, antequàm incipiat incenſationem genuflexionem facit, ut dictum eſt ſuprà, quòd item facit, quotieſcunque tranſit antè medium Altaris. *Rub. Miſſal.* 4. *num.* 6. ſed id tantùm intelligendum eſt de ſolo tranſitu in ipſo thurificationis actu, non autèm de quovis alio tranſitu tempore Miſſæ. *Beaw. ut ſup. p. 2. cap. 13. §. 4. num. 5.*

Diaconus, & Subdiaconus, hinc indè, aſſiſtunt Celebranti cùm incenſat, & cùm tranſeunt antè Crucem, ſempèr genuflectunt. *Rubr. Miſſal.* 4. *num.* 7. *ut ſup.*

Thuriferarius, accepto Thuribulo à Diacono, redit in Sacriſtiam, qui propterea non habet locum ſtabilem in Præsbyterio. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 5. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. num. 7.*

Prælato præſente in habitu, ſaltem cùm cappa, Thus imponit, & benedicit, & thurificatur triplici ductu poſt Celebrantem; Celebrans verò duplici. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. num. 5. & p. 4. cap. 7. num. 11. & Cær. Epiſc. lib. 1. 23. &c.*

De

De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in Excelſis in Miſſa Solemni. Cap. VII.

FActa incenſatione Altaris, & Celebrantis, ipſe Celebrans ſtans in cornu Epiſtolæ, Diacono à dextris ejus, & Subdiacono à dextris Diaconi ſtantibus, ſe ſignans, solùs legit ſubmiſſa voce *Introitum*, & non Miniſtri Sacri. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 8. & Rub. Miſſal. 4. num. 7.* Attamen Miniſtri Sacri advertant, quòd debent ſe ſignare una cùm Celebrante ad *Introitum.* (*Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 5. & Gav. ut ſup. tit. 3. num. 8.*) & ſimilitèr cùm illo ſe inclinare, ad *Gloria Patri, &c.* advertendo, quòd inclinare ſe debent in Altari, quotiès inclinat ſe Celebrans, dicens aliquid voce non ſecreta. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 25.*

Dicto introito, ibidem Celebrans alternatìm cùm Miniſtris dicit: *Kyrie eleiſon*, *Boliaſc. p. 3. cap. 17.* Nec indè recedunt donèc procedendum ſit ad medium, niſi Celebrans velit ſedere: in quo caſu, dicto ultimo *Kyrie*, ipſe, & Sacri Miniſtri ſimùl ibi versùs Crucem, Celebrans profundè ſe inclinat, vel genuflexionem facit Sanctiſſimo Sacramento, ſi adſit, Miniſtri verò genuflexionem faciunt, etiàm ſi adſit ſola Crux, quod negat; *Bauldr. p. 3. cap. 11. art. 5.* dicens quod non genuflectunt, niſi recedant à medio, cùm procedunt per breviorem viam ab eodem latere Epiſtolæ, unus poſt alium

ad ſedem paratam, ſedentes ritu, quo infrà dicetur: & cùm dicitur in Choro ultimum *Kyrie*, Celebrans procedit per planum Capellæ ad medium Altaris cùm Miniſtris unus poſt alium, & facta à Celebrante profunda inclinatione, vel genuflexione Sacramento, & à Miniſtris ſemper genuflexione, aſcendunt quiſque ad locum ſuum, uno remanente poſt alium. *Cær. Ord. min. p. 2. cap. 6. num. 2. & Rubr. Miſſal. 17. num. 6. Beavv. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 13.*

Statim ut finitum eſt in Choro ultimum *Kyrie*, Celebrans incipit Gloria in excelſis, diſiungens, & antè pectus extendens manus ad verbum *Gloria*, tùm eas elevat uſq; ad humerorum altitudinem, dicens, *in excelſis*; & cùm dicit *Deo*, manus jungit, & caput inclinat. *Bauld. p. 3. cap. 11. art. 5. ex Rub. Miſſal. 4. num. 3.*

Dùm Celebrans dicit *Deo*, Diaconus, & Subdiaconus caput inclinant. Tùm facta genuflexione, Diacono pauliſpèr Subdiaconum expectante, (quòd ſempèr faciunt; dùm aſcendunt ad Altare,) aſcendunt hinc indè, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris, & cùm Celebrante hymnum ſubmiſſa voce proſequuntur, ita tamen, ut Celebrans paulò altiùs recitet quàm Miniſtri (quòd ſempèr facere debent in ſimili caſu,) cùm eo ſe inclinantes, & ſe ſignantes in fine, & cùm dicunt, *Amen*, cùm eodem jungunt manus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 3. & 4. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 11. ac Bauld. loc. cit.*

Si

Quando Diaconus,& Subdiaconus aſcendunt ad Altare, faciunt priùs genuflexionem in medio, vel in eodem loco, undè diſcedunt, ſed non debent aliam iterum facere ad Altare, & vice verſa, quando diſcedunt ab Altari genuflectunt, ſed nullam aliam faciant genuflexionem reverſi ad loca ſua. *Cær. Ord. Min. loc. cit. & Gav. ut ſup. num.* 10. niſi aliter in ſuis locis notetur.

Si Hymno dicto, Celebrans velit ſedere, (quod decet Sanctiſſimo Sacramento non expoſito) facta debita reverentia, & à Miniſtris ſemper genuflexionem per breviorem viam, ideſt per latus Epiſtolæ,unus poſt alium, pręcedente Subdiacono, procedunt ad ſedem præparatam, ſeu ſcamnum oblongum; ubi Celebrans ſedet medius inter Diaconum, & Subdiaconum, qui poſteriorem planetæ illius partem elevant, tum etiam poſteriorem Dalmaticæ, & Thunicellæ partem ſibi elevant, niſi illis elevent Ceroferarii; ſedebunt autem Celebrans, & Miniſtri Sacri capite cooperto, quod tamen aperiunt ad verba *Hymni*, ad quæ inclinandum notatur in *Rubr.* 4. *Miſſal. num.* 3. dum cantatur à Choro. *Cær. Ord. ut ſup. num.* 2. *& Gav. loc. cit. num.* 12.

Et ſic ſedentes Celebrans,& Miniſtri manus ſuper genua hìnc indè expãſas aliquantulum à ſe diſtantes, vel inſertis inter ſe digitis habebunt. *Beauvais, ut ſup.*

Thuriferarii verò, & Ceroferarii ſedebunt in aliquo ſcamno humiliori, vel ſuper gradus Altaris, (quod magis congruit) facie

Digitized by Google

cie ad Celebrantem converſa, & manibus decentèr compoſitis. *Beavv. Cærem. Ord. Min. loc. cit.*

In ſedendo hunc ſervant ordinem, Celebrans primus ſedet, deindè Sacri Miniſtri, poſt factam Celebranti capitis inclinationem, poſteà Thuriferarius, vel Thuriferarii in medio, & Ceroferarii hinc indè, cum debitis reverentiis, & ultimò ſedet Cæremoniarius, ſi adſit; & è contra primi ſurgunt Miniſtri inferiores, tum Sacri Miniſtri, ultimò Celebrans.

Attendant verò, dùm pergunt ad ſedem ne ſint in via, cum in Choro cantatur verſus *Adoramus te*, vel quid ſimile, ad quòd eſſet inclinandum. *Beavv. loc. mox. cit.*

Omnes Miniſtri Altaris, ſivè ſtent, ſivè ſedeant, inclinare debent, capite detecto, ad illa *Hymni*, vel *Symboli* verba, ad quæ inclinat Chorus. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. cit.*

Quando Celebrans ad *Prophetias*, *Tractum*, *&c.* ſedet, è ſede directè pergit ad cornu Epiſtolæ, ubi facta debita reverentia, proſequitur, quæ ſunt dicenda. *Beavv. in Cærem. Eccl. p. 2. cap. 13. §. 4. num. 8.*

Advertendum eſt, quod dùm Celebrans cum Miniſtris ſedet ad *Gloria in Excelſis*, & *Credo*, ſi elevetur Sanctiſſimum Sacramentum in Altari, quod ſit proximum, & in conſpectu ipſius Celebrantis, debent omnes aſſurgere, & detecto capite genuflectere, & adorare Sacramentum, donec Sacerdos depoſuerit Calicem, & ratio eſt, quia non ſunt impediti; quod ſi id contingat,

cum

cum è ſede ſua redeunt ad Altare, non ideò ſiſtent, ſed proſequentur ceptum iter. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 2. tit. 3. & tit. 14.*

Ubi etiam dicit, quod ſi adveniat proprius Epiſcopus, vel eo Superior, aut Princeps Magnus, debent omnes aſſurgere, & aperto capite, ſtare donec ipſe oraverit. *Id loc. cit. & Alcocer. tract. 2. p.* 100.

Circa finem *Hymni Angelici*, nimirum poſt ultimum, *Jeſu Chriſte*, Celebrans, & Miniſtri à Cæremoniario invitati cum debitis reverentiis, vel eo abſente à Thuriferario detectis priùs capitibus ſurgunt, tùm Sacri Miniſtri facta Celebranti inclinatione, unus poſt alium præcedente Cæremoniario, procedunt per planum Præsbyterii, ubi antè infimum gradum Miniſtri genuflectunt, Celebrans verò profundè inclinat, niſi adſit Sacramentum, deindè aſcendit ad medium Altaris, Miniſtris hìnc indè anteriores veſtes attollentibus; uſquè ad ſecundum gradum, ubi Diacono remanente, Subdiaconus deſcendit ad locum ſuum: Cæremoniarius genuflectit in medio poſt Celebrantem, Thuriferarius verò, & Ceroferarii hìnc indè. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 6. Gav. ut ſup. num. 6. & 14. & Beav. loc. ſupr. cit.*

Celebrans, & Miniſtri Sacri dum ſedent, non utuntur velo oblongo pro Subdiacono.

Si verò ſedendum non ſit, quod maximè decet Sacramento expoſito, Diaconus, & Subdiaconus toto tempore *Hymni Angelici*, ſtabunt apud Altare, non totalitèr pares cum Celebrante, ſed aliquantulum retrò incli-

inclinat Cruci, vel ſi adſit Sanctiſſimum Sacramentum intrà Tabernaculum, genuflectit, extremitatibus manuum ſuper Altari poſitis, ut facilius genuflectere, & ſurgere valeat.

Elevato deindè Thuribulo, ter incenſat Crucem in medio tantum æquali ductu, nihil dicens, itaut ad unumquemque ictum, tantillum quieſcat, ac tractim ducat Thuribulum, quod ad ſe trahens, ſub brachio leviter, ac competenti mora, reducet, modeſtè, quietè, ſinè ſtrepitu, ac ſinè properatione. *Cær. Ord. ut ſup.*

Advertat Celebrans, quod licet in Altari fuerit Tabernaculum cum Sanctiſſimo Sacramento, non illud tamen, ſed Crucem incenſat, (niſi ſit expoſitum.) *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 21. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 3. & Rubr. Miſſ. 4.*

Advertant præterea Diaconus, & Subdiaconus, quod cum Celebrans incenſat, inſerviunt hinc indè elevando eam partem planetæ, quæ eſt circa ejus brachia, ut non impediatur altera eorum manu pectori admota. *Gav. ut ſup. tit. 4. num. 7. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 1. ex Rubr.*

Incenſata Cruce, & facta eidem Cruci profunda reverentia, vel genuflexione Sanctiſſimo Sacramento, incenſat Altare, incipiens à latere Epiſtolæ, & faciem totam quaſi ad illud convertens, ter ducit Thuribulum verſus poſteriorem Altaris planitiem recta linea, & æquali diſtantia, prout Candelabra diſtribuuntur; eorum tamen ratio

non

non habetur, ſivè plura, ſeù pauciora fuerint, ad numerum incenſationum, etenim ipſa planities poſterior, ſeù Menſa Altaris incenſatur linea recta, non autem candelabra; ducit verò Thuribulum, & ſimul procedit, movendo pedem illum prius, qui eſt proprior Altari: totque paſſus omninò facit, quot Thuribuli tractus, niſi forſan Altàris longitudo eos aliter metiri cogat: manus enim cum pede, quantum fieri poteſt concordare debent in motu; ut inceſſu thurificationi ex æquo reſpondeat. *Beav. loc. cit.*

Cùm Celebrans pervenerit ad cornu Epiſtolæ, demiſſa manu, aliquantulum inclinatus thurificat partem illius inferiorem lateralem, tùm ſuperiorem, bis ducendo Thuribulum, ſemèl in parte inferiori, ac iterum ſemèl in ſuperiori: deindè converſùs ad Altare, & faciem ad medium vertens, elevat manum, & incenſat in ſuperiori parte planitiem anteriorem Altaris circa oram, tèr ducens Thuribulum velut in ſemicirculum, uſquè ad medium Altaris procedendo. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. num. 7.*

Perveniens ad medium, profundè inclinat ſe Cruci, vel genuflectit Sanctiſſimo Sacramento, ac poſteriorem Altaris partem thurificat à latere Evangelii tèr ducens Thuribulum, ut in cornu Epiſtolæ, tùm parum inclinans, incenſat ſemèl inferiorem, & ſemèl etiàm ſuperiorem planitiem lateralem ipſiùs cornu Evangelii; deindè ſtans, & elevans Thuribulum, nec ultrà progrediens, niſi longitudo Altaris cogat aliquantulum

procedere, incenſat planitiem anteriorem, ſeù menſam in cornu Evangelii, ducens Thuribulum quaſi in ſemicirculùm, ut ad cornu Epiſtolæ, niſi quòd in parte Epiſtolæ ducit Thuribulum à dextrà ad ſiniſtram, in cornu verò Evangelii ducendum eſt à ſiniſtra ad dexteram: nec ibi fit reverentia Cruci, nec genuflexio Sacramento, quià tùnc nunquàm accedit ad medium, ſed ſtatìm quaſi retrocedit ad cornu Evangelii, ubi manu aliquantulum demiſſa, incenſat partem Altaris anteriorem, ſeù frontem tèr ducens recta linea Thuribulum à cornu Evangelii, uſque ad medium Altaris, ad quod interim progreditur. *Beavvais, ut ſup.*

Perveniens ad medium profundè ſe inclinat Cruci, vel genuflectit Sacramento, & pariter incenſat triplici ductu alteram partem anteriorem, à medio uſque ad cornu Epiſtolæ, quo facto reddit utraque manu Thuribulum Diacono, qui ſupponendo manum ſuam, vel ambas dexteræ Celebrantis ipſam parumper, quaſi ſublevans oſculatur in parte exteriori, capit Thuribuli vas dextera, & ſiniſtra manubrium, illud etiam in ſummitate catenularum oſculando: tum aliquantulum retrocedens in cornu Epiſtolæ, Celebrantem ſtantem junctis manibus ante pectus, ſiniſtro brachio quaſi tangentem frontem Altaris, incenſat triplici ductu cum profunda inclinatione antè, & poſt cui Celebrans nec modicum quidem caput inclinat. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 7. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 3. & 4.*

Sub-

Subdiaconus autem ad incenſationem Celebrantis à Diacono, ſiſtit ſe à ſiniſtris Diaconi neque cum eo caput inclinat Celebranti. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. ſupr. cit.*

Cæremoniarius in incenſatione, amovet Miſſale de Altari, quandò opus eſt; vel Præsbyter aſſiſtens, ſi adſit, vel eis abſentibus, Thuriferarius hoc præſtat. *Gav. loc. cit.*

Dum Celebrans incenſatur à Diacono, Cæremoniarius ſtat à tergo Subdiaconi, & Thuriferarius poſt Diaconum; aliquantulum à ſiniſtris ejus: primus ut Celebrante incenſato, librum ſuper Altare reponat, ſi opus fuit illum amovere: alter verò ut Thuribulum de manu Diaconi accipiat.

Si autem abſint Cæremoniarius, & Præſbyter aſſiſtens, quando Celebrans thurificat cornu Epiſtolæ, liber de Altari removetur per Thuriferarium, qui eum reſtituit ſtatim; quod ſimili modo facit, quandò poſt incenſationem oblatorum incenſatur cornu Evangelii. *Gav. loc. cit. & Cær. Ord. ut ſup.*

Si in Altari fuerint Reliquiæ, ſeù imagines Sanctorum, (Statuæ ſcilicet, non figuræ in muro depictæ, vel circa Tabernaculum ſculptæ,) incenſata Cruce, & facta illi profunda reverentia, vel genuflexione Sanctiſſimo Sacramento, antequam diſcedat à medio Altaris, primùm incenſat eas, quæ à dextris ſunt, ideſt à parte Evangelii propè Crucem, bis ducens Thuribulum, quamvis plures, vel pauciores fuerint Reliquiæ, aùt imagines, nec illis inclinabit ſe ullo modo ante, vel poſt incenſationem, ſed facta iterùm

tùm profunda inclinatione Cruci, vel Sacramento genuflexione ſimilitèr incenſabit bis aliàs, quæ ſunt à ſiniſtris, ſcilicèt à latere Epiſtolæ: ac tandem procedet abſquè nova inclinatione, vel genuflexione, ad incenſationem Altaris, ut ſuprà. De Reliquiarum, ſeù Imaginum incenſatione. *Vide Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 5. num. 1. & cap. 27. num. 12. & Rubr. Miſſal. 4. num. 5.*

Si in Altari fuerit Tabernaculum cùm Sanctiſſimo Sacramento, Celebrans accepto Thuribulo, antequàm incipiat incenſationem genuflexionem facit, ut dictum eſt ſuprà, quòd item facit, quotieſcunque tranſit antè medium Altaris. *Rub. Miſſal. 4. num. 6.* ſed id tantùm intelligendum eſt de ſolo tranſitu in ipſo thurificationis actu, non autèm de quovis alio tranſitu tempore Miſſæ. *Beaų. ut ſup. p. 2. cap. 13. §. 4. num. 5.*

Diaconus, & Subdiaconus, hinc indè, aſſiſtunt Celebranti cùm incenſat, & cùm tranſeunt antè Crucem, ſempèr genuflectunt. *Rubr. Miſſal. 4. num. 7. ut ſup.*

Thuriferarius, accepto Thuribulo à Diacono, redit in Sacriſtiam, qui propterea non habet locum ſtabilem in Præsbyterio. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 4. num. 5. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. num. 7.*

Prælato præſente in habitu, ſaltem cùm cappa, Thus imponit, & benedicit, & thurificatur triplici ductu poſt Celebrantem; Celebrans verò duplici. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. num. 5. & p. 4. cap. 7. num. 11. & Cær. Episc. lib. 1. 23. &c.*

De

De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in Excelſis in Miſſa Solemni. Cap. VII.

FActa incenſatione Altaris, & Celebrantis, ipſe Celebrans ſtans in cornu Epiſtolæ, Diacono à dextris ejus, & Subdiacono à dextris Diaconi ſtantibus, ſe ſignans, ſolùs legit ſubmiſſa voce *Introitum*, & non Miniſtri Sacri. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 8. & Rub. Miſſal. 4. num. 7.* Attamen Miniſtri Sacri advertant, quòd debent ſe ſignare una cùm Celebrante ad *Introitum.* (*Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 5. & Gav. ut ſup. tit. 3. num. 8.*) & ſimilitèr cùm illo ſe inclinare, ad *Gloria Patri, &c.* advertendo, quòd inclinare ſe debent in Altari, quotiès inclinat ſe Celebrans, dicens aliquid voce non ſecreta. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 25.*

2 Dicto introito, ibidem Celebrans alternatìm cùm Miniſtris dicit: *Kyrie eleiſon, Boliaſc. p. 3. cap. 17.* Nec indè recedunt donèc procedendum ſit ad medium, niſi Celebrans velit ſedere: in quo caſu, dicto ultimo *Kyrie*, ipſe, & Sacri Miniſtri ſimùl ibi versùs Crucem, Celebrans profundè ſe inclinat, vel genuflexionem facit Sanctiſſimo Sacramento, ſi adſit, Miniſtri verò genuflexionem faciunt, etiàm ſi adſit ſola Crux, quod negat; *Bauldr. p. 3. cap. 11. art. 5.* dicens quod non genuflectunt, niſi recedant à medio, cùm procedunt per breviorem viam ab eodem latere Epiſtolæ, unus poſt alium ad

ad ſedem paratam, ſedentes ritu, quo infrà dicetur: & cùm dicitur in Choro ultimum *Kyrie*, Celebrans procedit per planum Capellæ ad medium Altaris cùm Miniſtris unus poſt alium, & facta à Celebrante profunda inclinatione, vel genuflexione Sacramento, & à Miniſtris ſemper genuflexione, aſcendunt quiſque ad locum ſuum, uno remanente poſt alium. *Cær. Ord. min. p. 2. cap. 6. num. 2. & Rubr. Miſſal. 17. num. 6. Beavv. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 13.*

Statim ut finitum eſt in Choro ultimum *Kyrie*, Celebrans incipit Gloria in excelſis, diſiungens, & antè pectus extendens manus ad verbum *Gloria*, tùm eas elevat uſq; ad humerorum altitudinem, dicens, *in excelſis*; & cùm dicit *Deo*, manus jungit, & caput inclinat. *Bauld. p. 3. cap. 11. art. 5. ex Rub. Miſſal. 4. num. 3.*

Dùm Celebrans dicit *Deo*, Diaconus, & Subdiaconus caput inclinant. Tùm facta genuflexione, Diacono paulíſpèr Subdiaconum expectante, (quòd ſempèr faciunt; dùm aſcendunt ad Altare,) aſcendunt hinc indè, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris, & cùm Celebrante hymnum ſubmiſſa voce proſequuntur, ita tamen, ut Celebrans paulò altiùs recitet quàm Miniſtri (quòd ſempèr facere debent in ſimili caſu,) cùm eo ſe inclinantes, & ſe ſignantes in fine, & cùm dicunt, *Amen*, cùm eodem jungunt manus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 3. & 4. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 4. n. 11. ac Bauld. loc. cit.*

Si

Quando Diaconus,& Subdiaconus aſcendunt ad Altare, faciunt priùs genuflexionem in medio, vel in eodem loco, undè diſcedunt, ſed non debent aliam iterum facere ad Altare, & vice verſa, quando diſcedunt ab Altari genuflectunt, ſed nullam aliam faciant genuflexionem reverſi ad loca ſua. *Cær. Ord. Min. loc. cit. & Gav. ut ſup. num.* 10. niſi aliter in ſuis locis notetur.

Si Hymno dicto, Celebrans velit ſedere, (quod decet Sanctiſſimo Sacramento non expoſito) facta debita reverentia, & à Miniſtris ſemper genuflexionem per breviorem viam, ideſt per latus Epiſtolæ, unus poſt alium, præcedente Subdiacono, procedunt ad ſedem præparatam, ſeu ſcamnum oblongum; ubi Celebrans ſedet medius inter Diaconum, & Subdiaconum, qui poſteriorem planetæ illius partem elevant, tum etiam poſteriorem Dalmaticæ, & Thunicellæ partem ſibi elevant, niſi illis elevent Ceroferarii; ſedebunt autem Celebrans, & Miniſtri Sacri capite cooperto, quod tamen aperiunt ad verba *Hymni*, ad quæ inclinandum notatur in *Rubr.* 4. *Miſſal. num.* 3. dum cantatur à Choro. *Cær. Ord. ut ſup. num.* 2. *& Gav. loc. cit. num.* 12.

Et ſic ſedentes Celebrans, & Miniſtri manus ſuper genua hìnc indè expãſas aliquantulum à ſe diſtantes, vel inſertis inter ſe digitis habebunt. *Beauvais, ut ſup.*

Thuriferarii verò, & Ceroferarii ſedebunt in aliquo ſcamno humiliori, vel ſuper gradus Altaris, (quod magis congruit) facie

cie ad Celebrantem converſa, & manibus decentèr compoſitis. *Beavv. Cærem. Ord. Min. loc. cit.*

In ſedendo hunc ſervant ordinem, Celebrans primus ſedet, deindè Sacri Miniſtri, poſt factam Celebranti capitis inclinationem, poſteà Thuriferarius, vel Thuriferarii in medio, & Ceroferarii hìnc indè, cum debitis reverentiis, & ultimò ſedet Cæremoniarius, ſi adſit; & è contra primi ſurgunt Miniſtri inferiores, tum Sacri Miniſtri, ultimò Celebrans.

Attendant verò, dùm pergunt ad ſedem ne ſint in via, cum in Choro cantatur verſus *Adoramus te*, vel quid ſimile, ad quòd eſſet inclinandum. *Beavv. loc. mox. cit.*

Omnes Miniſtri Altaris, ſivè ſtent, ſivè ſedeant, inclinare debent, capite detecto, ad illa *Hymni*, vel *Symboli* verba, ad quæ inclinat Chorus. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. cit.*

Quando Celebrans ad *Prophetias*, *Tractum*, *&c.* ſedet, è ſede directè pergit ad cornu Epiſtolæ, ubi facta debita reverentia, proſequitur, quæ ſunt dicenda. *Beavv. in Cærem. Eccl. p. 2. cap. 13. §. 4. num. 8.*

Advertendum eſt, quod dùm Celebrans cum Miniſtris ſedet ad *Gloria in Excelſis*, & *Credo*, ſi elevetur Sanctiſſimum Sacramentum in Altari, quod ſit proximum, & in conſpectu ipſius Celebrantis, debent omnes aſſurgere, & detecto capite genuflectere, & adorare Sacramentum, donec Sacerdos depoſuerit Calicem, & ratio eſt, quia non ſunt impediti; quod ſi id contingat,

cum

cum è ſede ſua redeunt ad Altare, non ideò ſiſtent, ſed proſequentur ceptum iter. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 2. tit. 3. & tit.* 14.

Ubi etiam dicit, quod ſi adveniat proprius Epiſcopus, vel eo Superior, aut Princeps Magnus, debent omnes aſſurgere, & aperto capite, ſtare donec ipſe oraverit. *Id loc. cit. & Alcocer. tract. 2. p.* 100.

Circa finem *Hymni Angelici*, nimirum poſt ultimum, *Jeſu Chriſte*, Celebrans, & Miniſtri à Cæremoniario invitati cum debitis reverentiis, vel eo abſente à Thuriferario detectis priùs capitibus ſurgunt, tùm Sacri Miniſtri facta Celebranti inclinatione, unus poſt alium præcedente Cæremoniario, procedunt per planum Præsbyterii ubi antè infimum gradum Miniſtri genuflectunt, Celebrans verò profundè inclinat, niſi adſit Sacramentum, deindè aſcendit ad medium Altaris, Miniſtris hinc indè anteriores veſtes attollentibus; uſquè ad ſecundum gradum, ubi Diacono remanente, Subdiaconus deſcendit ad locum ſuum: Cæremoniarius genuflectit in medio poſt Celebrantem, Thuriferarius verò, & Ceroferarii hinc indè. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 6. *Gav. ut ſup. num.* 6. *&* 14. *& Beav. loc. ſupr. cit.*

Celebrans, & Miniſtri Sacri dum ſedent, non utuntur velo oblongo pro Subdiacono.

Si verò ſedendum non ſit, quod maximè decet Sacramento expoſito, Diaconus, & Subdiaconus toto tempore *Hymni Angelici*, ſtabunt apud Altare, non totalitèr pares cum Celebrante, ſed aliquantulum retrò incli-

nantes ſe quandò opus erit, & circa finem *Hymni*, ibidem facta ab ipſis Miniſtris genuflexione, deſcendent ad loca ſua, ubi unus ſtabit poſt alium. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 6. num. 5. Gav. p. 2. tit. 4. & Beav. ut ſup.*

De Oratione Epiſtola, & aliis, uſque ad Evangelium. Cap. VIII.

HYmno *Angelico* à Choro decantato, Celebrans oſculatur Altare in medio, & manibus junctis; ad populum ſe convertens dicit extendens, elevans, & iterum jungens manus *Dominus vobiſcum*, Miniſtris Sacris poſt illum ſtantibus, non tamen propterea caput inclinantibus, quo dicto, omnes procedunt unus poſt alium ſinè genuflexione ad cornu Epiſtolæ, ubi Celebrans, dicens, *Oremus*; extendit, & jungit manus, caput Cruci inclinans, inclinantibus quoque, & Miniſtris Sacris. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. n. 25. & Bauldr. p. 3. cap. 11. art. 5.*

Cum verò orationes cantat, manus ipſas extenſas, elevatas, ac rectas ante pectus tenet, ità ut palma unius reſpiciat Alteram, & digitis ſimul junctis, quorum ſummitas humerorum altitudinem non excedat, ſic eas tenens uſque ad concluſionem orationis. *Rubr. Miſſal. 5. num. 1.*

Si ad orationes præmittatur. *Flectamus genua* Celebrans non genuflectit, niſi fortè defectum miniſtrorum ipſe cantet ea verba. *Rubr. Miſſal. 17. num. 3.*

Circa initium primæ, vel ultimæ orationis,

nis, Cæremoniarius, ſeù eo deficiente, Thuriferarius, accipit de Credentia librum Epiſtolarum, quem ambabus manibus elevatum tenens, tradit Subdiacono, qui eum ambabus manibus accipit, verſa ſibi facie ad invicem cum mutuis reverentiis. *Beavv. loc. ſupr. cit. num.* 12.

Tum ipſe Subdiaconus, circa finem ultimæ orationis, ducente Cæremoniario, & eo abſente Thuriferario, prius facta genuflexione ſuper infimum gradum, eo tempore quo verba *Jeſum Chriſtum*, dicuntur à Celebrante in clauſula orationis, ſi commodè fieri poterit, accedet ad locum prò Epiſtola deſignatum, librum antè pectus elevatum deferens, ubi cum pervenerit, tenens ſibi ipſi librum utraque manu, cantat Epiſtolam, alta & ſonora voce Miniſtro ſupradicto à ſiniſtris ejus aliquantulum poſt eum ſtante, qui vertit folia, quando opus eſt. *Bauldr. loc. cit. & Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 7.

Cum Celebrans incipit Epiſtolam, quam ſubmiſſa voce legit, accedit Diaconus ad dexteram illius ſinè genuflexione, ubi ſtat in ſecundò gradu, ſi commodè poteſt, manibus modeſtè pectori appoſitis, vertens folia, quando opus eſt, & in fine Epiſtolæ reſpondet Celebranti: *Deo gratias. Cær. Ord. loc. cit.*

Deindè ibidem remanebit aſſiſtens Celebranti, dum dicit *Graduale Tractum, Alleluja, &c.* neque diſcedet, donec redierit Subdiaconus. *Beav. ut ſup. num.* 13.

Cantata Epiſtola, Subdiaconus claudit librum, quem ut prius portat, & accedit

cum Miniſtro à ſiniſtris ſuis ad medium Altaris, ubi genuflectit ſurgit, & duce eodem Miniſtro ad Celebrantem, accedit in cornu Epiſtolæ, ubi genuflectens ſuper altiorem gradum, vel alium commodiorem, & partem ſuperiorem libri deflectens, manũ illius dexteram, ſuper libro poſitam reverentèr oſculatur, & ab eo benedicitur, manu ſiniſtra ſuper Altare retenta; Diaconus verò tunc retrocedit paululum ſuper eundem gradum, & Subdiacono genuflectente, locum cedat. *Cær. Ord. Min. ut ſup. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num. 9. Rubr. Miſſ. 3. num. 5. & 6. num. 4.*

Quando adeſt Præsbyter aſſiſtens, ipſe loco Diaconi aſſiſtet Celebranti, qui tùnc ſtabit retrò Celebrantem in ſecundo gradu. *Cær. Ord. p. 2. cap.* 11.

Subdiaconus, accepta benedictione, & oſculata manu Celebrantis, reddet librum Miniſtro comiti, & accipiet Miſſale Celebrantis, quod deferet clauſum antè pectus elevatum ad latus Evangelii, ea parte, quà aperitur ad ſiniſtrum ſuum latus converſa; tranſiens verò antè medium Altaris genuflectet, retrò Diaconum, & Miſſale: ità locabit apertum in cornu Evangelii, ut medium libri reſpondeat angulo ipſius Altaris, & pars inferior Altare tangat. Superior verò pulvino adhereat; deindè ſtans ad ſiniſtram Celebrantis, miniſtrabit, folia vertet, & genuflectet cum eo, quando opus erit. *Brav. loc. cit.*

Lecto à Celebrante Evangelio, Subdiaconus

conus reſpondebit *Laus tibi Chriſte. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num.* 1.

Tùm deferet librum cum cuſſino, circà medium Altaris propè Corporale, & facta ibidem genuflexione, deſcendet in planum; ubi ſtabit directè poſt Celebrantem, donec progrediatur cùm Diacono ad locum Evangelii. *Beavv. ut ſup.*

Interim Celebrans, data benedictione Subdiacono, procedit ad medium Altaris, ac ibidem profundè inclinatus, dicit: *Munda cor meum, & Jube domne, ut in Rub. Miſſ. 6. num. 2.*

Hinc accedit ad cornu Evangelii, ubi legit Evangelium manibus junctis, librum, & ſeipſum in principio ſignando, ſed in fine eum non oſculatur, nec dicit: *Per Evangelica dicta, & Cær. Ord. Min. ut ſup. & Rub. Miſſ.*

Cùm verò Celebrans, data benedictione Subdiacono, ad locum Evangelii tranſibit, Diaconus eundem ſequetur, uſquè ad medium Altaris, ubi facta genuflexione, accedens via breviori ad Credentiam, accipiet de manu Cæremoniarii, ſeù Thuriferarii, ſi abſit Cæremoniarius, librum Evangeliorum clauſum, tenens ambabus manibus erectum antè pectus, ea parte qua liber aperitur, ad ſiniſtram ſuam converſa, & procedit ſolus per planum Præsbyterii ad medium Altaris, ubi genuflectet ſupèr infimum gradum, deindè aſcendens ad Altare, ipſum librum collocabit ſupèr illud prorſus in medio, ubi Calix collocatur, itaut pars eadem, qua liber aperitur reſpiciat latus Evangelii. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. n. 10. &*

Cær.

Cær. Ord. loc. cit. n. 5 Bord. to. 3. p. 2. reſol. 64. n. 6.

Si Corporale explicatum ſit in medio, collocabit illum juxtà Corporale à parte Epiſtolæ; tùm genuflectens ibidem Celebranti, legenti Evangelium aſſiſtet, propè eum ſtans quaſi medium inter illum, & Subdiaconum. *Cær. Ord. Min. ut ſup. cap.* 10. *num.* 14.

Celebrans lecto Evangelio, illud non oſculatur, & ibidem remanet intèr cornu Evangelii, & medium Altaris, & non in medio, Diaconus verò, & Subdiaconus ſtant hinc indè quaſi pares, vel unus poſt alium, niſi dicatur Sequentia, quia tùnc ſedetur. *Bauldr. p.* 1. *cap.* 12. *art.* 1. *& p.* 3. *cap.* 11. *art.* 5.

Notandum eſt, quod Celebrans non debet interrumpere Evangelium, quod legit, ut ea præſtet, quę circa Diaconum ſunt peragenda, ſed expectet finem. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. *& Gav. loc. ſup. cit.*

Etiam eſt notandum, quòd Celebrans in Miſſa ſolemni genuflectit unico genu ad omnia, & ſolùm ad prima verba verſum, ut in Miſſa privata, ſed dùm cantantur in Choro versùs; *Veni Sancte Spiritus. Adjuva nos Deus*, & ſimil. & apud nos ℣. *Veni Regina noſtra, &c.* Celebrans (dicto à ſe Evangelio) cum Miniſtris, gennflectit ſupèr ſupremum gradum uſquè ad finem. *Bauldr. p.* 4. *cap.* 4. *Gav. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 17.

Celebrans poſt ab eo lectum Evangelium, circà finem versùs *Alleluja tractus*, vel *Sequentia*, miniſtrante Diacono Naviculam, & Thuriferario Thuribulum, imponit, & benedicit incenſum eo modo, quo ſuprà dictum

tum eſt in principio Miſſæ: deindè Diaconus, reddita Thuriferario Navicula, genuflexus antè medium Altaris ſuper primo Altaris gradu altiori, junctis manibus, & capite inclinato, dicit; *Munda cor meum*: quo dicto ſurgit, & ambabus manibus, accipit reverenter librum Evangeliorum de Altari: & iterùm genuflexus in medio ipſius gradus versùs Celebrantem, ſtantem propè medium Altaris, quaſi à latere Evangelii, non omninò tamen converſus ad Diaconum, petit benedictionem dicens, *Jube domne benedicere*, cui Celebrans manibus junctis, & demiſſa voce ſubjungit, *Dominus ſit in corde tuo*, &c. & cum dicit *In nomine Patris*, *&c.* in fine ipſe ſubdens *Amen*, benedicit eum dextera, ſiniſtra infrà pectus poſita, eandemque manum dexteram poſteà ſupèr librum poſitam, quem Diaconus aliquantulum elevat, & deflectit versùs eum, tradit in parte exteriori oſculandum. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 2. 3. & 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num. 10. & 11. Bauldr. & Bordon. loc. ſup. cit.*

Cum Diaconus petit benedictionem genuflexus, reliqui Miniſtri ſtant, (niſi coràm Epiſcopo celebretur) quià eo caſu omnes Miniſtri genuflectunt. *Gav. loc. cit. n. 12.*

Dùm Celebrans benedicit Diaconum, vel paulò tardiùs, Ceroferarii ſumunt de Credentia ſua candelabra, & præcedente Thuriferario cum Thuribulo, & Navicula, per planum procedunt ad Altare, & Diaconus accepta benedictione ſurgit, & ſtatim

tim

tìm deſcendit in planum, ubi cùm Subdiacono à ſiniſtris ejus, & Cæremoniarius à ſiniſtris Subdiaconi, Thuriferario verò à tergo Diaconi medio intèr Ceroferarios, omnes genufle&tunt, ità ut Ceroferarii unicam faciant genuflexionem, ſimul cum Diacono, ſcilicet cum accedunt ad Altare; tum ſurgunt, & procedunt ad locum, in quo ſolet Evangelium cantari, ſcilicet paulò infra gradus Altaris intrà Præsbyterium, verſus aquilonem inter Altare, & Populum, quod idem eſt, ac contra Altare verſus Populum, ità ut Diaconus, nequè totus ſit contrà Altare, neque totus verſus Populum, ſed inter utrumquè faciem ſuam ſiſtat. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 5. *& p.* 4. *cap.* 7. *num.* 10. *Gav. loc. cit. num.* 11. *Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 8. *& Bol. p.* 3. *cap.* 17. *pag.* 365.

Procedunt autem ad locum hoc ordine, præcedit Cæremoniarius, ſequitur Thuriferarius, tum Ceroferarii, deindè Diaconus portans ambabus manibus librum clauſum, antè pectus erectum, habens à ſiniſtris Subdiaconum manibus junctis, niſi ob anguſtiam loci Subdiaconus præcedere cogatur, quod etiam præſtare debent Ceroferari, ſi opus ſit. *Beavv. loc. ſup. cit. n.* 16. *& Bauldr.*

Tùm Diaconus librum tradit Subdiacono, quem ipſe ambabus manibus elevatum, ſuſtinet antè pectus, & oculos ſuos, ità ut Diaconus in eo legere commodè poſſit, & oculi ipſius Subdiaconi à libro impediantur, nè tecta videant Diaconum. *Beav. n.* 17.

Ceroferarii ſtant hinc indè à lateribus Sub-

Subdiaconi, primus à latere dextrò vertentes, ſicut idem Subdiaconus, renes ad eam partem, quæ pro Aquilone figuratur. *Ibid.*

Thuriferarius, ſtat poſt Diaconum à dextris, ſi Thuribulum ei immediatè traditurus eſt, alioquin à ſiniſtris: ſi verò illud tradat Cæremoniarius, ſtat ſimiliter poſt Diaconum à dextris ejus, qui eſt ſi illud non tradat nihilominus, ſtat à dextris, vel à ſiniſtris, aut poſt Diaconum. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num.* 15.

Si verò cantetur Evangelium ſuper Legile ornatum, Subdiaconus ſtat poſt ipſum: manibus hìnc indè librum tangens, ità ut non eos ſuperponat Pulpito. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 6. Beavv. ut ſup. num.* 18. *& Boliaſc. loc. cit.*

De Evangelio, & aliis, uſque ad Offertorium. Cap. IX.

FInito cantu in Choro, Diaconus junctis manibus antè pectus, ſtans verſa facie ad Subdiaconum, incipit Evangelium, dicens *Dominus vobiſcum*, & dum dicit *Sequentia*, vel *Initium Sancti Evangelii*, ſignat librum in principio Evangelii pollice dextro, reliqua manu extenſa, digitis ſimul junctis, & extenſis, ſiniſtra ſuper librum poſita, deindè ſeipſum etiam ſignat in fronte, ore, & pectore, ſiniſtra infrà pectus poſita. *Rub. Miſſ. 6. num.* 5.

Advertat autem Diaconus, ut non ſignet os ſuum, dum verba profert, ſignat verò tàm librum, quàm ſe nō ungue pollicis, ſed pulpa.

Tonel.

Digitized by Google

Tonel. p. 2. lib. 2. tit. 6. & Bauldr. p. 3. cap. 11. art. 6.

Celebrans ſimiliter, & omnes alii ſe ſignant eodem modo, & eodem tempore *Dur. lib. 4. cap. 24. num. 28. ex Rubr. Miſſ. 6. num. 2. &* 5. exceptis Ceroferariis, Thuriferariis, & Subdiacono, cùm ſint occupati. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 7. & Rubr. Miſſ.*

Diacono dicente *Sequentia, &c.* Thuriferarius claudit Thuribulum, & tenens manubrium dextera, vaſculum verò per catenulas ſiniſtra, firmat ſe à dextris ejus, eique Thuribulum porrigit, ut librum incenſet; Diaconus autem illud recipiens, dum Chorus reſpondebit; *Gloria tibi Domine*, librum incenſabit tribus ductibus, primò in medio, tum à dextris libri, poſteà à ſiniſtris ejuſdem. *Rubr. Miſſ. 6. num.* 5.

Facietque mediocrem inclinationem ob reverentiam Sacri textus antè, & poſt incenſationem, quam ità diſpenſabit, ut ſtatim atquè reſponderit Chorus, nulla mora interpoſita, niſi ad brevem reſpirationem, cantet Evangelium: quod proſequetur junctis manibus. *Beav. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 16.

Incenſato libro, Diaconus reddit Thuribulum Miniſtro, qui poſt eum recedit, ſtans uſque ad finem Evangelii à dextris Cæremoniarii (ſi adſit,) ibidem agitans leviter Thuribulum catenula operculi aliquantulum elevata, & inclinat ſe, ac genuflectit, cum opus eſt. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 2. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num.* 14.

Cele-

Celebrans, data benedictione Diacono, ſtatim facta Cruci profundè reverentia, & Sacramento expoſito genuflexione, retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, & dùm Diaconus incipit *Dominus vobiſcum*, vertit ſe ad eum, reſpiciens cornu Evangelii, & ſic ſtat junctis manibus donec abſolvatur Evangelium, & cum Diaconus dicit *Sequentia, &c.* ſignat ſe: & cum nominatur nomen *Jeſus*, caput inclinat versùs Altare. *Rubr. Miſſal. 6. n. 5. &* *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 11. num. 2.*

Si genuflectendum: vel inclinandum ſit, dùm cantatur Evangelium, ſolus Diaconus versùs librum, alii versùs Altare, prout Celebrans genuflectunt, & inclinant exceptis Ceroferariis, & Subdiacono. *Rubr. Miſſ. 17. num. 4.*

Quandò Sanctiſſimum Sacramentum eſt patenter expoſitum, Diaconus genuflectens eo caſu convertet ſe aliquantulum ad Sacramentum. *Beavvais loc. ſupr. cit.*

Evangelio decantato, ſtatim Subdiaconus nulla facta prorſus reverentia, nec Celebranti, neque Altari etiam Sanctiſſimo Sacramento expoſito, ſolus modeſtè ad oculos portat librum apertum in folio, ubi eſt principium Evangelii cantati, & illum offert oſculandum Celebranti, idem principium digito illi indicans, ſi commodè poteſt: qui ambabus manibus hinc indè illum accipit, & parum inclinatus, oſculatur principium Evangelii,) ſed non ſignabit, dicens. *Per Evangelica dicta, &c.* *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 8. & Gav. in Epit.*

Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. num. 16. ex Rub. Miſſ.

Subdiaconus ſtatim clauſo libro, & paululum retrahens ſe, Celebranti ſe inclinat profundè: deindè genuflectit Altari: tum deſcendit in planum, & tradit librum Cæremoniario, vel Acolytho, vel defert ad Credentiam, ſi iſti fuerint impediti. *Gær. Ord. & Gav. loc. cit.*

Depoſito libro, redibit in planum antè medium Altaris, via longiori, ubi ſtabit poſt Diaconum, donec à Celebrante inchoetur *Symbolum*, vel dicatur *Dominus vobiſcum*. *Ibid.*

Ceroferarii, ſtatim finito Evangelio, præcedentes Diaconum, facta genuflexione Altari; ſine mora redeunt ad Credentiam, ibiquè deponunt Candelabra, deindè redeunt in planum antè Altare, ſtantes, genuflectentes, &c. proùt Celebrans. *Bauldr. loc. cit.*

Thuriferarius verò, medius inter Ceroferarios, genuflectit in medio Altaris retrò Diaconum, & confeſtìm Thuribulum tradit Diacono à dextris ejus, & ſtat in plano poſt eum, quando incenſat Celebrantem: deindè cum debitis reverentiis, recepto Thuribulo, genuflectit, & illud congruo loco reponit, ac ſtatìm petit locum ſuum. *Beavv. ut ſup. cap. 13. §. 5. num. 5.*

Diaconus, finito Evangelio, non inclinat ſe verſus librum, ſed digito indicat Subdiacono initium Evangelii cantati; cui quidem Subdiacono redit locum, ut inter ipſum, & Altare, tranſiens, deferat librum Celebranti oſculandum, & continuò, præcedentibus

aliis

aliis Miniſtris, accedit per planum antè medium Altaris, ubi facta cum illis genuflexione, ſtat, habens poſt ſe Thuriferarium, à quo recipit Thuribulum à dextris; ac ſtatim, ut Celebrans oſculatus eſt librum, ſtans in eodem plano, & non ſuper gradum, thurificat Celebrantem triplici ductu cum profunda inclinatione antè, & poſt. *Bavvais loc. cit. n. 6. ex Rub. Miſſ.*

Si autem Celebrans ſit coram Prælato in ſua Reſidentia, tunc liber defertur ad Prælatum, & ille incenſatur triplici ductu, Celebrans verò minimè. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23. *& Rub. Miſſ. 6. n. 5.*

Diaconus, reddito thuribulo Thuriferario, aſcendit ad ſecundum Altaris gradum, ubi ſtat poſt Celebrantem. *Rub. Miſſ. loc. cit.*

Celebrans verò, poſtquam incenſatus fuerit, procedit ad medium Altaris, ubi ſi dicendum ſit *Symbolum*, incipit, ſtantibus poſt eum Diacono, & Subdiacono manibus junctis. *Rub. Miſſ. cit. ſup.*

Notandum eſt, quod quandò publicandi ſunt dies feſti, jejunia, matrimonia, & alia hujuſmodi, publicari debent immediatè poſt Evangelium; non poſt offertorium; Idem ſervatur, quando habenda eſt Concio, vel explicatio Evangelii, &c. *Rub. Miſſ. 6. n. 6. Cær. Ord. min. p. 2. cap. 7. n.* 10. ubi dicit, quod ſi Celebrans voluerit concionari, ſedeat ſuper ſcamno nudo, in cornu Evangelii, capite detecto, aut ſine caſula in pulpito. *Vide etiam Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. n.* 19. ſed dicit capite tecto.

Si

Si facienda ſit *Oblatio* à populo; fiat ſtatim poſt dictum à Celebrante *Offertorium*, non verò poſt oblationem Hoſtiæ, & Calicis, & Crux, aliqua Imago ſacra dari poteſt oſculanda, & more multarum Eccleſiarum. *Bauldr. p. 3. cap. 11. art. 7. & Pollac. Cærem. 3. num. 17.*

Quandò verò habetur ſermo in laudem alicujus magni viri defuncti, vel pro expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, gratiarum actione, publicatione Jubilæi, Pacis, & ſimilium, habeatur, finita Miſſa, poſtquam Celebrans depoſita Planeta Pluviali indutus eſt. *Tonel. in Sacr. Ench. lib. 2. tit. 6. & Bauld. p. 1. cap. 10.*

Deindè Celebrans, ſi dicendum ſit, incipit Symbolum, & dum dicit *Credo*, extendit, & elevat manus, dicens *in Unum*, jungit eas ante pectus, dicens deniquè *Deum*, caput Cruci inclinat, & omnes Miniſtri cum eo; tum, & non prius, Diaconus, & Subdiaconus poſt eum ſtantes, genuflectunt, & eo ritu, quo ad *Hymnum Angelicum*, accedunt ad latera ipſius Celebrantis, ubi cum eo Symbolum proſequuntur manibus junctis: & cum dicunt; *Et Incarnatus eſt*, &c. genuflectunt unico genu, Celebrans hinc indè ad Altare manibus ſe ſuſtentans, Miniſtri verò manibus junctis antè pectus, & cum dicunt: *Et Homo factus eſt*, caput etiam inclinant; deindè ſe erigunt, & cum dicunt; *Simul adoratur* caput inclinant, eum verò dicunt. *Et vitam venturi ſæculi*, ſe ſignant, & dicentes *Amen*, jungunt manus. *Bauld. p. 3. cap.*

7.tit.6.cap. 11. *art.6.&* *Beav.loc.ſup.cit.num.7.*

Finito Symbolo, ſi non ſit ſedendum, ibi ſtant Miniſtri ſacri quaſi pares, ut ad *Gloria in Excelſis*, & dùm dicitur in Choro *deſcendit de Cœlis*, cum Celebrante deſcendunt ſuper ſecundum gradum Altaris, ubi ſimul in ſuperiori gradu genuflectunt, aptantes poſteriorem partem planetæ ſuper pedes Celebrantis, quem, ſurgendo, adjuvant manentes genuflexi, uſque ad, *Et Homo factus eſt*, incluſivè. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 17. *num.* 3. *& p.* 2. *tit.* 6. *& Beavvais, ut ſup. n.*8.

Si ſtatim, dicto Symbolo, Celebrans velit ſedere, eo abſoluto, procedit ad ſedem cum Miniſtris eo modo, quo ad Hymnum Angelicum dictum eſt; & quando cantatur in Choro: *Et Incarnatus eſt*, *&c.* caput tantum, profundè inclinat apertum cum Miniſtris ſacris; ſi non ſedet, genuflectit, ut ſupra. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. *Gav. loc.cit. & Rubr. Miſſal. cit.*

Sed eſt advertendum, quod Miniſtri inferiores, ad prædicta verba ſemper genuflectunt. *Cær. Ord. Min. p. cit. cap.* 3. *num.* 8. *& Gav. ut ſup. tit.* 4. *num.* 6.

In tribus verò Miſſis *Nativitatis Domini*, & in die *Annuntiationis B. M. V.* quandò cantatur à Choro, *Et Incarnatus eſt*, *&c.* tunc Celebrans quamvis ſedeat, ſemper genuflectit cum Miniſtris capite detecto, & manibus junctis, uſquè ad finem, propè ſedem, vel ſuper infimum gradum Altaris, ſi via ſit brevis. *Pollac. p.* 2. *in Aph. Cær.* 6. *pag.* 149. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 17. *Boliaſcus. p.* 3. *cap.* 17. *pag.* 362. *ex Rub.*

Dia-

Digitized by Google

Diaconus, cantato verſiculo: *Et Incarnatus eſt*; ſi ſedeat, inclinat ſe Celebranti mediocritèr, vel profundè ſecundum qualitatem ejus, & via breviori accedit ad Credentiam, ubi à Cæremoniario, vel alio Miniſtro, Burſam corporalium ſibi porrectam accipit, quàm ambabus manibus, uſquè ad oculos elevatam, & quaſi jacentem, parte aperta ad ſe converſa, ſolus, via longiori, per planum, gravi inceſſu, & modeſto, defert ad Altare, Celebranti, ſi antè illum tranſeat, ſe inclinans; factaque in plano ſuper infimum gradum genuflexione, aſcendit ad medium Altaris, ubi extrahit Corporale de Burſa, illudque explicatum, ponit in medio Altaris, ità ut ora ipſius, in qua, forte eſt Crux acu picta fere tangat oram anteriorem Altaris, burſam verò erectam ſic collocat à latere Evangelii, ut neque impediat Altare, neq; è cereis, effluente cera, maculari poſſit, poſteà ibidem genuflectit, & ſtatim, per viam breviorem, ad Celebrantem, hoc eſt per latus Epiſtolæ; cui debitam reverentiam facit. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 9. Gav. in Epit. p. 2. tract. 1. tit. 6. num. 21. ex Rub. Miſſ. 6. n. 7.*

Interim Subdiaconus, & omnes alii Miniſtri ſtant nudo capite ſtatìm, ac Diaconus ſurrexit, qui dum redit de Altari, poſt debitam reverentiam factam Celebranti, aliquantulum ſe inclinat eidem Subdiacono, & hic viciſſim, tum omnes ſedent capite tecto. *Gav. loc. cit. & Beavv. ut ſup. num. 12.*

Si verò Celebrans non ſedeat, ſed ſtet ad

Alta-

Altare, Diaconus, cantato a Choro verſiculo; *Et incarnatus eſt*, *&c.* genuflectit, & via breviori accedit ad Credentiam, & deſert Burſam via longiori, ut ſupra, & in plano facta genuflexione ſupra infimũ gradum, aſcendit ad medium Altaris; ubi facit primò Cruci reverentiam, mox capitis inclinationem Celebranti, qui non reſpondebit ei: deindè Diaconus extrahit Corporale de burſa, & explicat, ut ſupra; ſed dum Diaconus accedit ad Altare cum burſa, Celebrans, & Subdiaconus aliquantulũ retrahunt ſe ad cornu Evangelii, medium Altaris rẽlinquentes ei; tum explicato corporali, & à Diacono facta genuflexione, ad loca ſua redeunt, & paritèr ibi remanent, ut priùs *Car. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 12. & p. 4. cap. 7. num. 9. & Gav. tract. 1. par. 2. tit. 6. n 21. & Beavvais ut ſup.*

Si Calix, & burſa ſunt ad Altare (quod non decet) ſtatim dicto in Choro; *Et incarnatus eſt*, *&c.* Diaconus ſi ibidem ſtet cum Celebrante, explicat Corporale (ſi jam à principio non ſit explicatum) abſque ulla genuflexione, &c. *Beavv. loc. cit. num.* 14.

Si verò ſedeat, & Calix ſuper Altare ſit, ſolus procedit ad Altare, genuflectens in medio infimi gradus, aſcendenſque ad Altare, Corporale explicat, & repoſito ſuper illud Calice velo tecto, facta genuflexione, redit ad Celebrantem, ut ſupra.

Quando non dicitur Symbolum, Subdiaconus deſert Burſam cum Calice, ut infrà dicetur, &c. R*ubr. Miſſ.*

K Circa

Circà finem Symboli, Celebrans, & Miniſtri, ſi ſedeant, ſurgunt, & ad Altare redeunt ritu, quo ſuprà ad Hymnũ Angelicũ.

Si verò ſtent ad Altare, genuflectunt, & deſcendunt ad gradus ſuos, ut unus ſtet poſt alium. *Beav. ut ſup. loc. cit.*

Si Celebrans non velit ſedere niſi poſt cantatum verſum: *Et incarnatus eſt, &c.* decet, ut paulò antequam dicatur *deſcendit de Cęlis*, deſcendat in planum, ibique genuflectat ſuper infimum gradũ, & cantato: *Et incarnatus eſt*, procedat ad ſedem. *Bauldr. p. 3. cap. 15. art. 6.*

De offertorio, & aliis uſque ad incenſationem oblatorum. Cap. X.

FInito Symbolo in Choro, vel ſi non ſit dicendum, incenſato Celebrante poſt Evangelium, ipſe oſculatur Altare in medio, & more ſolito cantat *Dominus vobiſcum*, ac ſtatim, ut reſponderit Chorus: *Et cum ſpiritu tuo*, cantat *Oremus*: tùm ſubmiſſa voce dicit *Offertorium*. *Rubr. Miſſ.*

Interim dicto *Oremus*, Diaconus, & Subdiaconus ſimul genuflectunt in ſuis locis, & Diaconus recedit ad dexteram Celebrantis, vel ſi opus eſt vertendi folia, accedit ad ſiniſtram ad librum, ſtatimque genuflectens, redit ad dexteram: Subdiaconus verò accedit ad Credentiam, ubi velum oblongum, adjuvante Turiferario, vel alio Miniſtro, circum humeros accipit, itaut pars dextera longius pendeat: tum parvum velum

lum à Calice amovet, quod relinquit ſuper Credentiam.

Deindè capit manu ſiniſtra Calicem cum purificatorio, patena, hoſtia, & palla, velo oblongo opertum parte longiori, manu dextera ſupra ipſum velum, & Calicem apposita, ne aliquid decidat, & ſic ad Altare procedit comitatus ab Acolytho, ampullas vini, & Aquæ portante, qui eum ſequitur, non præcedit, ac per breviorem viã ad Altare aſcendit, manu ſiniſtra nuda tenens Calicem, non autèm cum velo pendente ab humeris; cum accedet ad Altare nõ genuflectet niſi Sanctiſſimo Sacramento expoſito: ſed aſcendens, recto itinere, deponet Calicem in Cornu Epiſtolæ: quem Diaconus velo detegit, patenam cùm palla accipit, & converſus ad Celebrantem, depoſita palla propè corporale, patenam cum hoſtia ambabus manibus, ità ùt dextera ejus ſit verſus ſuperiorem partem, & ſiniſtra verſus inferiorem, offert Celebranti cum oſculis ipſius patenę, & manus, ità ùt Celebrans eam cõmodè capere valeat ambabus manibus. *Cær. Ord. min. p. 2. cap.* 8. *n.*2. 3. & 4. *ex Rubr. Miſſ. Beavv. vt ſup. n.* 16.

Si non dicat *Symbolum*, Subdiaconus defert burſam corporalium una cum Calice ad Altaré, quam burſam accipit Diacouns ab ipſo Subdiacono, & Celebrante aliquantulùm recedente à medio, Diaconus extrahit corporale, burſam collocans verſus cornu Euangelii, explicat ipſum corporale in medio Altaris; tum tradit patenam

cum hoſtia ſuperpoſita Celebrāti, ut ſupra.

Si verò fuerit Calix in Altari, remoto à medio Calice, & amoto velo, eandem patenam porrigit, ut dictum eſt.

Interim Subdiaconus, facta etiam genuflexione poſt *Oremus*, vadit ad Credentiam, ubi imponitur ei velum oblongum, & comite Cæremoni ario, & ſequente Acolytho cum ampullis, procedit ut ſupra ad cornu Epiſtolæ, & hoc caſu Cæremoniarius, & eo abſente, Thuriferarius capit, & plicat velum parvum ſtatìm poſt oblationem Calicis, & reportat ad Credentiam, ſi verò nō adeſt Credentia, illud plicatum deponit in cornu Epiſtolæ, propè tabellam ſecretarum, *Bauldr. d.* 3. *cap.* 11. *Art.* 7. *& Beavv. ut ſup. loc. cit.*

Celebrans, accepta patena, ſolùm offert hoſtiam more ſolito, & finita Oratione *Suſcipe Sancte* Pater *&c.* cum ea facit ſignum Crucis ſuper Corporale, & deponit Hoſtiā & Patenam, *ut in Rubr. Miſſ.* 7. *n.* 3. *&* 9.

Si adſint particulæ conſecradæ pro communione fidelium, delata per Subdiaconum Pixide ad Altare, cooperta velo, Diaconus eam aperit, & collocat ſuper Corporale, antequàm tradat patenam Celebranti, & eandem parumpèr elevat, dum Celebrans offert Hoſtiam, qua depoſita, ipſe Diaconus etiam deponit Pixidem, cooperit, & collocat poſt Calicem, vel à latere ipſius, ita tamen, quòd non impediat thurificationem Altaris poſt oblata; Celebrans, verò dicens, *Suſcipe*, intentionē ad omnes, & ſingulas,

non

non determinando numerum, diriget. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 3. n. 1. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 7. n. 17. & cær. Epiſc. lib. 2. cap. 29.*

Poterit etiam Diaconus, quandò burſam cum Corporali deſert ad Altare, ipſum etiam vas cum hoſtiis, Palla coopertum ſimul deferre, Burſa ſuper ipſum impoſita, & ſuper extenſum Corporale, prædictum vas Palla coopertum, ut ſupra, in medio antè Crucem collocare &c. *Cær. Ord. p. cit. cap. 4. n. 1.*

Tandèm ipſum vas deferre poterit, immò deberet Cæremoniarius, vel Sacriſta, aùt Thuriferarius, abſente Cæremoniario, paulò antequàm à Subdiacono deferatur Calix ad Altare. *Gav. in Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 17.*

Si verò particulæ conſecrandæ ſint ſupèr Patena, Celebrans offert ſimul cum Hoſtia, ſuper eadem Patena; deindè depoſita Hoſtia, ſtatuit eas à parte Evangelii ſuper Corporale ratione majoris hoſtiæ, aliquantulùm ab ea diſtantes, ne tangantur à Manipulo in conſecratione Calicis &c. Et in Oratione *Suſcipe*, dicit *Hoſtiam*, non Hoſtias. *Tonel. lib. 2. tit. 7.*

Interim Subdiaconus Calicem Purificatorio extergit, deindè idem Purificatorium deponit propè Corporale, vel ſuper partem Patenæ diſcoopertæ, quo utitur Diaconus poſt infuſionem vini, & aquæ, ad abſtergendas guttas, ſi appareant infra Calicem, quas poterit etiã circumacto vino calicis, eas unire. *Gav. in Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 7. p. 4.*

Subdiaconus exterſo Calice, eum tradet Diacono, ampullamque vini ſtatim ab Acolytho ei traditam, Diacono ſinè oſculis porrigit dextera, qui ſiniſta Calicem acceptum tenens per nodum, aliquantulùm ad Celebrantem converſus, infundit in Calicem quantum ſufficit vini, ad beneplacitum Celebrantis, qui propterea ad id intendere debet; at verò Subdiaconus acceptam ampullam aquæ, dextera parùm elevans, oſtēdenſque Celebranti, converſus ad eum paululùm inclinatus dicit, *Benedicite Pater Reverende*: moxque Celebrans incipit: *Deus qui humanæ ſubſtantiæ*, *&c.* Et facit ſignum Crucis verſus aquam, ſiniſtra ſuper Altare poſita: vel poſtquàm Subdiaconus dixerit, *Benedicite Pater Reverende*, Celebrans facto Signo Crucis verſus ampullam aquæ, dicit Orationem, *Deus, qui humanæ ſubſtantiæ*; tum benedictione facta, paucas aquæ guttas Subdiaconus infundit in Calicem, ſtatimque ſiniſtra recipit ampullam vini de manu Diaconi, & utramque ſimul reddit Acolytho. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 8. num. 4. Gav. & Bauldr. loc. cit. ex Rubr. Miſſ. 7. n. 9.*

Poſt infuſionem vini, & aquæ in Calicem, Diaconus tenens ipſum Calicem paulò infra nodum dextera, & ſiniſtra pedem circa oram anteriorem, oſculabitur pedem circa eamdem oram: & illicò eum ponit in manibus Celebrantis, oſculando etiam illius dexteram, cum eum accipit; tùm ipſe Celebrans ambabus manibus Calicem accipiens, eumque tenens dextera per nodum, & ſi-

& ſiniſtra per pedem, elevans oculos, offert dicens, *Offerimus tibi Domine &c.*

Diaconus interim ſuppoſitis pedi Calicis extremis digitis manus dexterę, & brachium Celebrantis manu ſiniſta ſuſtentans, cum eo dicit, *Offerimus. Gav. ut ſup. & Rub. Miſſ. cit.*

Eſto regula generalis: quotieſcumque aliquid traditur Celebranti, priùs oſculanda eſt res, quæ traditur, deindè manus Celebrãtis: ſed è converſo, quandò aliquid accipitur ab eo, priùs oſculanda eſt ejus manus, deindè res, quæ accipitur: quod ſemper ſervatur, prętérquàm in Miſſis Defunctorũ, & quando expoſitum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, in his enim caſibus omitttuntur prædicta oſcula, ut ſuo loco dicetur. *Gav. loc. cit. num. 16.*

Mox vt Celebrans Calicem ſuper Altare depoſuerit, Diaconus palla cooperit; tùm ipſe Diaconus patenam, quam de Altari ſumit, ponit in dextera nuda Subdiaconi, adhuc in cornu Epiſtolæ ſtantis, inter indicẽ, & pollicem, itaùt pars interior patenæ reſpiciat eundem Subdiaconum, & manum ſimul cum patena operit extremitate veli ab ea parte pendentis, & ſtatim ipſe Subdiaconus ſinè genuflexione, vadit poſt Cebrebrantem antè medium Altaris in planum ubi facta genuflexione, ſtat ſubſtinens eandem patenam antè pectus, ad humerorum altitudinem elevatam, & eam ſic tenet uſque ad finem orationis Dominicæ, interim manu ſiniſtra, ſi lubet. ſuſtentans brachium dexterum, nõ tamen genuflectens niſi ad ele-

vationem Sanctiſſimi Sacramenti, licèt Celebrans, & alii genuflectant ad incenſationem Altaris, quia ipſe nihil ſe movet, tamèn Sanctiſſimo Sacramento patentèr expoſito, genuflectit ibidem, dùm Celebrans genuflexus illud incenſat poſt oblata. *Cær. Ord. Min. par. 2. cap. 8. n. 9. n. 3. & cap. 30. n. 3. Beauvais p. 2. ut ſup. ex Rubr. Miſſal. cit.*

Poterit etiam (ſi ità videbitur) à Diacono cooperiri Patena, quam tenet Subdiaconus, velò Calicis, maximè ſi ſit prætioſum, & ornatum. *Pollac. in Aphor. p. 2. Car. 6. pag.* 150.

Interim Celebrans proſequitur orationes conſuetas; *In ſpiritu humilitatis*, & *Veni Sanctificator, &c. vt in Rubr. Miſſal. cit.*

Subdiacono tantùm datur Patena tenenda, non verò alliis inferioris ordinis, & ſi cãtent Epiſtolam, quod ultimum prohibitum eſt fieri cum paramantis Sacris. *Gav. in Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 7. num*, 19.

In Miſſis autèm Defunctorum, & in feria ſexta Paraſceves, Patena non tenetur à Subdiacono. *Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Acolythus poſt infuſum vinum, & aquam refert ampullas cum pelvicula ad Credentiam debitis cum reverentiis: Thuriferarius verò, cum Thuribulo, & Navicula accedit ad Altare, ut initio Miſſæ. *Gav. ut ſup. n.22.*

De

De Incenſatione Oblatorum, & aliis uſquè ad Canonem. Cap. XI.

DIcto: *Veni Sanctificator*, ut ſupra: miniſtrante Diacono naviculam, & dicente; *Benedicite Pater Reverende*, & etiam miniſtrante Thuriferario Thuribulo, vt initio Miſſæ, Celebrans, ſiniſtra poſita infrà pectus, ter imponit thus in thuribulum, nempè in medio, à dextris, & à ſiniſtris, dicens, *Per interceſſionem &c.* ut in ordine Miſſæ, ſic diſpenſans verba, ut ad verbum, *Benedicere*, non antè, nequè poſteà; reddito priùs cochleari Diacono cum oſculis ſolitis, ſignum Crucis ſuper Thus poſitum in Thuribulo, manu dextera producat, ſiniſtra tunc ſuper Altare poſita. *Cær. Or. Min. p. 2. cap. 9. num. 1. Gav. tract. 1. par. 2. tit. 3. & tit. 4. ac tit. 7. n. 20. Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 7. & Rubr. Miſſ.*

Si verò adſit Prælatus in habitu, ipſe thus imponit, & benedicit, ut alibi dictum eſt. *Cær. Epiſc. lib. 3. cap. 23.*

Tum Celebrans, impoſito, & benedicto incenſo; & modo, & ordine, quo dictum eſt ſupra initio Miſſæ, accepto Thuribulo per manum Diaconi, nullam tunc faciens Cruci reverentiam, nequè genuflexionem Sacramento, etiam expoſito, incenſat oblata tèr ducens thuribulum ſupèr Calicem; & hoſtiam ſimul in modum Crucis; Crux autem fit non veluti per quatuor pũcta, ſed per lineas rectas, poſteà dimittens aliquantulum

Si facienda ſit *Oblatio* à populo; fiat ſtatim poſt dictum à Celebrante *Offertorium*, non verò poſt oblationem Hoſtiæ, & Calicis, & Crux, aliqua Imago ſacra dari poteſt oſculanda, & more multarum Eccleſiarum. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 11. *art.* 7. *& Pollac. Cærem.* 3. *num.* 17.

Quandò verò habetur ſermo in laudem alicujus magni viri defuncti, vel pro expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, gratiarum actione, publicatione Jubilæi, Pacis, & ſimilium, habeatur, finita Miſſa, poſtquam Celebrans depoſita Planeta Pluviali indutus eſt. *Tonel. in Sacr. Ench. lib.* 2. *tit.* 6. *& Bauld. p.* 1. *cap.* 10.

Deindè Celebrans, ſi dicendum ſit, incipit Symbolum, & dum dicit *Credo*, extendit, & elevat manus, dicens *in Unum*, jungit eas ante pectus, dicens deniquè *Deum*, caput Cruci inclinat, & omnes Miniſtri cum eo; tum, & non prius, Diaconus, & Subdiaconus poſt eum ſtantes, genuflectunt, & eo ritu, quo ad *Hymnum Angelicum*, accedunt ad latera ipſius Celebrantis, ubi cum eo Symbolum proſequuntur manibus junctis: & cum dicunt; *Et Incarnatus eſt*, *&c.* genuflectunt unico genu, Celebrans hìnc indè ad Altare manibus ſe ſuſtentans, Miniſtri verò manibus junctis antè pectus, & cum dicunt: *Et Homo factus eſt*, caput etiam inclinant; deindè ſe erigunt, & cum dicunt; *Simul adoratur* caput inclinant, cum verò dicunt. *Et vitam venturi ſæculi*, ſe ſignant, & dicentes *Amen*, jungunt manus. *Bauld. p.* 3. *cap.*

7. tit. 6. cap. 11. art. 6. & Beav. loc. ſup. cit. num. 7.

Finito Symbolo, ſi non ſit ſedendum, ibi ſtant Miniſtri ſacri quaſi pares, ut ad *Gloria in Excelſis*, & dùm dicitur in Choro *deſcendit de Cœlis*, cum Celebrante deſcendunt ſuper ſecundum gradum Altaris, ubi ſimul in ſuperiori gradu genuflectunt, aptantes poſteriorem partem planetæ ſuper pedes Celebrantis, quem, ſurgendo, adjuvant manentes genuflexi, uſque ad, *Et Homo factus eſt*, incluſivè. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 17. num. 3. & p. 2. tit. 6. & Beavvais, ut ſup. n. 8.*

Si ſtatim, dicto Symbolo, Celebrans velit ſedere, eo abſoluto, procedit ad ſedem cum Miniſtris eo modo, quo ad Hymnum Angelicum dictum eſt; & quando cantatur in Choro: *Et Incarnatus eſt*, *&c.* caput tantum, profundè inclinat apertum cum Miniſtris ſacris; ſi non ſedet, genuflectit, ut ſupra. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 11. Gav. loc. cit. & Rubr. Miſſal. cit.*

Sed eſt advertendum, quod Miniſtri inferiores, ad prædicta verba ſemper genuflectunt. *Cær. Ord. Min. p. cit. cap. 3. num. 8. & Gav. ut ſup. tit. 4. num. 6.*

In tribus verò Miſſis *Nativitatis Domini*, & in die *Annuntiationis B. M. V.* quandò cantatur à Choro, *Et Incarnatus eſt*, *&c.* tunc Celebrans quamvis ſedeat, ſemper genuflectit cum Miniſtris capite detecto, & manibus junctis, uſquè ad finem, propè ſedem, vel ſuper infimum gradum Altaris, ſi via ſit brevis. *Pollac. p. 2. in Aph. Cær. 6. pag. 149. Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. tit. 17. Boliaſcus. p. 3. cap. 17. pag. 362. ex Rub.* Dia-

Diaconus, cantato verſiculo: *Et Incarnatus eſt*; ſi ſedeat, inclinat ſe Celebranti mediocritèr, vel profundè ſecundum qualitatem ejus, & via breviori accedit ad Credentiam, ubi à Cæremoniario, vel alio Miniſtro, Burſam corporalium ſibi porrectam accipit, quàm ambabus manibus, uſquè ad oculos elevatam, & quaſi jacentem, parte aperta ad ſe converſa, ſolus, via longiori, per planum, gravi inceſſu, & modeſto, deſert ad Altare, Celebranti, ſi antè illum tranſeat, ſe inclinans; factaque in plano ſuper infimum gradum genuflexione, aſcendit ad medium Altaris, ubi extrahit Corporale de Burſa, illudque explicatum, ponit in medio Altaris, ità ut ora ipſius, in qua, forte eſt Crux acu picta fere tangat oram anteriorem Altaris, burſam verò erectam ſic collocat à latere Evangelii, ut neque impediat Altare, neq; è cereis, effluente cera, maculari poſſit, poſteà ibidem genuflectit, & ſtatim, per viam breviorem, ad Celebrantem, hoc eſ per latus Epiſtolæ; cui debitam reverentiam facit. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 7. *num.* 9. *Gav. in Epit. p.* 2. *tract.* 1. *tit.* 6. *num.* 21. *ex Rub. Miſſ.* 6. *n.* 7.

Interim Subdiaconus, & omnes alii Miniſtri ſtant nudo capite ſtatìm, ac Diaconus ſurrexit, qui dum redit de Altari, poſt debitam reverentiam factam Celebranti, aliquantulum ſe inclinat eidem Subdiacono, & hic viciſſim, tum omnes ſedent capite tecto. *Gav. loc. cit. & Beavv. ut ſup. num.* 12.

Si verò Celebrans non ſedeat, ſed ſtet ad Alta-

Altare, Diaconus, cantato a Choro verſiculo; *Et incarnatus eſt*, *&c.* genuflectit, & via breviori accedit ad Credentiam, & defert Burſam via longiori, ut ſupra, & in plano facta genuflexione ſupra infimũ gradum, aſcendit ad medium Altaris; ubi facit primò Cruci reverentiam, mox capitis inclinationem Celebranti, qui non reſpondebit ei: deindè Diacouus extrahit Corporale de burſa, & explicat, ut ſupra; ſed dum Diacouus accedit ad Altare cum burſa, Celebrans, & Subdiaconus aliquantulũ retrahuut ſe ad cornu Evangelii, medium Altaris rēlinquentes ei; tum explicato corporali, & à Diacono facta genuflexione, ad loca ſua redeunt, & paritèr ibi remanent, ut priùs *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 7. num. 12. & p. 4. cap. 7. num. 9. & Gav. tract. 1. par. 2. tit. 6. n 21. & Beavvais ut ſup.*

Si Calix, & burſa ſunt ad Altare (quod non decet) ſtatim dicto in Choro; *Et incarnatus eſt*, *&c.* Diaconus ſi ibidem ſtet cum Celebrante, explicat Corporale (ſi jam à principio non ſit explicatum) abſque ulla genuflexione, &c. *Beavv. loc. cit. num.* 14.

Si verò ſedeat, & Calix ſuper Altare ſit, ſolus procedit ad Altare, genuflectens in medio infimi gradus, aſcendenſque ad Altare, Corporale explicat, & repoſito ſuper illud Calice velo tecto, facta genuflexione, redit ad Celebrantem, ut ſupra.

Quando non dicitur Symbolum, Subdiaconus deſert Burſam cum Calice, ut infrà dicetur, &c. R*ubr. Miſſ.*

Digitized by Google

Circà finem Symboli, Celebrans, & Miniſtri, ſi ſedeant, ſurgunt, & ad Altare redeunt ritu, quo ſuprà ad Hymnū Angelicū.

Si verò ſtent ad Altare, genuflectunt, & deſcendunt ad gradus ſuos, ut unus ſtet poſt alium. *Beav. ut ſup. loc. cit.*

Si Celebrans non velit ſedere niſi poſt cantatum verſum: *Et incarnatus eſt*, &c. decet, ut paulò antequam dicatur *deſcendit de Cęlis*, deſcendat in planum, ibique genuflectat ſuper infimum gradū, & cantato: *Et incarnatus eſt*, procedat ad ſedem. *Bauldr. p. 3. cap. 15. art. 6.*

De offertorio, & aliis uſque ad incenſationem oblatorum. *Cap. X.*

FInito Symbolo in Choro, vel ſi non ſit dicendum, incenſato Celebrante poſt Evangelium, ipſe oſculatur Altare in medio, & more ſolito cantat *Dominus vobiſcum*, ac ſtatim, ut reſponderit Chorus: *Et cum ſpiritu tuo*, cantat *Oremus*: tùm ſubmiſſa voce dicit *Offertorium*. *Rubr. Miſſ.*

Interim dicto *Oremus*, Diaconus, & Subdiaconus ſimul genuflectunt in ſuis locis, & Diaconus recedit ad dexteram Celebrantis, vel ſi opus eſt vertendi folia, accedit ad ſiniſtram ad librum, ſtatimque genuflectens, redit ad dexteram: Subdiaconus verò accedit ad Credentiam, ubi velum oblongum, adjuvante Turiferario, vel alio Miniſtro, circum humeros accipit, itaut pars dextera longius pendeat: tum parvum velum

lum à Calice amovet, quod relinquit ſuper Credentiam.

Deindè capit manu ſiniſtra Calicem cum purificatorio, patena, hoſtia, & palla, velo oblongo opertum parte longiori, manu dextera ſupra ipſum velum, & Calicem appoſita, ne aliquid decidat, & ſic ad Altare procedit comitatus ab Acolytho, ampullas vini, & Aquæ portante, qui eum ſequitur, non præcedit, ac per breviorem viã ad Altare aſcendit, manu ſiniſtra nuda tenens Calicem, non autèm cum velo pendente ab humeris; cum accedet ad Altare nõ genuflectet niſi Sanctiſſimo Sacramento expoſito: ſed aſcendens, recto itinere, deponet Calicem in Cornu Epiſtolæ: quem Diaconus velo detegit, patenam cùm palla accipit, & converſus ad Celebrantem, depoſita palla propè corporale, patenam cum hoſtia ambabus manibus, ità ùt dextera ejus ſit verſus ſuperiorem partem, & ſiniſtra verſus inferiorem, offert Celebranti cum oſculis ipſius patenę, & manus, ità ùt Celebrans eam cõmodè capere valeat ambabus manibus. *Cær. Ord. min. p. 2. cap. 8. n. 2. 3. & 4. ex Rubr. Miſſ. Beavv. vt ſup. n. 16.*

Si non dicat *Symbolum*, Subdiaconus defert burſam corporalium una cum Calice ad Altarè, quam burſam accipit Diaconus ab ipſo Subdiacono, & Celebrante aliquantulùm recedente à medio, Diaconus extrahit corporale, burſam collocans verſus cornu Euangelii, explicat ipſum corporale in medio Altaris; tum tradit patenam

cum hoſtia ſuperpoſita Celebrãti, ut ſupra.

Si verò fuerit Calix in Altari, remoto à medio Calice, & amoto velo, eandem patenam porrigit, ut dictum eſt.

Interim Subdiaconus, facta etiam genuflexione poſt *Oremus*, vadit ad Credentiam, ubi imponitur ei velum oblongum, & comite Cæremoniario, & ſequente Acolytho cum ampullis, procedit ut ſupra ad cornu Epiſtolæ, & hoc caſu Cæremoniarius, & eo abſente, Thuriferarius capit, & plicat velum parvum ſtatìm poſt oblationem Calicis, & reportat ad Credentiam, ſi verò nõ adeſt Credentia, illud plicatum deponit in cornu Epiſtolæ, propè tabellam ſecretarum, *Bauldr. d.* 3. *cap.* 11. *Art.* 7. *&* *Beavv. ut ſup. loc. cit.*

Celebrans, accepta patena, ſolùm offert hoſtiam more ſolito, & finita Oratione *Suſcipe Sancte Pater &c.* cum ea facit ſignum Crucis ſuper Corporale, & deponit Hoſtiã & Patenam, *ut in Rubr. Miſſ.* 7. *n.* 3. *&* 9.

Si adſint particulæ conſecradæ pro communione fidelium, delata per Subdiaconum Pixide ad Altare, cooperta velo, Diaconus eam aperit, & collocat ſuper Corporale, antequàm tradat patenam Celebranti, & eandem parumpèr elevat, dum Celebrans offert Hoſtiam, qua depoſita, ipſe Diaconus etiam deponit Pixidem, cooperit, & collocat poſt Calicem, vel à latere ipſius, ita tamen, quòd non impediat thurificationem Altaris poſt oblata; Celebrans, verò dicens, *Suſcipe*, intentionẽ [illegible] ad omnes, & ſingulas,

non

non determinando numerum, diriget. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 3. n. 1. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 7. n. 17. & cær. Epiſc. lib. 2. cap. 29.*

Poterit etiam Diaconus, quandò burſam cum Corporali defert ad Altare, ipſum etiam vas cum hoſtiis, Palla coopertum ſimul deferre, Burſa ſuper ipſum impoſita, & ſuper extenſum Corporale, prædictum vas Palla coopertum, ut ſupra, in medio antè Crucem collocare &c. *Cær. Ord. p. cit. cap. 4. n. 1.*

Tandèm ipſum vas deferre poterit, immò deberet Cæremoniarius, vel Sacriſta, aùt Thuriferarius, abſente Cæremoniario, paulò antequàm à Subdiacono deferatur Calix ad Altare. *Gav. in Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 17.*

Si verò particulæ conſecrandæ ſint ſupèr Patena, Celebrans offert ſimul cum Hoſtia, ſuper eadem Patena; deindè depoſita Hoſtia, ſtatuit eas à parte Evangelii ſuper Corporale ratione majoris hoſtiæ, aliquantulùm ab ea diſtantes, ne tangantur à Manipulo in conſecratione Calicis &c. Et in Oratione *Suſcipe*, dicit *Hoſtiam*, non Hoſtias. *Tonel. lib. 2. tit. 7.*

Interim Subdiaconus Calicem Purificatorio extergit, deindè idem Purificatorium deponit propè Corporale, vel ſuper partem Patenæ diſcoopertæ, quo utitur Diaconus poſt infuſionem vini, & aquæ, ad abſtergendas guttas, ſi appareant infra Calicem, quas poterit etiã circumacto vino calicis, eas unire. *Gav. in Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 7. n. 4.*

Digitized by Google

Subdiaconus exterſo Calice, eum tradet Diacono, ampullamque vini ſtatim ab Acolytho ei traditam, Diacono ſinè oſculis porrigit dextera, qui ſiniſta Calicem acceptum tenens per nodum, aliquantulùm ad Celebrantem converſus, infundit in Calicem quantum ſufficit vini, ad beneplacitum Celebrantis, qui propterea ad id intendere debet; at verò Subdiaconus acceptam ampullam aquæ, dextera parùm elevans, oſtēdenſque Celebranti, converſus ad eum paululùm inclinatus dicit, *Benedicite Pater Reverende*: moxque Celebrans incipit: *Deus qui humanæ ſubſtantiæ*, *&c.* Et facit ſignum Crucis verſus aquam, ſiniſtra ſuper Altare poſita: vel poſtquàm Subdiaconus dixerit, *Benedicite Pater Reverende*, Celebrans facto Signo Crucis verſus ampullam aquæ, dicit Orationem, *Deus*, *qui humanæ ſubſtantiæ*; tum benedictione facta, paucas aquæ guttas Subdiaconus infundit in Calicem, ſtatimque ſiniſtra recipit ampullam vini de manu Diaconi, & utramque ſimul reddit Acolytho. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 8. *num.* 4. *Gav. & Banldr. loc. cit. ex Rubr. Miſſ.* 7. *n.* 9.

Poſt infuſionem vini, & aquæ in Calicem, Diaconus tenens ipſum Calicem paulò infra nodum dextera, & ſiniſtra pedem circa oram anteriorem, oſculabitur pedem circa eamdem oram: & illicò eum ponit in manibus Celebrantis, oſculando etiam illius dexteram, cum eum accipit; tùm ipſe Celebrans ambabus manibus Calicem accipiens, eumque tenens dextera per nodum, & ſi-

& ſiniſtra per pedem, elevans oculos, offert dicens, *Offerimus tibi Domine &c.*

Diaconus interìm ſuppoſitis pedi Calicis extremis digitis manus dexterę, & brachium Celebrantis manu ſiniſta ſuſtentans, cum eo dicit, *Offerimus. Gav. ut ſup. & Rub. Miſſ. cit.*

Eſto regula generalis: quotieſcumque aliquid traditur Celebranti, priùs oſculanda eſt res, quæ traditur, deindè manus Celebrãtis: ſed è converſo, quandò aliquid accipitur ab eo, priùs oſculanda eſt ejus manus, deindè res, quæ accipitur: quod ſemper ſervatur, pręterquàm in Miſſis Defunctorũ, & quando expoſitum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, in his enim caſibus omitttuntur prædicta oſcula, ut ſuo loco dicetur. *Gav. loc. cit. num.* 16.

Mox vt Celebrans Calicem ſuper Altare depoſuerit, Diaconus palla cooperit; tùm ipſe Diaconus patenam, quam de Altari ſumit, ponit in dextera nuda Subdiaconi, adhuc in cornu Epiſtolæ ſtantis, inter indicẽ, & pollicem, itaùt pars interior patenæ reſpiciat eundem Subdiaconum, & manum ſimul cum patena operit extremitate veli ab ea parte pendentis, & ſtatim ipſe Subdiaconus ſinè genuflexione, vadit poſt Cebrebrantem antè medium Altaris in planum ubi facta genuflexione, ſtat ſubſtinens eandem patenam antè pectus, ad humerorum altitudinem elevatam, & eam ſic tenet uſque ad finem orationis Dominicæ, interim manu ſiniſtra, ſi lubet. ſuſtentans brachium dexterum, nõ tamen genuflectens niſi ad ele-

Digitized by Google

De Incenſatione Oblatorum, & aliis uſquè ad Canonem. Cap. XI.

DIcto: *Veni Sanctificator*, ut ſupra: miniſtrante Diacono naviculam, & dicente; *Benedicite Pater Reverende*, & etiam miniſtrante Thuriferario Thuribulo, vt initio Miſſæ, Celebrans, ſiniſtra poſita infrà pectus, ter imponit thus in thuribulum, nempè in medio, à dextris, & à ſiniſtris, dicens, *Per interceſſionem &c.* ut in ordine Miſſæ, ſic diſpenſans verba, ut ad verbum, *Benedicere*, non antè, nequè poſteà; reddito priùs cochleari Diacono cum oſculis ſolitis, ſignum Crucis ſuper Thus poſitum in Thuribulo, manu dextera producat, ſiniſtra tunc ſuper Altare poſita. *Cær. Or. Min. p. 2. cap. 9. num. 1. Gav. tract. 1. par. 2. tit. 3. & tit. 4. ac tit. 7. n. 20. Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 7. & Rubr. Miſſ.*

Si verò adſit Prælatus in habitu, ipſe thus imponit, & benedicit, ut alibi dictum eſt. *Cær. Epiſc. lib. 3. cap. 23.*

Tum Celebrans, impoſito, & benedicto incenſo; & modo, & ordine, quo dictum eſt ſupra initio Miſſæ, accepto Thuribulo per manum Diaconi, nullam tunc faciens Cruci reverentiam, nequè genuflexionem Sacramento, etiam expoſito, incenſat oblata tèr ducens thuribulum ſupèr Calicem; & hoſtiam ſimul in modum Crucis; Crux autem fit non veluti per quatuor pũcta, ſed per lineas rectas, poſteà dimittens aliquantu lum

 Thu-

Thuribulum, ità ut ſummitas operculi non altiùs elevetur, quàm ſummitas cuppæ ipſius Calicis, illud ter ducit in circulum circum Calicem, & Hoſtiam, ſcilicèt bis a manu dextera ad ſiniſtram, tranſiens priùs inter Calicem, & Crucem, & poſteà ſemèl à ſiniſtra ad dexteram, Diacono interim pedem Calicis tenente manu dextera; diſpenſans verba in qualibet incenſatione, hoc modo.

In prima incenſatione, ſignando oblata dicit *Incenſum* ✠ *iſtud*, In ſecunda, *A te* ✠ *benedictum*, In tertia, *Aſcendat* ✠ *ad te Domine*. In quarta, dimittit thuribulum, & illud dicit circum oblata, dicens, *Et deſcendat ſuper nos*, In quinta, *Miſericordia*, In Sexta, & ultima, *tua. Cær. Ord. Min. par. 2. cap. 9. num. 2. & Gav. in Epit. p. 2. tract. 1. tit. 7. n. 20. V Bauldr. p. 2. cap. 9. Art. 2.*

Ubi autèm dicit *Rubr. bis à dextra ad ſiniſtram, & ſemèl à ſiniſtra ad dexteram*, hoc intelligitur de dextra, & ſiniſtra Celebrantis. *Gav. loc. cit.*

Poſtquàm incenſata fuerint oblata, Celebrans facta, de more, Cruci profunda reverentia, vel ſi adſit Sacramentum, genuflexione, incenſabit Crucem triplici ductu & Altare, ut dictum eſt ſupra in principio Miſſæ, aſſiſtente eodem Diacono, & planetam elevante circa ejus brachia, ne impediatur; cum verò incenſatur Crux Diaconus amovet Calicem ad partem Epiſtolæ, ſed non extra Corporale, ſi capax ſit, & incenſata Cruce, reponit in loco ſuo, Subdiaconus

diaconus autèm in tota hac incenſatione, nunquàm genufle&#x1F;ctit, nequè ullam facit inclinationem; Thuriferarius verò depoſita Navicula ſuper Credentia, amovet de Altari, & reportat librum, niſi ſit Aſſiſtens *Cær. Ord. Min. & Gav. loco ſup. cit.*

Verba autèm: *Dirigatur &c.* Celebrans ſic diſtribuet; ac ità lentè recitabit, ut eodem tempore finiantur verba, & thurificatio. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23. ex Rubr. Miſſ. 7. num. 19.*

Hi autèm verſus: *Dirigatur, &c.* tantùm dicuntur in Miſſa, tempore hujus incenſationis, & nunquàm aliàs. *Rubr. Miſſ.*

Quando Sanctiſſimum Sacramentum eſt expoſitum; Celebrans illud incenſabit genuflexus cum miniſtris, in ſuperiori gradu, profundè ſe inclinans antè, & poſt. *Bauld. loc. cit. Cær. Ord. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

Statimque finita incẽſatione Altaris, Celebrans reddet Diacono Thuribulum, ut ſuprà initio Miſſæ, dicens, *Accendat in nobis, &c.* & ab eodem incenſabitur triplici ductu; profundè ſe illi inclinans antè, & poſt; Celebrans verò ei minimè inclinat, ne modicum quidèm *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 3. & cap. 4. n. 3. ex Rubr. Miſſ.*

Thuriferarius, dum incẽſatur Altare, ſtat in plano in medio, genufle&#x1F;ctens cum Celebrante, & redeunte Celebrante ab incenſatione Altaris, accedit ad latus Epiſtolæ, ubi ſtat poſt Diaconum aliquantulùm à ſiniſtris, dum incenſat Celebrantem, ubi recepto ſinè oſculis thuribulo, cum eo poſteà pro-

redit ad incenſandum Chorum. *Cær. Ordin. Min. loc. cit.*

Si autèm adſit Prelatus in ſua Reſidētia in habitu, Diaconus incenſabit Celebrantem duplici ductu, & prælatum triplici *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 5. & p. 4. cap. 7. n. 11. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

Ceroferarii, dum incenſatur Altare, ſtāt hinc indè in plano genuflectentes, quandò opus erit; Cæremoniarius autèm ſtabit ubi placuerit &c.

Facta incenſatione Altaris, & Celebrantis, Diaconus facta priùs genuflexione Altari, præcedente Thuriferario, procedet ad Chorum incenſandum manibus junctis, & capite detecto ex parte Epiſtolæ. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. p. 2. cap. 9. & par. 3. cap. 2.*

Cum autèm acceſſerit ad Chorum, ſurgentibus omnibus, & facta ab utraque parte debita inclinatione, quem ipſi paritèr etiā conſalutent, accedit ad Prælatum, ſi adſit, & accepto Thuribulo, triplici ductu eum incenſat, cum profunda inclinatione, & poſt. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. u. 1.*

Thuriferarius autèm, factis cum Diacono debitis reverentiis, & porrecto Thuribulo, ſtat à ſiniſtris ejus, cum eo ſe opportunè inclinans. *Ord. Min. p. 2. cap. 9.*

Si autèm adſit Cæremoniarius, aſſiſtet à latere Diaconi, monens eum quandò, & quibus ſit inclinandum, quos priùs, quoſvè poſteriùs incenſare debeat, & quomodò, *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 11. n. 1.*

Prælato incenſato, Diaconus incenſabit

Can-

Digitized by Google

Cantores paratos duplici ductu, mediocritèr ſe inclinans antè, & poſt.

Si autèm adeſt Præsbyter aſſiſtens, eum incenſabit duplici ductu antè Cantores.

Superiorem localem, Prælato præſente, duplici tantùm ductu incenſabit, cum mediocri inclinatione antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 3.*

Deindè incenſabit Patres in prima, & ſecunda Chori parte dupltci ductu, ſingulis eorum ſe inclinans mediocritèr, vel ſola capitis inclinatione antè, & poſt, ſecundùm eorum qualitatem.

Alios autèm Fratres non Sacerdotes unico tantùm ductu incenſabit ſola capitis inclinatione antè, & poſt, vel nulla interpoſita mora.

Poterit etiàm, ſi ità videbitur, poſtquàm incenſavit Prælatum, & omnes paratos; tàm ex una, quàm ex altera parte Chori, omnibus ſimul ſe inclinare antè, & poſt incenſationem, brevitatis cauſa.

Tranſiens per medinm Chori, genuflexionem faciet Altari, quod faciet ſimilitèr Thuriferarius à ſiniſtris ejus, vel Ceremoniarius, ſi adſit. *Cerem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 16.*

Videat autem, ut incenſationem abſolvat, antequàm Præfatio incipiatur, quia Celebranti debet aſſiſtere, vel ſtare retrò poſt eum *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. n. 7. & p. 3. cap. 2. num.* 10. & *Rubr. Miſſal. 7. num.* 11.

Si Altare in quo cantatur Miſſa longius diſtet à Choro, Thuriferarius pro Diacono
incen-

cedit ad incenſandum Chorum. *Cær. Ordin. Min. loc. cit.*

Si autèm adſit Prelatus in ſua Reſidētia in habitu, Diaconus incenſabit Celebrantem duplici ductu, & prælatum triplici *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 5. & p. 4. cap. 7. n. 11. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

Ceroferarii, dum incenſatur Altare, ſtãt hinc indè in plano genuflectentes, quandò opus erit; Cæremoniarius autèm ſtabit ubi placuerit &c.

Facta incenſatione Altaris, & Celebrantis, Diaconus facta priùs genuflexione Altari, præcedente Thuriferario, procedet ad Chorum incenſandum manibus junctis, & capite detecto ex parte Epiſtolæ. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. p. 2. cap. 9. & par. 3. cap. 2.*

Cum autèm acceſſerit ad Chorum, ſurgentibus omnibus, & facta ab utraque parte debita inclinatione, quem ipſi paritèr etiã conſalutent, accedit ad Prælatum, ſi adſit, & accepto Thuribulo, triplici ductu eum incenſat, cum profunda inclinatione, & poſt. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. n. 1.*

Thuriferarius autèm, factis cum Diacono debitis reverentiis, & porrecto Thuribulo, ſtat à ſiniſtris ejus, cum eo ſe opportunè inclinans. *Ord. Min. p. 2. cap. 9.*

Si autèm adſit Cæremoniarius, aſſiſtet à latere Diaconi, monens eum quandò, & quibus ſit inclinandum, quos priùs, quoſvè poſteriùs incenſare debeat, & quomodò, *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 11. n. 1.*

Prælato incenſato, Diaconus incenſabit Can-

Cantores paratos duplici ductu, mediocritèr ſe inclinans antè, & poſt.

Si autèm adeſt Præsbyter aſſiſtens, eum incenſabit duplici ductu antè Cantores.

Superiorem localem, Prælato præſente, duplici tantùm ductu incenſabit, cùm mediocri inclinatione antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 3.*

Deindè incenſabit Patres in prima, & ſecunda Chori parte dupltci ductu, ſingulis eorum ſe inclinans mediocritèr, vel ſola capitis inclinatione antè, & poſt, ſecundùm eorum qualitatem.

Alios autèm Fratres non Sacerdotes unico tantùm ductu incenſabit ſola capitis inclinatione antè, & poſt, vel nulla interpoſita mora.

Poterit etiàm, ſi ità videbitur, poſtquàm incenſavit Prælatum, & omnes paratos; tàm ex una, quàm ex altera parte Chori, omnibus ſimul ſe inclinare antè, & poſt incenſationem, brevitatis cauſa.

Tranſiens per medium Chori, genuflexionem faciet Altari, quod faciet ſimilitèr Thuriferarius à ſiniſtris ejus, vel Ceremoniarius, ſi adſit. *Cerem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 16.*

Videat autem, ut incenſationem abſolvat, antequàm Præfatio incipiatur, quia Celebranti debet aſſiſtere, vel ſtare retrò poſt eum *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. n. 7. & p. 3. cap. 2. num. 10. & Rubr. Miſſal. 7. num. 11.*

Si Altare in quo cantatur Miſſa longius diſtet à Choro, Thuriferarius pro Diacono incen-

incenſationem faciet, niſi in Choro ſuperior aliquis præcipuus adeſſet, aût Magnus Præſul, quia tunc præſtantiùs, hoc conveniet Cæremoniario, quem Thuriferarius comitabitur. *Cær. Ord. p. 2. cap. 9. n. 4. Alcorer, & Bauldr. p. 2. cap. 9. Art. 5.*

Incenſatione Chori peracta à Diacono, vel reddito Thuribulo Thuriferario, perget in medium, ſe inclinans ad utramque partem Chori, & Thuriferario præcedente, redit ad Altare ex parte Evangelii; factaque genuflexione Altari, & ſtans à latere Evangelii, thurificabit Subdiaconum, duplici ductu, mediocritèr ſe illi inclinans antè, & poſt, cui ſimilitèr Subdiaconus caput inclinabit antè, & poſt incenſationem ſtans aliquantulùm in cornu Epiſtolæ, patena tunc ad pectus paululùm demiſſa. *Cærem. Ord. loc. cit. num. 3. & 5. & par. 3. cap. 1. n. 14. & Bauldr. loc. cit.*

Deindè thuribulum reddet Thuriferario ſtanti à ſiniſtris ejus, & aſcendet ad ſecundum Altaris gradum, intèr Celebrantem, & Subdiaconum, ubi præmiſſa genuflexione, ſe convertet ad Thuriferarium, vel ſtabit in eodem plano, à quo incenſabitur duplici ductu, cum mediocri inclinatione antè, & poſt cui etiam Diaconus aliquantulùm ſe inclinabit antè, & poſt incenſationem, deindè remanebit in ſuo loco poſt Celebrantem, niſi vertenda ſint folia Miſſalis, *ut ſup. num. 5.*

Quandò adeſt Cęremoniarius congruum eſt, ut ipſe thurificet Diaconum, & non Thuriferarium. *Ibidem.*

In

Incenſato Diacono, Thuriferarius incenſabit unico ductu Cæremoniarium, vel duplici, ſi ſit Sacerdos; poſteà Ceroforarios cum debitis reverentiis, tùm populum, & ſi ſint duo, ambo ter, primò in medio, poſtmodùm à latere Epiſtolæ, tertiò verſus latus aliud cum honoris ſignificatione, & debitis reverentiis antè, & poſt, *Cærem. Ord. Min. ſup. num. 5.*

Circà incenſationem Perſonarum, eſt notandum, quòd Domini locorum minorũ, de quibus in *Cær. Epiſc. lib. 1. cap.* 18. nulla fit mentio, ſeu Magiſtratus, incenſari poterunt à Thuriferario, vel à Cæremoniario, duplici, vel unico ductu, pro qualitate perſonarum, ii videlicèt, quibus proprium ſcãnum, ſeù ſedes, ab aliis diſtincta parari ſolet, ſed in toto incenſationis ordine, & ritu ad pacem conſervandam, tàm Laicorum, quàm Clericorum, conſuetudo laudabilis ſervari debet *Cær. Ord. Min. par. 2. cap. 9. & par. 3. cap. 2. Gaſt. iu Epit. p. 2. trrct. 1. tit. 7. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23. & Poll. in Aphor. p. 2. Cær. 3. pag. 128.*

Incenſatione populi peracta, Thuriferarius, vel Thuriferarii, cum cæteris miniſtris inferioribus, facta Altari genuflexione, procedunt ad Sacriſtiam hoc ordine, primò præcedit Cæremoniarius, tùm Thuriferarii mòx Ceroferarii, ubi cũ pervenerint, Thuriferarii reponant ignem, ſi opus eſt, Cæroferarii verò aſſumunt faces priùs accenſas, tùm præfatione decantata, eodem ordine redeunt ad Altare, *Cær. Ord. Min. p. 4. c. 7. n. 19.*

In-

Interim Celebrans, poſtquàm incenſatus fuerit, ſtans adhuc in cornu Epiſtolæ, lavat manus miniſtrantibus Ceroferariis, quorum primus ambabus manibus accipit de Credentia mappulam plicatam, altèr verò ampullam aquæ, cum bacili, hic à dextris fundit aquam ſupèr indices, & pollices Celebrantis, ſuppoſito bacili, ille à ſiniſtris ſubminiſtrat mappulam, quam extendit ſupèr manus Celebrantis cum debitis reverentiis, & cum quaſi oſculis ampullæ, & mappulæ antè, & poſt, & etiam cum quaſi genuflexionibus, quam primus poſteà, in ſuis manibus, vel ſuper bacili eam recipit cum debitis reverentiis, ne Celebrans ſuper Altare ponat. *Poll. in Aph. p.* 1. *Car.* 16. *p.* 71.

Poſteà ambo ſimul, facta Altari genuflexione, redeunt ad Credentiam, ſupèr quam reponunt ampullam cum Pelvicula, & mappulam, effuſa priùs aqua in loco honeſto, & remoto, & non in pavimento. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 6. *& Gav. in Ep. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 24. *ex Rubr. Miſſ. n.* 10.

Celebrans, lotis, ac terſis manibus, redit ad medium Altaris, ubi dicit Orationem *Suſcipe Sancta Trinitas*, *&c.* qua dicta, vertit ſe ad populum dicens; *Orate Fratres*, cui Diaconus, vel in ejus abſentia Subdiaconus ſtans, reſpondet, *Suſcipiat*, *&c.* Celebrans, dicto *Amen.*, extenſis manibus ſtans verſus librum, dicit ſubmiſſa voce orationes ſecretas. *Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Celebrans (ut Diaconus poſſit ſuo tempore redire ab incenſatione Chori) ſecretas

Digitized by Google

tas orationes ſtudeat moroſiùs, ac tardius dicere: & Diacono abſente, muneris erit Cæremoniarii aſſiſtere libro, & folia vertere, alioquin Celebrans à ſeipſo ea vertet, niſi adſit aſſiſtens. *Cær. Ord. loc. cit. num. 7. & Gau. ut ſup. num. 25.*

Si autem Altare non eſt incenſandum, Diaconus, poſtquam Palla cooperuerit Calicem, & Patenam dederit tenendam Subdiacono, genuflectet, ac recedet in ſuo loco poſt Celebrantem, eumque comitabitur accedentem ad cornu Epiſtolæ, ut lavat manus, & ad medium redeuntem, ubi ſtans reſpondebit: *Suſcipiat*, &c. nec indè recedet uſque ad finem præfationis, niſi ſint vertenda folia, nam tunc genuflectet in loco ſuo, accedet ad librum, vertet folia, ac ſtatim ibidem facta genuflexione, redibit poſt Celebrantem. *Rubr. Miſſ.*

Cum Celebrans pervenerit ad concluſionem ultimæ orationis ſecretæ, poſitis hinc indè, ſuper Altare manibus, incipiens Præfationem, clara voce cantat, *Per omnia ſæcula, &c.* ad quam Miniſtri Sacri ſtant poſt eum inclinantes ſe mediocriter, dum dicit, *Deo noſtro*, & paulò antequam finiatur Præfatio, vel dicatur *Sanctus*, facta genuflexione, aſcendunt hinc indè ad latera Celebrantis, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris ejus, etiam cum Patena, ibique cùm eo inclinati manibus junctis antè pectus, excepto Subdiacono, cum Patenam tenet, dicunt: *Sanctus*, & quæ ſequuntur uſque ad Canonem; ad *Benedictus* ſe erigunt, & ſe ſignant,

præter

Digitized by Google

Thuribulum, ità ut ſummitas operculi non altiùs elevetur, quàm ſummitas cuppæ ipſius Calicis, illud ter ducit in circulum circum Calicem, & Hoſtiam, ſcilicèt bis a manu dextera ad ſiniſtram, tranſiens priùs inter Calicem, & Crucem, & poſteà ſemèl à ſiniſtra ad dexteram, Diacono interim pedem Calicis tenente manu dextera; diſpenſans verba in qualibet incenſatione, hoc modo.

In prima incenſatione, ſignando oblata dicit *Incenſum* ✠ *iſtud*, In ſecunda, *A te* ✠ *benedictum*, In tertia, *Aſcendat* ✠ *ad te Domine*. In quarta, dimittit thuribulum, & illud dicit circum oblata, dicens, *Et deſcendat ſuper nos*, In quinta, *Miſericordia*, In Sexta, & ultima, *tua. Cær. Ord. Min. par. 2. cap. 9. num. 2. & Gav. in Epit. p. 2. tract. 1. tit. 7. n. 20. V Bauldr. p. 2. cap. 9. Art. 2.*

Ubi autèm dicit *Rubr. bis à dextra ad ſiniſtram, & ſemèl à ſiniſtra ad dexteram*, hoc intelligitur de dextra, & ſiniſtra Celebrantis. *Gav. loc. cit.*

Poſtquàm incenſata fuerint oblata, Celebrans facta, de more, Cruci profunda reverentia, vel ſi adſit Sacramentum, genuflexione, incenſabit Crucem triplici ductu & Altare, ut dictum eſt ſupra in principio Miſſæ, aſſiſtente eodem Diacono, & planetam elevante circa ejus brachia, ne impediatur; cum verò incenſatur Crux Diaconus amovet Calicem ad partem Epiſtolæ, ſed non extra Corporale, ſi capax ſit, & incenſata Cruce, reponit in loco ſuo, Subdiaconus

diaconus autèm in tota hac incenſatione, nunquàm genuflectit, nequè ullam facit inclinationem; Thuriferarius verò depoſita Navicula ſuper Credentia, amovet de Altari, & reportat librum, niſi ſit Aſſiſtens *Cær. Ord. Min. & Gav. loco ſup. cit.*

Verba autèm: *Dirigatur &c.* Celebrans ſic diſtribuet; ac ità lentè recitabit, ut eodem tempore finiantur verba, & thurificatio. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23. ex Rubr. Miſſ. 7. num. 19.*

Hi autèm verſus: *Dirigatur, &c.* tantùm dicuntur in Miſſa, tempore hujus incenſationis, & nunquàm aliàs. *Rubr. Miſſ.*

Quando Sanctiſſimum Sacramentum eſt expoſitum; Celebrans illud incenſabit genuflexus cum miniſtris, in ſuperiori gradu, profundè ſe inclinans antè, & poſt. *Bauld. loc. cit. Cær. Ord. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

Statimque finita incēſatione Altaris, Celebrans reddet Diacono Thuribulum, ut ſuprà initio Miſſæ, dicens, *Accendat in nobis, &c.* & ab eodem incenſabitur triplici ductu; profundè ſe illi inclinans antè, & poſt; Celebrans verò ei minimè inclinat, ne modicum quidèm *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 3. & cap. 4. n. 3. ex Rubr. Miſſ.*

Thuriferarius, dum incēſatur Altare, ſtat in plano in medio, genuflectens cum Celebrante, & redeunte Celebrante ab incenſatione Altaris, accedit ad latus Epiſtolæ, ubi ſtat poſt Diaconum aliquantulùm à ſiniſtris, dum incenſat Celebrantem, ubi recepto ſinè oſculis thuribulo, cum eo poſteà pro-

Digitized by Google

cedit ad incenſandum Chorum. *Cær. Ordin. Min. loc. cit.*

Si autèm adſit Prelatus in ſua Reſidētia in habitu, Diaconus incenſabit Celebrantem duplici ductu, & prælatum triplici *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 5. & p. 4. cap. 7. n. 11. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 23.*

Ceroferarii, dum incenſatur Altare, ſtãt hinc indè in plano genuflectentes, quandò opus erit; Cæremoniarius autèm ſtabit ubi placuerit &c.

Facta incenſatione Altaris, & Celebrantis, Diaconus facta priùs genuflexione Altari, præcedente Thuriferario, procedet ad Chorum incenſandum manibus junctis, & capite detecto ex parte Epiſtolæ. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. p. 2. cap. 9. & par. 3. cap. 2.*

Cum autèm acceſſerit ad Chorum, ſurgentibus omnibus, & facta ab utraque parte debita inclinatione, quem ipſi paritèr etiã conſalutent, accedit ad Prælatum, ſi adſit, & accepto Thuribulo, triplici ductu eum incenſat, cum profunda inclinatione, & poſt. *Cær. Ord. p. 3. cap. 2. u. 1.*

Thuriferarius autèm, factis cum Diacono debitis reverentiis, & porrecto Thuribulo, ſtat à ſiniſtris ejus, cum eo ſe opportunè inclinans. *Ord. Min. p. 2. cap. 9.*

Si autèm adſit Cæremoniarius, aſſiſtet à latere Diaconi, monens eum quandò, & quibus ſit inclinandum, quos priùs, quoſvè poſteriùs incenſare debeat, & quomodò, *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 11. n. 1.*

Prælato incenſato, Diaconus incenſabit

Can-

Cantores paratos duplici ductu, mediocritèr ſe inclinans antè, & poſt.

Si autèm adeſt Præsbyter aſſiſtens, eum incenſabit duplici ductu antè Cantores.

Superiorem localem, Prælato præſente, duplici tantùm ductu incenſabit, cum mediocri inclinatione antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 3.*

Deindè incenſabit Patres in prima, & ſecunda Chori parte dupltci ductu, ſingulis eorum ſe inclinans mediocritèr, vel ſola capitis inclinatione antè, & poſt, ſecundùm eorum qualitatem.

Alios autèm Fratres non Sacerdotes unico tantùm ductu incenſabit ſola capitis inclinatione antè, & poſt, vel nulla interpoſita mora.

Poterit etiàm, ſi ità videbitur, poſtquàm incenſavit Prælatum, & omnes paratos; tàm ex una, quàm ex altera parte Chori, omnibus ſimul ſe inclinare antè, & poſt incenſationem, brevitatis cauſa.

Tranſiens per medinm Chori, genuflexionem faciet Altari, quod faciet ſimilitèr Thuriferarius à ſiniſtris ejus, vel Ceremoniarius, ſi adſit. *Cerem. Ord. Min. p. 4. cap. 6. num. 16.*

Videat autem, ut incenſationem abſolvat, antequàm Præfatio incipiatur, quia Celebranti debet aſſiſtere, vel ſtare retrò poſt eum *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. n. 7. & p. 3. cap. 2. num. 10. & Rubr. Miſſal. 7. num. 11.*

Si Altare in quo cantatur Miſſa longius diſtet à Choro, Thuriferarius pro Diacono incen-

incenſationem faciet, niſi in Choro ſuperior aliquis præcipuus adeſſet, aùt Magnus Præſul, quia tunc præſtantiùs, hoc conveniet Cæremoniario, quem Thuriferarius comitabitur. *Cær. Ord. p. 2. cap. 9. n. 4. Alcorer, & Bauldr. p. 2. cap. 9. Art. 5.*

Incenſatione Chori peracta à Diacono, vel reddito Thuribulo Thuriferario, perget in medium, ſe inclinans ad utramque partem Chori, & Thuriferario præcedente, redit ad Altare ex parte Evangelii; factaque genuflexione Altari, & ſtans à latere Evangelii, thurificabit Subdiaconum, duplici ductu, mediocritèr ſe illi inclinans antè, & poſt, cui ſimilitèr Subdiaconus caput inclinabit antè, & poſt incenſationem ſtans aliquantulùm in cornu Epiſtolæ, patena tunc ad pectus paululùm demiſſa. *Cærem. Ord. loc. cit. num. 3. & 5. & par. 3. cap. 1. n. 14. & Bauldr. loc. cit.*

Deindè thuribulum reddet Thuriferario ſtanti à ſiniſtris ejus, & aſcendet ad ſecundum Altaris gradum, intèr Celebrantem, & Subdiaconum, ubi præmiſſa genuflexione, ſe convertet ad Thuriferarium, vel ſtabit in eodem plano, à quo incenſabitur duplici ductu, cum mediocri inclinatione ante, & poſt cui etiam Diaconus aliquantulùm ſe inclinabit antè, & poſt incenſationem, deindè remanebit in ſuo loco poſt Celebrantem, niſi vertenda ſint folia Miſſalis, *ut ſup. num. 5.*

Quandò adeſt Cęremoniarius congruum eſt, ut ipſe thurificet Diaconum, & non Thuriferarium. *Ibidem.*

In

Incenſato Diacono, Thuriferarius incenſabit unico ductu Cæremoniarium, vel duplici, ſi ſit Sacerdos; poſteà Ceroforarios cum debitis reverentiis, tùm populum, & ſi ſint duo, ambo ter, primò in medio, poſtmodùm à latere Epiſtolæ, tertiò verſus latus aliud cum honoris ſignificatione, & debitis reverentiis antè, & poſt, *Cærem. Ord. Min. ſup. num.* 5.

Circà incenſationem Perſonarum, eſt notandum, quòd Domini locorum minorũ, de quibus in *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 18. nulla fit mentio, ſeu Magiſtratus, incenſari poterunt à Thuriferario, vel à Cæremoniario, duplici, vel unico ductu, pro qualitate perſonarum, ii videlicèt, quibus proprium ſcãnum, ſeù ſedes, ab aliis diſtincta parari ſolet, ſed in toto incenſationis ordine, & ritu ad pacem conſervandam, tàm Laicorum, quàm Clericorum, conſuetudo laudabilis ſervari debet *Cær. Ord. Min. par.* 2. *cap.* 9. & *par.* 3. *cap.* 2. *Gaſt. iu Epit. p.* 2. *trrct.* 1. *tit.* 7. *& Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23. *& Poll. in Aphor. p.* 2. *Cær.* 3. *pag.* 128.

Incenſatione populi peracta, Thuriferarius, vel Thuriferarii, cum cæteris miniſtris inferioribus, facta Altari genuflexione, procedunt ad Sacriſtiam hoc ordine, primò præcedit Cæremoniarius, tùm Thuriferarii mòx Ceroferarii, ubi cũ pervenerint, Thuriferarii reponant ignem, ſi opus eſt, Cæroferarii verò aſſumunt faces priùs accenſas, tùm præfatione decantata, eodem ordine redeunt ad Altare, *Cær. Ord. Min. p.* 4. *c.* 7. *n.* 19.

In-

Interim Celebrans, poſtquàm incenſatus fuerit, ſtans adhuc in cornu Epiſtolæ, lavat manus miniſtrantibus Ceroferariis, quorum primus ambabus manibus accipit de Credentia mappulam plicatam, altèr verò ampullam aquæ, cum bacili, hic à dextris fundit aquam ſupèr indices, & pollices Celebrantis, ſuppoſito bacili, ille à ſiniſtris ſubminiſtrat mappulam, quam extendit ſupèr manus Celebrantis cum debitis reverentiis, & cum quaſi oſculis ampullæ, & mappulæ antè, & poſt, & etiam cum quaſi genuflexionibus, quam primus poſteà, in ſuis manibus, vel ſuper bacili eam recipit cum debitis reverentiis, ne Celebrans ſuper Altare ponat. *Poll. in Aph. p.* 1. *Car.* 16. *p.* 71.

Poſteà ambo ſimul, facta Altari genuflexione, redeunt ad Credentiam, ſupèr quam reponunt ampullam cum Pelvicula, & mappulam, effuſa priùs aqua in loco honeſto, & remoto, & non in pavimento. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 6. *& Gav. in Ep. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 24. *ex Rubr. Miſſ. n.* 10.

Celebrans, lotis, ac terſis manibus, redit ad medium Altaris, ubi dicit Orationem *Suſcipe Sancta Trinitas*, *&c.* qua dicta, vertit ſe ad populum dicens; *Orate Fratres*, cui Diaconus, vel in ejus abſentia Subdiaconus ſtans, reſpondet, *Suſcipiat*, *&c.* Celebrans, dicto *Amen.*, extenſis manibus ſtans verſus librum, dicit ſubmiſſa voce orationes ſecretas. *Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Celebrans (ut Diaconus poſſit ſuo tempore redire ab incenſatione Chori) ſecretas

tas orationes ſtudeat moroſiùs, ac tardius dicere: & Diacono abſente, muneris erit Cæremoniarii aſſiſtere libro, & folia vertere, alioquin Celebrans à ſeipſo ea vertet, niſi adſit aſſiſtens. *Cær. Ord. loc. cit. num. 7. & Gau. ut ſup. num. 25.*

Si autem Altare non eſt incenſandum, Diaconus, poſtquam Palla cooperuerit Calicem, & Patenam dederit tenendam Subdiacono, genufleſtet, ac recedet in ſuo loco poſt Celebrantem, eumque comitabitur accedentem ad cornu Epiſtolæ, ut lavat manus, & ad medium redeuntem, ubi ſtans reſpondebit: *Suſcipiat*, &c. nec indè recedet uſque ad finem præfationis, niſi ſint vertenda folia, nam tunc genufleſtet in loco ſuo, accedet ad librum, vertet folia, ac ſtatim ibidem facta genuflexione, redibit poſt Celebrantem: *Rubr. Miſſ.*

Cum Celebrans pervenerit ad concluſionem ultimæ orationis ſecretæ, poſitis hinc indè, ſuper Altare manibus, incipiens Præfationem, clara voce cantat, *Per omnia ſæcula*, &c. ad quam Miniſtri Sacri ſtant poſt eum inclinantes ſe mediocriter, dum dicit, *Deo noſtro*, & paulò antequam finiatur Præfatio, vel dicatur *Sanctus*, facta genuflexione, aſcendunt hinc indè ad latera Celebrantis, Diaconus à dextris, & Subdiaconus à ſiniſtris ejus, etiam cum Patena, ibique cùm eo inclinati manibus junctis antè pectus, excepto Subdiacono, cum Patenam tenet, dicunt: *Sanctus*, & quæ ſequuntur uſque ad Canonem; ad *Benedictus* ſe erigunt, & ſe ſignant,

præter

præter Subdiaconum tenentem Patenam. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 8. & p. 4. cap. 7. num. 5. & 15. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 3. num. 8. tit. 4. num. 10. & tit. 7. num. 26.*

Dicto ultimo, *Oſanna in Excelſis*, rurſus genuflectunt, & Subdiaconus redit ad locum ſuum retrò Celebrantem; ibique ſtat, ubi priùs; Diaconus verò ſinè genuflexione in medio (quæ ſemper in aliis ſimilibus omittitur) accedit ad ſiniſtram Celebrantis, ubi ei aſſiſtens, dum dicitur Canon, minimè debet tenere manus junctas, ſed folia Miſſalis attentiùs vertere, & quæ dicenda ſunt à Celebrante, eidem indicare, ubi opus erit. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 8. & 9. & Gav. ut ſupr. tit. 7. num. 26. & 28. ex Rubr. Miſſ. Q. num. 11. & Beavvais §. 5. num. 25.*

De Canone Miſſæ ſolemnis, & aliis uſque ad Communionem. Cap. XII.

FInita Præfatione, Thuriferarii, cum Thuribulis, & Ceroferarii, cum facibus accenſis, ducente, Cæremoniario, redeunt ad Altare bini, primo minores, deinde majores præcedentibus Thuriferariis poſt Cæremoniarium, cum autem pervenerint in planum Capellæ, expectantes ſe invicem, & quaſi rectam lineam formantes, Thuriferarii, medium tenentes, Ceroferarii hinc indè à lateribus ſtantes: & Cæremoniarius, ubi illi magis placuit, omnes ſimul genuflexionem facient, ſurgent, & reverentia mutuò facta, iterum genuflectent amba-

bus

Digitized by Google

bus, genibus, æqualem inter ſe diſtantiam ſervantes, & ab Altari quatuor ferè paſſibus diſtantes: attendant ſic ſua geſtare funalia, ut qui à parte dextra, dextera, & qui à parte ſiniſtra, ſiniſtra ea deferant: nunquam autem unus duo intorticia ferat; & ſic genuflexi hinc indè remanebunt uſque ad elevationem Calicis incluſivè, vel uſque ad Communionem incluſivè, ſi ſit facienda, & in hoc caſu genuflectunt ad latera Altaris; in diebus etiam jejuniorum, & in Miſſis pro Defunctis tenent accenſa uſquè ad Communionem incluſivè. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. num. 14. ex Rubr. Miſſ. 8. num. 8. & Beavvais mox citand.*

Interim Celebrans omnia facit, ut in Miſſa privata, & cum dicit, *Quam oblationem*, Diaconus accedit ad ejus dexteram, facta prius genuflexione, ubi eſt, Altari, & ibi in ſuperiori gradu Altaris genuflexus, cum Sanctiſſimum Sacramentum elevatur, fimbrias planetæ elevat, & quando opus eſt, ſe erigens, Calicem diſcooperit, & cooperit, & cum Celebrante genuflectit, Subdiaconus verò tunc ſuper infimum gradum genuflectit poſt Celebrantem; dum tenet Patenam, ſed dum non tenet eam, ter incenſat in cornu Epiſtolæ, incenſo non benedicto, & impoſito à Thuriferario, nimirum cum Celebrans adorat, cum elevat, & cum deponit Hoſtiam, vel Calicem. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 10. num. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 8. n. 16. & Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 2. pag. 123.*

Cære-

Cæremoniarius autèm poſtquam reduxit è Sacriſtia, vel è Choro Thuriferarios, & Cæroferarios cum intortitiis, vadit ad cornu Epiſtolę cum uno ex Thuriferariis, ubi genuflectit à dextris ejus, dum thurificatur SS. Sacramentum, & alter Thuriferarius genuflectit in cornu Evangelii (poterit etiam Cæremoniarius, quando ſunt duo Thuriferarii, manere genuflexus in plano) Thuriferarii autem, vel Thuriferarius impoſito Thure abſque benedictione in Thuribulum, thurificant Sacramentum Corporis,& Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, dum elevatur, cum profunda inclinatione antè, & poſt, ter pro unoquoq; ducentes, vel ducens Thuribulum, nimirum cum Celebrans adorat cum elevat, & cũ deponit. *Cær. Ord. Gav. & Pollac. loc. ſup. cit. & Rub. Miſſ.*

Cæremoniarius, ſi adſit, loco Thuriferarii (quod magis etiam convenit) Sacramentum cum elevatur thurificare poterit. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit.*

Si adeſt Pyxis cum particulis conſecrandis, Diaconus; dum Celebrans dicit, *Qui pridie*, &c. eam detegit, & collocat propè Hoſtiam, & depoſita Hoſtia poſt elevationem, facta cum Celebrante genuflexione, Pyxidem operit,& collocat in loco priſtino, poſt Calicem; & quandò communicandorum parvus eſt numerus, Hoſtiæ conſecrandæ, quæ tenentur à parte Evangelii, ſuper Corporale, non moventur à loco, ubi ſunt poſitæ, ſed Diaconus debet eas indicare Celebranti, & admonere, ut eas conſecret ſimul

mul

mul cum majori Hoſtia; Facta elevatione, Sanctiſſimi Sacramenti, depoſita Hoſtia, cooperta Pyxide, & collocata in ſuo loco; Diaconus diſcooperit Calicem conſecrandum, genuflectit, & poſt elevationem repoſito Calice à Celebrante ſuper Corporale, Diaconus ſtatim illum Palla cooperit, & facta cum Celebrante genuflexione, redit ad librum, ubi facta genuflexione in cornu Evangelii, & non in medio, Celebranti aſſiſtit, ut priùs & ſuſtinet librum, ſi opus ſit, nec ſe inclinabit cum Celebrante ad verba, *Suplices*, *&c.* Subdiaconus etiam depoſito Celebrante Calice, & facta genuflexione, ſtatim ſurgit cum Diacono, & ſtat in loco ſuo, nec genuflectit, Celebrante & Diacono genuflectentibus. *Cærem. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 3. *p.* 2. *cap.* 10. *&* 30. *Gav. Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 8. *num.* 19. *&* 20. *& Rubr. Miſſ.* 7. *num.* 3. *& Rub.* 8. *num.* 5. *&* 8.

Finito cantu à Choro uſque ad Benedictus excluſivè, s. dum Chorus ſilet, & non priùs, elevatur Sacramentum à Celebrante. *Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 8.

Ceroferarii, & Thuriferarii interim [redacted] ſurgunt, & recedunt in Sacriſtiam, eo ordine quo venerunt: at ſi facienda ſit Communio, vel ſint dies jejuniorum: aut Miſſa Solemnis pro Defunctis, ſoli diſcedunt Thuriferarii, Ceroferarii verò remanent genuflexi cum ſuis facibus, uſque ad Communionem incluſivè: Cæteri ſurgunt, & ſtant in ſuis locis. *Rubr. Miſſ.* 8. *n.* 8. *& Beavv. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 5. *§.* 3. *num.* 12. *& cap.* 17. *§.* 6. *n.* 5.

Cele-

Digitized by Google

Celebrans interim continuat Canonem Miſſæ, & ſe ſignans dicens; *Omni benedictione cœleſti*, Diaconus pariter ſe ſignat, & dum ipſe Celebrans percutit pectus cum dicit: *Nobis quoque peccatoribus*, Diaconus etiam percutit; dum verò fiunt Cruces à Celebrante, Diaconus retinet duobus digitis manus dextræ, Calicis pedem, ſiniſtra infrà pectus poſita, & eum adjuvat in omnibus genuflexionibus, dextera manu elevando. *Cær. Ord. Min. p.2.cap.*10. *ut ſupr.num.*4.*Gav. loc. cit. tit.* 8. *num.* 5. *& Cær. Epiſc.lib.* 1. *cap.* 9.

Regula generalis eſt, quod Diaconus (non alii) cum Celebrante genuflectente, genuflectat, ſi ſolus eidem aſſiſtit, quia ſi adſit Aſſiſtens, ambo cum Celebrante genuflectunt; ſed non Subdiaconus, dum Patenam tenet: *Cær. Ord. Min.p.*2. *cap.*30. *num.*3. *Gav. loc. ſup. cit.*

Cum Celebrans dicet: *Per quem hæc omnia*, Diaconus, facta Sacramento genuflexione, accedet ad dexteram Celebrantis (etiam genuflectens in acceſſu) ubi detegit Calicem, & cum Celebrante adorat, & cum ſignat Calicem cum Hoſtia dicens: *Per ipſum, & cum ipſo, &c.* Diaconus ut ſupra, duobus digitis dextræ manus tenet pedem Calicis, ſiniſtra infrà pectus poſita, & repoſita Hoſtia ſuper Corporale, iterum tegit Calicem, cum Celebrante genuflectit, & ſurgit; cum autem Celebrans incipit, *Pater noſter*, & non prius, Diaconus, facta priùs Sacramento genuflexione, vadit retrò poſt Celebrantem, ibique ſtat dum dicitur oratio Domi-

nica

nica, & cum in ea dicitur, *Et dimitte nobis debita noſtra*, Diaconus, & Subdiaconus, facta genuflexione in locis ſuis, aſcendunt ad latus Epiſtolæ, ille ad dexteram Celebrantis, hic verò à dextris Diaconi, & ſtans in Cornu Epiſtolæ, porrigit patenam Diacono, qui eam diſcooperit, & Purificatorio obſtergit. *Rubr. Miſſal* 9. *n.* 4. *&* 10. *num.* 8. *Alcoc. tract.* 3. *pag.* 248. *& Boliaſc. p.* 3. *cap.* 17.

Poſtquàm verò Celebrans dixerit, *Et ne nos*, &c. Diaconus tenens patenam dextera, oſculatur oram illius, quam deindè ponit in dextera Celebrantis intèr indicem, & medium digitos, mox ipſam dexteram Celebrantis oſculatur, *Rubr. Miſſ.* 10. *nu.* 8.

Non reſpondet, *Sed libera nos à malo*, nequè *Amen*, quia reſpondet Chorus, & quandò Celebrans ſe ſignat patena, etiam ipſe, & Subdiaconus ſe ſignāt. *Gav. p.* 2. *tit* 2. *tract.* 1. deindè diſcooperit Calicem, & cooperit, & cum Celebrante genuflectit. *Rubr: Miſſ. cit. Ord. Min. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 1.

Subdiaconus, amoto deſupèr humeris ejus velo per Thuriferarium, quod defert ad Credentiam, genuflectit ibidèm, atquè ad locum ſuum ſe recipit à tergò Celebrantis *Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Si verò Subdiaconus non ſuſtineat patenam, non aſcendit ad dexteram Diaconi, ſed manet in ſuo loco uſque ad *Pax Domini, &c.* & tunc cum Celebrante ſemper genuflectit, *Ex Rubr. ut ſup. Beavv. §. ſup. cit. n.* 9.

Quandò autèm reſpondebitur à Choro, *Et cum ſpiritu tuo*, Subdiaconus facta ibidèm genu-

genuflexione aſcendit ad ſiniſtram Celebrantis, ubi iterùm facta cum Celebrante, & Diacono genuflexione, ſimul dicunt *Agnus Dei*, mediocritèr inclinati, percutientes ſibi pectora, dum dicunt; *Miſerere nobis*, & *dona nobis pacam*, manu ſiniſtra infrà pectus, non ſuper Altare poſita. *Cær. Ordin. Min. tit. 2. cap. 10. num. 5. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. cap. 10. num. 24. ex Rubr. Miſſ.*

Dicto *Agnus Dei*, Subdiaconus facta ibidem genuflexione Sacramento, deſcendit poſt Celebrantem, ubi ſtat in ſuo loco. *Rubr. Miſſ. & Beanvvais ut ſup. num. 10.*

Diaconus verò ſtatim genuflectit à dextris Celebrantis, expectans pacem manibus junctis (ſi ſit danda) & circa finem primę Orationis ſe erigens, Celebrante oſculante Altare, ſimùl illud oſculatur extra Corporale manibus junctis ante pectus, deindè converſus ad Celebrantem, ſiniſtra gena propè ſiniſtram genam illius admota, ſinè tamèn ullo contactu, ambas manus ſcapulis illius ſupponens, ità tamen, ut extremitatibus tantùm digitorum eum attingat, & ejdem dicenti; *Pax tecum*, reſpondet, *Et cum ſpiritu tuo*, eique caput inclinat antè & poſt; quo facto Celebrans proſequitur alias Orationes.

Diaconus autèm accepta pace, & facta genuflexione, vertit ſe ad Subdiaconum per latus ſuum ſiniſtrum, ne terga vertat Sacramento, ſimilitèr dat ei pacem per mutuum amplexum dicens; *Pax tecum*, ac eidem data pace, & non priùs, mediocritèr

ſe

Digitized by Google

ſe inclinat, in amplexu autèm extremitatibus tantùm digitorum utriuſque manus tãget brachia Subdiaconi circà humeros, non verò ſupponet ſcapulis illius. *Bevv.*

Subdiaconus accipiens pacem à Diacono, ſupponit modicè ambas manus ſcapularis illius, ſiniſtras genas admovendo ſibi invicem ſine contactu, ut ſuprà, ipſiquè dicenti, *Pax tecum*, reſpondebit, *Et cum ſpiritu tuo*, ac caput inclinabit antè, & poſt. *Cær.Ord.Min.p. 2. cap. 10. num. 6. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. Rubr. Miſſ. 10. n. 8. & Beav. §. ſup. cit. n. 10. & 11.*

Subdiaconus, poſtquàm acceperit pacem à Diacono, genuflectit cum Cæremoniario, vel Thuriferario, & eo duce eam defert in Chorum, capite detecto, quem ſalutat ab utraque parte, ingrediens ex parte Epiſtolæ.

Deindè accedit ad Prælatum localem, & per mutuum amplexum, abſquè ulla reverentia, dat ei pacem, dicens; *Pax tecum*, qua data, ſtatim ſe illi profundè inclinat; mox accedit ad Cantores paratos; incipiens à primo, ideſt ab ea parte, ubi eſt Chorus, cui poſt datam pacem ſe illi inclinabit, & eodem modo ſe geret cum ſecundo.

Si non adſit Superior localis, dabit primò pacem Cantoribus paratis.

Si verò non adſint Cantores parati, dabit pacem digniori ab utroque latere Chori ſtanti, qui ſucceſſivè dabit alteri ſubſequenti, & ille alteri, &c. *Cærem. Ord. Min. ut ſupra.*

Quòd ſi in Choro adeſſet aliquis Præla-

tus, ut Cardinalis, Epiſcopus, P. Generalis, Provincialis in ſua Prov. &c. Subdiaconus primò dabit illi pacem per inſtrumētū, priùs oſcultatum ab eo, qui pacem à Celebrante accepit, quod accipiet a Cæremoniario, vel Thuriferario, & porriget Prælato oſculandū, abſque ulla reverentia, quo recepto, profundè ſe illi inclinabit, & ſic de cæteris, ſi adſint, qualibet vice illud tergendo velo coloris Miſſæ convenientis, antequàm alter oſculetur; deindè dabit Cantoribus paratis. *Cær. Ord. mox. cit.*

Si aderunt Laici, ut Gubernatores, Magiſtratus, &c. dabit illi pacem cum inſtrumento, ſcilicèt illis, quos Diaconus incenſavit.

Cæteris Laicis inferioribus dabit Thuriferarius, vel Cæremoniarius, ſecundùm eorum qualitatem. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 10. n. 7. & 8. & Beav. ut ſup.*

Si autèm Chorus fuerit procùl ab Altari, ſervetur quod de incenſatione dictum eſt, quòd ſcilicèt Cęremoniarius, vel Thuriferarius pacem in Chorum deferat, eamque diſtribuat modo, & ordine, quo fuit incenſatus, & hoc per inſtrumentum pacis, priùs à Subdiacono oſculatum, & poterit etiam dignioribus eam Cæremoniarius dare, minus autèm dignis Thuriferarius, & data pace in Choro, aliis Miniſtris etiam paritèr dabit. *Alcocer. tract. 3. pag. 249. Bauldr. p. 2. cap. 9. Art. 5.*

Advertendum eſt, quòd pax, quæ per oſculum datur, non niſi ſtanti dabitur, & præ-

præcipuè nulli Eccleſiaſtico, quæ verò per inſtrumentum, non ſtrictè ſuſcipit hanc regulam; qui autem dabit pacem, nulli quantumvis Supremo Principi, etiam ſi eſſet Rex vel Imperator, ullam reverentiam faciet, antequàm ei pacem det, ſed poſt datam pacem, mediocritèr, vel profundè ſe illi inclinabit, ſecundùm qualitatem perſonæ: qui verò pacem accipiet, danti caput inclinabit antè, & poſt.

Itèm qui dat pacem, dicit, *Pax tecum*, qui verò recipit, reſpondet, *Et cum ſpiritu tuo*: ampleſtunturq; ſe invicem, & appropinquant genas ſiniſtras, ſed qui dat, ponit brachia deſupèr, qui recipit ſubtèr. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 10. num. 6. 7. 8. & p. 4. cap. 7. num. 12. Gav. in Epit. tract. 1. par. 2. tit. 10. Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 8. lo. cit. Cær. Epiſ. et lib. 1. cap. 24. ex Rubr. Miſſ. 10. n. 8.*

Nunquàm verò à Diacono alicui datur Pax, ne quidèm Domino loci ex *Decr. Sacr. Rit. Congr.* Neque datur unquàm cum patena, vice inſtrumenti, quod prohibuit *Pius V. Cær. Ord. Min. & Gav. loco ſupr. cit.*

Data pace in Choro à Subdiacono, ſtatim cum comite, facta debita reverentia ad utramque partem, redibit ad Altare ex parte Evangelii, ubi in infimo gradu genuflectet, & dabit pacem Miniſtro comiti, qui & aliis Miniſtris inferioribus circa Altare dat pacem. *Ex Rubr. Miſſ. ut ſup. Cærem. Ord. Min. & Beavv. loc. cit.*

Subdiaconus, data pace Miniſtro comiti, aſcendit ad dexteram Celebrantis, & quan-

dò opus eſt diſcooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, & poſt ſumptionem ſanguinis, acceptis ampullis ab Acolytho ſinè oſculis, infundit vinum in Calicem porrectum à Celebrante ſuper Altare, deindè vinum, & aquam pro ablutione digitorum cum debitis oſculis, & reverentiis, & infuſo vino, & aqua, eas reddet Acolytho, qui recipiet ſinè oſculis, & deferet ad Credentiam. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. num.* 9. *& Gav. loc. cit. num.* 29.

Diaconus, poſt datam pacem Subdiacono, vadit ad librum, & dum Celebrans ſe communicat, ſtant ipſe, & Subdiaconus profundè inclinati verſus Altare. *Rubr. Miſſal. ſupr. cit.*

Si verò non detur Pax, Miniſtri mutant locum, Diaconus adit ad librum, Subdiaconus verò ad dexteram Celebrantis, cum debitis genuflexionibus, tam in receſſu, quam in acceſſu, & cum Celebrans dicet: *Domine non ſum dignus*, & ſe communicat ſub utraque ſpecie, ſtant, ut ſupra profundè inclinati verſus Altare, manibus junctis antè pectus, & cum eo ſe erigunt. Subdiaconus, quandò opus eſt diſcooperit Calicem, ut dictum eſt, adorat Sacramentum cum Diacono, & ſimul profundè inclinant, quandò ſumitur Sanguis. *Cær. Ord. loc. cit. num.* 10.

Si autem non redierit Subdiaconus è Choro, poſt ſumptam à Celebrante Hoſtiam, Diaconus, facta genuflexione, accedit ad dextram ipſius, detegit Calicem, genuflectit, ſurgit, & poſt ſumptionem ſanguini

guinis infundit vinum in Calicem pro purificatione loco Subdiaconi, &c. *Cęr. Ord. Min. loc. cit. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 6. pag. 150. & Alcocer. Tract. 3. pag. 250.*

Ad Subdiaconum tamen iſta ſpectant, ſi ſit præſens, Diaconus enim ſervire debet ad librum. Sed ſi cum hæc fiunt, Subdiaconus redeat de Choro, Diaconus ſtatim genuflectit, & redit ad librum. *Ex Rubr. Miſſ. ſup. cit. Beavvais §. cit. num. 15. & Bauldr.*

Poterit etiam ſi non redierit Subdiaconus, ſupplere Acolythus in miniſtrandis ampullis pro Calicis purificatione, quamvis in meditatione SS. Sacramenti eam poterit Celebrans adhibere moram, qua Subdiaconus redire queat, ampullas miniſtraturus. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. num. 31.*

Paulò antè ſumptionem Sanguinis, Thuriferarius, aut eo abſente, Cæremoniarius (ſi fortè Ceroferarii teneant funalia) defert ampullas cum pelvicula ad Altare, eaſque ſinè oſculis porrigit Subdiacono, vel eo abſente, Diacono, aut ipſe miniſtrat. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 10. num. 11. & Gav. loc. ſupr. cit. num. 30. & 31.*

Miniſtratis ampullis, defert ad Credentiam cum pelvicula; & alter, ſi adſit, alioquin ipſe portabit velum parvum de Credentia ad Altare in cornu Evangelii, ut eo Subdiaconus Calicem cooperiat, quem ipſe, non Cæremoniarius ad Credentiam reportabit. *Cęr. Ord. Min. & Gav. loc. cit.*

Si adſit Præsbyter Aſſiſtens, dicto *Agnus Dei*, locum permutabit cum Diacono, acci

piet pacem, & eam deferet *ut in Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 24. ex Rubr. Miſſ. 10. n. 9.*

Quando Celebrans dicit *Domine non ſum dignus*, Diaconus, & Subdiaconus percutiunt ſibi pectora. *Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 6. pag. 150.*

Addit etiam *Bauldr. p. 1. cap. 12. art. 1.* quod Miniſtri Sacri ter dicunt Submiſſa voce: *Domine non ſum dignus*, cum Celebrante.

De Communione Generali, & particulari in Miſſa Solemni. Cap. XIII.

SI facienda ſit Communio, poſtquàm Celebrans ſumpſerit Sanguinem D. N. J. C. ſi Subdiaconus ſit ad dexteram Celebrantis, genuflectet, & tranſibit ad ſiniſtram in cornu Evangelii, ubi iterùm genuflectet; Diaconus verò genuflectens ſimiliter in receſſu, & acceſſu Altaris, accedet ad dexteram Celebrantis, ubi cooperto Calice ſua palla, eoque poſito paulò ultra medium corporalis intrà aram tamen, verſus cornu Evangelii collocat in medio corporalis Pyxidem, ſeù vas hoſtiarum, vel patenam ſi ſuper ea ſint hoſtiæ; quod ſi Pyxis extrahenda ſit de Tabernaculo, Diaconus extrahat cum debitis genuflexionibus antè, & poſt, genuflexo interim Celebrante, & alijs circa Altare. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. n. 2. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. n. 32. & Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 10.*

Si verò Subdiaconus, dum hæc fiunt redierit,

dierit à danda pace, poſt datam pacem Miniſtro comiti, genuflectet, & ibit ad ſiniſtram Celebrantis, ad latus Evangelii, ubi iterum Sacramento genuflectet, & ſtabit genuflexus, prout Celebrans, vel inclinatus, prout Diaconus &c.

Diaconus poſtquam Pyxidem ſuper Corporale depoſuerit, eam diſcooperit genuflectit, & ſurgit, conſurgentibus pariter Celebrante, & Subdiacono, tum Diaconus in cornu Epiſtolæ ſtans, profundè tamen inclinatus, aliquantulùm verſus Sacramentum, dicit clara, & intelligibili voce; *Confiteor*, *&c.* manibus junctis; ac interim Subdiaconus ad latus Evangelii, pariter cum Diacono ſe inclinabit, ſimiliter manibus junctis; Celebrans verò poſtquam Diaconus Pyxidem, ſeu vas aperuerit, facta genuflexione, & ſcendens aliquantulùm a latere Evangelii, ſtat manibus junctis, facie verſa ad Diaconum; Subdiaconus autem poſt Celebrantem, & finita Confeſſione convertens ſe ad communicandos, clara voce dicit: *Miſereatur veſtri*, *&c.* & *Indulgentiam*, *abſolutionem*, *&c.* producens interim ſignum Crucis ſuper eos, ſiniſtra pectori admota, dum verò dicit; *Indulgentiam*, *&c.* Diaconus, & Subdiaconus ſe erigunt, ac Diaconus quandò opus eſt, reſpondet, *Amen*. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 2. & 3. Bauldr. & Gav. ſup. tit. 3. n. 7. & tit. 10. n. 32. & Ritual. Rom. Paul. V.*

Acolythi intereà ante medium Altaris in ſuperiori gradu extendunt linteum mun-

diſſimum, & genuflexi ad angulos ſuppedanei, converſa facie ad invicem, utrique lintei angulos extremos æqualiter ſuſtinebunt uſque ad finem Communionis, & ſi non fuerint Acolythi, duo de junioribus tenebunt. *Cær. Ord. Min. ut ſupr. n. 4. & 5. Gav. cit. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 29.*

Deindè Diaconus, & Subdiaconus, ſi non ſint Sacerdotes, accedent ante omnes ad linteum, ubi facta priùs profunda inclinatione, genuflectunt juxta oram ſuppedanei ſuper ſecundum gradum, communionem ſumpturi; ſi verò ſint Sacerdotes, & non communicent, manebunt inclinati, dum Celebrans dicet: *Domine non ſum dignus, &c.* & cum eo genuflectent. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 10. n. 10.*

Celebrans verò poſtquam dixerit, *Indulgentiam, &c.* converſus ad Altare genuflectet, genuflectentes etiam Miniſtri ſacri cum eo, niſi ſint genuflexi ad linteum communicaturi.) & accepta Pyxide per nodum, vel Patena per oram; dextera autem tenens inter pollice & indicem, unam ex particulis conſecratis ſuper ipſam Pyxidem, vel Patenam aliquantulum eleuatam, ſtans in medio converſus ad communicandos, defixis in Sacramentum oculis, dicet; *Ecce Agnus Dei, &c.* ſtatimque ſubdet ter: *Domine non ſum dignus, &c. ut in Ritual. Rom. Paul. V.* & ea forma & verbis, ut ſupra, ſemper utetur Celebrans, quamvis uni ſoli, ſivè pluribus, aut fæminæ communicet, & dicet ſemper; *Miſereatur veſtri, veſtris, & peccatorum, veſtrorum*, & ſemper

ſemper in genere maſculino. *Gav. ut ſupr. tit.* 10. *n.* 15. *&* 17. *Bauldr. loc. cit. Rubr. Miſſ. & Rit. Rom. ut ſup.*

Celebrans repetitis tertiò prædictis verbis: *Domine non ſum dignus*, *&c.* accedit ad communicandos, incipiens à latere Epiſtolæ ab ipſo Diacono, ſi eſt communionem recepturus, & ſtans antè faciem communicandi, tenenſque Sacramentum ritu jam dicto inter indicem, & pollicem, reliquis digitis verſus palmam manus paululum inflexis, ipſo Sacramento producit ſignum Crucis ſuper Pyxidem, vel Patenam, quaſi ſignans ipſum communicandum, advertens, ne limites ipſius Patenæ, vel Pyxidis excedat, & ſignando dicit: *Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti &c. Gav. & Bauldr. ex Ritual. & Rubr. Miſſal.*

Si Celebrans ſit Epiſcopus, unuſquiſque, antequam communionem capiat, oſculetur ejus manum. *Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 29.

Qui geſtant intortitia, ſubſtituant ſibi alios, donec communionem recipiant, nequè accedant cum intortitiis ad Celebrantem, & hoc intelligitur etiam de illis, qui habent præ manibus candelas &c. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *n.* 93.

Communicatis Diacono, & Subdiacono, & facta Sacramento profunda inclinatione, ſurgunt genuflectunt, & ſe recipiunt ad cornu Epiſtolæ; ubi Diaconus interim accipiens à Thuriferario, vel Cæremoniario, ſi adſit, vas purificationis dextera, &

 ſiniſtra

Digitized by Google

ſiniſtra mappulam; *ut in Rubr. Miſſ.* 10. *n.* 6. *&* 9. primo ſibi os purificabit, deindè illa miniſtrabit Subdiacono, qui sũpta purificatione, & facta Sacramẽto genuflexione, ſe recipiet ad ſiniſtram Celebrãtis. *Gav. l. ſup. cit.*

Diaconus verò ad cornu Epiſtolæ purificationem miniſtrabit Fratribus tantùm, vel iis, qui de Clero ſunt, non autem laicis ſæcularibus, quibus purificationem dabit aliquis è Clero, cum alio vaſe, aùt vini aùt aquæ. *Gav. & Cær. Ord. ut ſupr.*

Vel, ſi non ſit Communio generalis, vel ſi Diaconus non miniſtret purificationem, aſſiſtet à dextris Celebrantis, dum communicat, & Subdiaconus à ſiniſtris manibus junctis *Corſetus in Prax, Sac. Rit. tract. 2. p. 2. cap. 4. Sect. 2. pag.* 329.

Ubi non fuerint Diaconus, & Subdiaconus parati, duo pocula in Choro ſuper aliquo ſcamno ad hoc ornato, vel ſaltem aliquo linteo cooperto, parentur ad purificationem ſumendam, laicis verò ſęcularibus ut ſupra. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *loc. cit. n.* 5.

Diacono, & Subdiacono communicatis, accedent Cæremoniarius, & Thuriferarii, deindè Ceroferarii, ac etiam alii, ſi qui fortè miniſtrent in albis, cum debitis inclinationibus, & genuflexionibus. *Cær. Ord. ut ſup. n.* 4. *&* 7. *Corſet. loc. cit.*

Quotiès interponenda eſt aliqua mora, donec alii ad Sacram menſam accedant, Celebrans habens quidem præ manibus Pyxidem, non tamen tenens hoſtiam elevatam, revertetur ad Altare, ubi ſtabit conversus

verſus cum miniſtris, donec alii acceſſerint.

Dum autem tranſit ante medium Altaris, nunquam ad illud ſe convertit, nequè cum Miniſtris genuflectit, etiam SS. Sacramento expoſito.

Miniſtris omnibus communicatis, ſuccedent ſeniores fratrum juxta ordinem profeſſionis ſuæ, qui bini, ac bini è Choro egredientes, depoſitis palliis, Sandaliis, manibus junctis, vel in manicis poſitis, cum ſumma modeſtia, inceſſu gravi, & æquali, ad Altare accedent per januam ex parte Evangelii, qui ſimul profunda inclinatione facta, genuflectunt, & poſtea communicati, ſimul iterum profunda inclinatione facta, conſurgunt, genuflectunt, & ad Chorum revertuntur ſimul à parte Epiſtolæ, cum debitis reverentiis. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. n. 4. Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 19. & Corſetus, ut ſup.*

Dum fit Communio, tam Clericorum, quam Laicorum, poſſunt convenienter decantari aliqui Pſalmi, aut Hymni, aut Cantica ſecundum morem locorum, vel organa pulſari. *Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 10.*

Soli communicandi genuflectunt, aliis, de Clero ſemper ſtantibus. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 28. & 29. Bauldr. loc. cit.*

Si qui Sacerdotes communicentur, ſtola utentur de collo pendente, coloris, quantum fieri poterit, tempori convenientis, poſt Miniſtros Sacri Altaris. *Cær. Ord. & Gav. ut ſup. & Rit. Rom.*

Si contingat nonnunquam Epiſcopum

 ad

ſiniſtra mappulam; *ut in Rubr. Miſſ.* 10. *n.* 6. *&* 9. primo ſibi os purificabit, deindè illa miniſtrabit Subdiacono, qui sũpta purificatione, & facta Sacramẽto genuflexione, ſe recipiet ad ſiniſtram Celebrãtis. *Gav. l. ſup. cit.*

Diaconus verò ad cornu Epiſtolæ purificationem miniſtrabit Fratribus tantùm, vel iis, qui de Clero ſunt, non autem laicis ſæcularibus, quibus purificationem dabit aliquis è Clero, cum alio vaſe, aùt vini aùt aquæ. *Gav. & Cær. Ord. ut ſupr.*

Vel, ſi non ſit Communio generalis, vel ſi Diaconus non miniſtret purificationem, aſſiſtet à dextris Celebrantis, dum communicat, & Subdiaconus à ſiniſtris manibus junctis *Corſetus in Prax, Sac. Rit. tract.* 2. *p.* 2. *cap.* 4. *Sect.* 2. *pag.* 329.

Ubi non fuerint Diaconus, & Subdiaconus parati, duo pocula in Choro ſuper aliquo ſcamno ad hoc ornato, vel ſaltem aliquo linteo cooperto, parentur ad purificationem ſumendam, laicis verò ſęcularibus ut ſupra. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *loc. cit. n.* 5.

Diacono, & Subdiacono communicatis, accedent Cæremoniarius, & Thuriferarii, deindè Ceroferarii, ac etiam alii, ſi qui fortè miniſtrent in albis, cum debitis inclinationibus, & genuflexionibus. *Cær. Ord. ut ſup. n.* 4. *&* 7. *Corſet. loc. cit.*

Quotiès interponenda eſt aliqua mora, donec alii ad Sacram menſam accedant, Celebrans habens quidem præ manibus Pyxidem, non tamen tenens hoſtiam elevatam, revertetur ad Altare, ubi ſtabit converſus

verſus

verſus cum miniſtris, donec alii acceſſerint.

Dum autem tranſit ante medium Altaris, nunquam ad illud ſe convertit, nequè cum Miniſtris genuflectit, etiam SS. Sacramento expoſito.

Miniſtris omnibus communicatis, ſuccedent ſeniores fratrum juxta ordinem profeſſionis ſuæ, qui bini, ac bini è Choro egredientes, depoſitis palliis, Sandaliis, manibus junctis, vel in manicis poſitis, cum ſumma modeſtia, inceſſu gravi, & æquali, ad Altare accedent per januam ex parte Evangelii, qui ſimul profunda inclinatione facta, genuflectunt, & poſtea communicati, ſimul iterum profunda inclinatione facta, conſurgunt, genuflectunt, & ad Chorum revertuntur ſimul à parte Epiſtolæ, cum debitis reverentiis. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. n. 4. Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 19. & Corſetus, ut ſup.*

Dum fit Communio, tam Clericorum, quam Laicorum, poſſunt convenienter decantari aliqui Pſalmi, aut Hymni, aut Cantica ſecundum morem locorum, vel organa pulſari. *Bauldr. p. 3. cap. 11. Art. 10.*

Soli communicandi genuflectunt, aliis, de Clero ſemper ſtantibus. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 28. & 29. Bauldr. loc. cit.*

Si qui Sacerdotes communicentur, ſtola utentur de collo pendente, coloris, quantum fieri poterit, tempori convenientis, poſt Miniſtros Sacri Altaris. *Cær. Ord. & Gav. ut ſup. & Rit. Rom.*

Si contingat nonnunquam Epiſcopum

Digitized by Google

ad Sacram communionem accedere, communicabit ſolus ante Miniſtros Sacros. *Bauldr. ut ſup. & Beavv. mox. cit.*

Si qui ſæculares petant communionem, Celebrans eos communicabit ad cancellos extra Præsbyterium, Diacono, & Subdiacono, ut ſuprà aſſiſtentibus, Acolytho interim miniſtrante purificationem. *Gav. loc. cit. Cær. Ord. Min. & Rit. Rom.*

Omnibus communicatis, Celebrans redit ad Altare, Miniſtris anteriores ejus veſtes, ubi opus erit, elevantibus, tenens digitos, quibus miniſtravit Sacramentum, junctos, & ſupra Pixidem, vel Patenam, quam ſtatim reponet ſuper corporale, advertens nè quid fragmenti digitis remaneat, illos excutiendo; Deindè Diaconus operit Pyxidem, genuflectit, & reponit intrà Tabernaculum, genuflexo interim Celebrante in ſuperiori gradu, & poſt eum Subdiacono, & aliis circà Altare. *Gav. tract. 2. p. 2. tit. 10. ut ſup. n. 32.*

Repoſitaque à Diacono Pyxide in Tabernaculo, & clave obſerato, genuflectit, & ſurgit conſurgentibus pariter Celebrante cum Subdiacono, & aliis Miniſtris. *Ibid.*

Poſteà Diaconus reponit calicem in medio Altaris ſuper corporale, genuflectit, & vadit ad ſiniſtram Celebrantis ad partem Evangelii, ubi aſſiſtit ut prius; Subdiaconus verò accedens ad dexteram Celebrantis in cornu Epiſtolæ, calicem diſcooperit, & miniſtrat purificationem, ut ſuprà dictum eſt; Celebrans autem dicit in medio Altaris;

ris; *Quod ore ſumpſimus Domine, &c.* & ſe purificat, ut in *Rubr.* 10. *n.* 5. 6. *&* 9.

Celebrans nullam hic dabit communicatis benedictionem, in fine miſſæ daturus. *Gav. ut ſup.*

Si autem veteribus particulis diſtributis, aliæ remanſerint ſuper corporale, Celebrans ipſe, priùs eas reponit intrà Pyxidem, genuflectens antè, & poſt; deinde Diaconus eam cooperit, & recondit intrà Tabernaculum; ut ſupra.

Quod ſi particulæ ſuperſint, & non poſſint intrà Tabernaculum commodè reponi, Celebrans eas ſumet antequam ſe purificet, nihil dicens, nec ſe ſignans. *Beauv. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 26. §. 1.

Si purificanda ſit Pyxis, purificetur antè purificationem calicis, infuſo tamen priùs vino in calice, hoc modo: Colliguntur diligentiſſimè omnia fragmenta in fundo Pyxidis cum indice manus dextræ, & conſumuntur eodem digito cum fragmento linguæ admoto, vel admotò ore ad labium Pyxidis; itaùt nullum fragmentum remaneat; poteſt deindè parvum vini infundi, & eo circumactò, & interiori parte Pyxidis indice abſterſa, vinum ſumi, vel infundi in calicem, & Pyxis purificatorio exſiccari. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 12. *n.* 1. *Tonel. in Sacr. Ench. lib.* 2. *tit.* 10. *& Gav. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *n.* 23.

Si quæ particulæ conſecratæ remaneant in Altari, Celebrans, & Miniſtri debitas genuflexiones obſervabunt, ut dictum in

Miſſa *est*

Miſſa Solemni coram Sanctiſſimo Sacramento expoſito. *Rubr. Miſſ.*

Advertant Miniſtri, nè patenam teneant ſub mento communicantium, quod ad Epiſcopos tantùm attinet. *Gav. ut ſup.*

Hoc eodem modo, quandò diebus Dominicis, aùt aliis feſtis, & ubi non parentur Miniſtri, communio fit in Miſſis, procedendum erit, exceptis, quæ de Miniſtris ſunt dicta. *Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 4. num. 25.*

Communione peracta, Acolythi ſurgunt, & cum debitis reverentiis, & genuflexionibus linteum deferunt ad Credentiam; deindè alter eorum defert, & porrigit ampullas Subdiacono, ut ſupra dictum eſt, pro purificatione Celebrantis; Ceroferarii verò redeunt in Sacriſtiam cum facibus.

De poſt Communione, & aliis uſque ad finem Miſſæ Solemnis. Cap. XIV.

POſt ablutionem Celebrantis, Diaconus ſtans à parte Evangelii, defert ambabus manibus Miſſale clauſum, cùm cuſſino ad cornu Epiſtolæ, genuflectens in medio Altaris, & librum aperit in folio, ubi eſt antiphona, quæ dicitur *Communio*, quam præoſtendit Celebranti, ibiq; manet à dextris, dùm Celebrans eam legit; qua lecta, recedit poſt illum in ſuo loco, & ſtatim procedit cùm eo ad medium Altaris, ubi ſtat versùs ipſum, dùm Celebrans versùs Populum dicit: *Dominus vobiſcum*; tùm redit

Digitized by Google

ad cornu Epiſtolæ, ubi etiam ſtat manibus junctis uſque ad finem orationis, niſi vertenda ſint folia. *Bevvais ſup.* §. 7. *n.* 1. *cap.* 13.

Subdiaconus verò, ampullis Acolytho redditis, pergit ad cornu Evangelii, facta in medio ſuper infimùm gradum genuflexione, cedens ſuperiorem gradum Diacono tranſeunti cùm Miſſali; & ibi purificatorio extergit Calicem, & exterſum cooperit eodem purificatorio, patena, & palla; plicat corporale, reponit intrà burſam, tegit Calicem velo parvo, ſuper ponit burſam, & anteriorem veli partem ſuper oram burſæ (ex parte, qua aperitur) replicat decenter componens; deindè ipſe Subdiaconus, & non alius, Calicem defert ad Credentiam ſolus, via longiori, genuflectens priùs in medio; & illum collocat in medio, & partem anteriorem veli, quę erat revoluta ſuper burſam, explicat antè Calicem, ità ut omninò tegatur in parte anteriori, ut initiò Miſſæ, quòd ſi non ſit Credētia, Calicē collocabit in medio Altaris, eodem modo, quo ſuprà dictum eſt. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 25. *&* *cap.* 10. *n.* 11. *&* *cap.* 27. *n.* 27. *Gav. in Ep. tr.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *n.* 13. *&* *Tonel. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 10. *Ex rub. Miſſ.* 11. *n.* 3.

Collocato Calice à Subdiacono ſuper credentiam, abſque ulla genuflexione, (niſi expoſito Sanctiſſimo Sacramento) redit ad Altare poſt Diaconum in cornu Epiſtolæ. *Rubr. Miſſal. loc. cit. & DD. ut ſup.*

Si autèm Subdiaconus, non omnia compleſſet circà Calicem antè orationem, quòd debet ſaltem antequam dicatur, *Ite Miſſa eſt*,

Digitized by Google

eſt, perget nihil ominus in opere, nec poſt Celebrantem revertetur, quin prædicta omnia compleverit. *Ex Rubr. Miſſal. cit. n. 3. Beavv. §. ſup. cit. n. 2.*

Interim Celebrans, lecta ommunione ex libro, vadit ad medium Altaris, dicit *Dominus vobiſcum*, & *orationes*, ut initio miſſæ.

Si dicendum ſit, *humiliate capita veſtra Deo*, dicto per Celebrantem *Oremus*, Diaconus ſtans in eodem cornu Epiſtolæ, convertit ſe ad populum, ſcilicet per latus ſuum deſtrum, nulla facta genuflexione, & illud cantabit junctis manibus, tùm ſe convertit ad Altare per eamdem viam, & ad orationem ſequentem ſtabit in eodem loco poſt Celebrantem, dùm eam dicit. *Rub. Miſſal. 11. n. 3. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 27. n. 4.*

Orationibus finitis, dùm dicitur concluſio, Diaconus accedens ad dexteram Celebrantis, claudit librum manu dextera, ità ut pars clauſa, ideſt pars foliorum, reſpiciat cornu Evangelii, *Cær. Ord. Min. p. & cap. cit. n. 2. Tonel. lib. 2. tit. 11. & Gav. in epit. tract. 1. p. 2. tit. 11. n. 3.*

Quando autem aliud Evangelium peculiare in fine legendum eſt, Diaconus librum non claudit, ſed relinquit apertum, & finita concluſione orationis, Celebrans cùm Miniſtris redit ad medium Altaris, quòd oſculatur, ut priùs, & cùm dixit: *Dominus vobiſcum* versùs populum, remanet ibidèm junctis manibus, donec Diaconus cantaverit: *Ite Miſſa eſt*, quòd non debet ipſe Celebrans dicere. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 3.*

Gav.

Gav. loc. cit. n. 4. *Rub. Miſſal.* 11. *n.* 3.

Diaconus reſponſo per Chorum, *& cum ſpiritu tuo*, factaque genuflexione, faciem ſimilitèr vertit ad populum, & junctis manibus, ac oculis demiſſis cantat: *Ite Miſſa eſt*, & abſque ulla inclinatione, ſtatim ſe convertit ad Altare, pro ut Celebrans; *Rubr. Miſſal. & Gav. loc. cit. ac Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 13.

At Sanctiſſimo Sacramento expoſito, parumper ſecedit ad cornu Evangelii, ad *Ite Miſſa eſt*, vertens tantùm latus ſiniſtrum, & non terga. Quòd ſi dicendum eſt *Benedicamus Domino*, aùt *Requieſcant in pace*, non ſe vertit verſus populum, ſed eum cantat manibus junctis in ſuo loco, facie verſa ad Altare. *Rubr. Miſſal. & Beavv. loc. cit. n.* 3.

Poſt *Ite Miſſa eſt*, Celebrans, & Diaconus non perficientes circulum, vertunt ſe ſimul ad Altare per latus Epiſtolæ. Celebrans verò dicit: *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.* & ubi Chorus reſponderit *Deo gratias*. Diaconus, & Subdiaconus genuflectunt in ſecundo gradu, primus in cornu Epiſtolæ, alter à cornu Evangelii in æquali diſtantia. tùm Celebrans vertens ſe ad populum, eo modo, quo in miſſis privatis, ſemel tantùm benedicit populo. Tunc omnes Miniſtri genuflexi, & alii omnes, ſe ſignant à fronte ad pectus. *Gav. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 13. *& Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 12. *n.* 8.

Si aliud Evangelium dicatur, quàm *In principio, &c.* Subdiaconus poſt dictum à Diacono, *Ite Miſſa eſt*, facta genuflexione

ubi

ubi eſt, accedit ad librum, eumque clauſum, ſumit, & accepta benedictione, cùm genuflexione in medio, non tamen ſe ſignans, librum apertum deponit ad cornu Evägelii; ità ùt pars inferior Altare tangat, ibique Celebranti miniſtrat, ut ad primum Evangelium; Diaconus verò ſtat quaſi medius inter Celebrantem, & Subdiaconum, aliquantò poſt Celebrantem, ibiquè omnes ſe ſignant initio Evangelii, & genuflectunt ad *Verbum Caro factum eſt*, vel quid ſimile, prædicti tres verſus librum, & non versùs Crucem, aut versùs Sacramentum, (niſi ſit expoſitum.) *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 13. *&* 14. *& Gav. loc. cit. n.* 9. *ac Beavv. ut ſup. n.* 4.

In fine verò reſpondetur, *Deo gratias* à Diacono, & liber clauditur. *Cær. Ord Min. p.* 2. *cap.* 27. *n.* 2.

In fine Evangelii, genuflexione facta ad *Verbum Caro factum eſt*, vel, ſi aliud Evangelium legatur, circa finem, Acolythi ſumunt de Credentia Candelabra ſua, & cum debitis inclinationibus, & genuflexionibus ſe collocant hinc indè in plano, ut in principio Miſſæ. *Cær. Ord. Min. & Gav. loc. cit.*

Finito Evangelio, Celebrans medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris, ſtans in medio Altaris, facit cùm eis Cruci inclinationem, deindè deſcendit cùm eiſdem in planum antè gradus, sic, ut Celebrans, & Subdiaconus vertant ſe per latus ſuum dextrum, Diaconus verò per, ſiniſtrum; tùm Celebrans, & Sacri Miniſtri cùm omnibus aliis, facta ſuper infimum gradum

dũ cũ debita reverentia, vel genuflexione, tegunt caput, & præcedentibus Ceroferariis cùm Candelabris, ordine, quo venerunt, revertuntur in Sacriſtiam, ubi ſtantes hinc indè, tranſeunti per medium eorum Celebranti, nudo capite, debitam faciunt reverentiam, qui eos capitis inclinatione reſalutat; profundam deindè faciunt Cruci, vel Imagini principali inclinationem, & intèr ſeipſos mediocrem. *Beavvais §. cit. num. 5. & 6.*

Deindè Miniſtri Sacri ipſum Celebrantẽ in paramentis deponendis juvant hìnc indè, & ea paramenta, quæ initio Miſſæ oſculatus eſt, etiam ei oſculanda porrigunt; Ceroferarii verò, depoſitis Candelabris, & candelis extinctis, eoſdem Miniſtros exuentes ſe, adjuvant; & Thuriferarius interim reversùs ad Altare, extinguit Cereos. *Beavv. loc. cit.*

De Miſſa, quæ cantatur ſinè Miniſtris Sacris. Cap. XV.

IN Eccleſiis Minoribus, & etiàm Majoribus, quæ ſufficientes non habent Miniſtros, Miſſa ſinè Diacono, & Subdiacono, ſed cùm Acolytho, etiàm diebus Dominicis, & aliis feſtis cantari poterit; & tùnc Celebrans Calicem, & Acolythus librum deferre poterunt, cùm ad Altare acceſſuri ſunt, vel utrumque in eodem Altari, & non ſupèr Credentiam; dùm dicitur *Tertia*, præparari, ac ſaltem quatuor candelæ

ſub

Digitized by Google

ſub finem *Tertiæ* accendendæ erunt. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 12. n. 1.*

Si autèm facienda ſit aſperſio aquæ benedictæ, cùm vaſculo, & Aſpergillo præcedet Acolythus, & Celebrans ſequetur Pluviali; vel ſaltèm ſtola in modum Crucis ſupèr Alba indutus. *Id. loc. cit.*

Cantat clara voce Celebrans in hac Miſſa, *Gloria in Excelſis*, *Orationes*, *Evangelium* ad cornu Evangelii, *Credo*, *Dominus vobiſcum*, & *Oremus* antè offertorium, *Præfationem*, *Pater noſter*, *Per omnia*, & *Pax Domini*, *Dominus vobiſcum*, *Ite Miſſa eſt*, vel *Benedicamus Domino*, & *Requieſcant in pace*, reliqua ſubmiſſa voce legit, Acolytho reſpondente, ubi Chorus non reſpondeat. *Id. loc. cit. num. 2. & Rub. Miſſal. 6. num. 8.*

Epiſtolam verò cantabit Acolythus in loco conſueto, qui in fine non oſculabitur manum Celebrantis. *Rub. Miſſal. cit.*

Celebrans dicit *Kyrie eleiſon* in cornu Epiſtolæ, ut in aliis Miſſis Solemnibus. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 2. Gav. p. 2. tit. 7. & Baul. p. 3. cap. 7. tit. 4.*

Celebrans autem thurificabit Altare, Acolytho, ſeù Thuriferario Miniſtrante, non in principio Miſſæ, ſed ſolùm ad Evangelium, & poſt offertorium. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 3. Pollac. in Aphor. p. 2. Cærem. 1. pag. 121. & 128. & Bauldr. p. 2. cap. 5. art. 5.*

Ad Elevationem verò Sanctiſſimi Sacramenti; incenſum imponit in Thuribulo Acolythus abſquè benedictione, & Thurificat Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domi-

Domini Noſtri *Jeſu Chriſti*, ſcilicet, cùm Celebrans adorat, cùm elevat, & deponit, cùm profunda inclinatione antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. & Pollac. loc. cit.*

Advertendum eſt, quòd in hac Miſſa Acolythus ad *Kyrie eleiſon*, ſtat ad dexteram Celebrantis in cornu Epiſtolæ, & non genufléctit niſi ad Confeſſionem, elevationem Sanctiſſimi Sacramenti, & ad Comunionem, ideſt à *Domine non ſum dignus* incluſivè, uſquedum fuerit opus miniſtrandi ampullas, & ad benedictionem in fine Miſſæ. *Cær. Ord. Min. ut ſup.*

Si autèm danda ſit Pax, Acolythus genuflexus in loco conſueto, eam accipiet à Celebrante cùm inſtrumento pacis, & cùm eodem inſtrumento illam ad Chorum, deferet cùm velo, ut ſuo loco dictum eſt. *id.*

In hac Miſſa Celebrans ſedere poteſt ad *Kyrie*, *Gloria*, *Credo*, *& alia*, ut in Miſſa Solemni. *id.*

Ad Elevationem Sanctiſſimi Sacramenti poterunt deferri duo intortitia, ſi adſint qui deferant, præter Acolythum neceſſariũ, quæ extinguuntur, ut ſuprà dictum eſt.

In Miſſis pro Defunctis eadem ferè ſunt obſervanda, omiſſis omittendis. *Cær. Ord. Min. loc. ſupr. cit. num. 5.*

De Miſſa Solemni coram Prælato in locis ſuæ juriſdictionis. Cap. XVI.

QUandò Prælatus Miſſæ per alium Solemnitèr celebrandæ intererit in locis

cis ſuæ juriſdictionis, hęc erunt obſervanda, modo ſit ſaltem in Rocchetto, & Mozetta.

Præparabitur in cornu Evangelii, ſi commodè poſſit, genuflexorium, & ſupèr illud tapes cùm pulvino amplo, & propè illud Faldiſtorium violacei coloris.

Cùm Celebrans, & Miniſtri ingreſſi fuerint Præsbyterium, ſi jam Prælatus præſens fuerit, caput detegunt, & ſi contingerit antè illum tranſire, profundam inclinationem illi facient.

Cùm pervenerint ad Altare, facta ei debita reverentia, Celebrans retrahit ſe versùs cornu Evangelii ad ſiniſtram Prælati paulò poſt eum; Diaconus verò, & Subdiaconus ſtant à ſiniſtris Celebrantis, non collaterales, ſed paulò poſt eum. *Beav. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 20.

Quandò Prælatus accedit ad medium Altaris, Celebrans, & Miniſtri profundè ſe inclinant versùs illum, & cùm eo ad Altare genuflectunt. *Id. loc. cit.*

Tùm Prælatus dicit, *In nomine Patris*, &c. & cum eo ſe ſignant, ac reſpondent tàm Celebrans, quàm Miniſtri, & ad eum ſe vertunt dicentes ad Confiteor, *Tibi Pater*, & *te Pater*; tùm facta per Epiſcopum Confeſſione, uſquè ad *Indulgentiam* incluſivè, recedit facta prius Altari debita reverentia, cui Celebrans, & Miniſtri profundè ſe inclinant; poſteà Celebrans mediùs intèr Miniſtros Sacros proſequitur reliqua de more; deindè aſcendunt ad Altare, ubi Celebrans poſtquam dixerit: *Aufer à nobis*, &c. oſculato Altari,

Digitized by Google

tarii, ibidèm ſtans remanet, & Subdiaconus à ſiniſtris illiùs; Diaconus verò à dextris facta genuflexione Altari cùm Thuriferario, accedunt ſimùl ad Epiſcopum, cui Diaconus profundam inclinationem facit, & Thuriferarius à ſiniſtris illiùs genuflectit; deindè Prælatus ponit incenſum in Thuribulo, miniſtrante Diacono naviculam, cùm debitis oſculis, & Thuriferario Thuribulum: offerens autem cochlear dicit. *Benedicite Pater Reverendiſſime*, vel ſi ſit Cardinalis dicit *Eminentiſſime*.

Impoſito autèm, & benedicto incenſo, recedunt factis debitis reverentiis, *ut ſup.*

Deindè Diaconus redit ad dexteram Celebrantis, ubi facta genuflexione, ſuſcipit de manu Thuriferarii Thuribulum, & prębet Celebranti cùm ſolitis oſculis, qui incenſat Altare more ſolito: poſteà incenſatur à Diacono duplici ductu, advertens, nè terga vertat Prælato. Poſtremò ipſe Prælatus incenſatur triplici ductu ab eodem Diacono, factis debitis reverentiis antè, & poſt incenſationem. *Ex Rubr Miſſal.*

Quoties Acolyti tranſeunt antè Prælatum, genuflectunt versùs illum; Miniſtri verò Sacri profundam faciunt inclinationem. *Beav. loc. cit. ex Cær. Epiſc.*

Subdiaconus Epiſtolam cantaturus, facta priùs Altari genuflexione, convertit ſe ad Prælatum, illiquè profundè inclinatur, poſteà vadit ad locum, in quo cantari ſolet Epiſtola; qua finita, & facta iterum genuflexione Altari, redit ad Prælatum, & genufle-

nufleĉtens oſculatur ejus manum, & ab eo benedicitur, & facta ei profunda inclinatione recedit. *Beav. loc. cit.*

Diaconus tempeſtivè delato libro supèr Altare, & facta genuflexione, comite Cæremoniario, accedit ad Epiſcopum, ubi genuflexus oſculatur ejus manum; tùm reversùs ad Altare, genuflexus dicit: *Munda cor meum, &c.*

Thuriferarius verò accedit ad Epiſcopū cùm Cæremoniario, ubi Epiſcopus ponit, de more, Thus in Thuribulum, Miniſtrante Præsbytero Aſſiſtente, Naviculam; deindè cùm debitis reverentiis redit ad Diaconum.

Interìm Ceroferarii accipiunt de Credentia candelabra, & collocant ſe in medio retro Subdiaconum, & Thuriferarius poſt eos. Dicto per Diaconum, *Munda cor meum, &c.* ipſe librum accipit de Altari, quem tenens àntè pectus clauſum, deſcendit infrà gradus, ubi cùm Subdiacono à ſiniſtris genuflectit Altari, & omnes pariter cùm eo, & accedunt ad Epiſcopum; ubi verò pervenerint àntè Prælatum, Diaconus propriùs accedit, & genuflectit antè illum, & omnes ſimùl cùm illo, petit benedictionem dicens, *Jube domne benedicere*, nèc oſculatur illiùs manum, ſed ſurgit, & omnes ſimùl procedunt ad locum Evangelii, factis primò debitis reverentiis. *Beav. ut ſup.*

Si abſit Præsbyter Aſſiſtens, ipſe Diaconus miniſtrat incenſum, & oſculatur manum Epiſcopi, ut in aliis Miſſis.

Si ſedes Epiſcopi fuerit in cornu Evangelii,

gelij, Subdiaconus tenens librum, ne terga vertat Prælato, convertet ſe omninò verſus Altare, cæteri verò in ordine ſuo.

(Finito Evangelio) Subdiaconus defert librum oſculandum Prælato ſinè ulla reverentia præcedenti, ſed oſculato libro, ſtatim claudit illum, & profundam inclinationem facit Prælato, ac recedit.

Tum Diaconus accepto thuribulo, ter incenſat Prælatum cum profunda inclinatione antè, & poſt, Celebrans verò non incenſatur. *Rubr. Miſſal. & Beavvais loc. ſup. cit.*

Ceroferarii, finito Evangelio, cùm debitis reverentiis deponunt candelabra ad Credentiam, ut alibi dictum eſt.

Deindè Miniſtri redeunt ad Altare: & dicto per Celebrantem, oremus, Subdiaconus defert Calicem ad Altare more ſolito.

Poſtquam autem Diaconus infundet vinum in calicem, Subdiaconus in cornu Epiſtolæ ſtans, prò benedictione aquæ elevat ampullam verſus Epiſcopum dicens; *Benedicite Pater Reverendiſſime*, vel *Eminentiſſime*, caput profundè inclinans, & benedictione data à Prælato, infundit aquam de more.

Oblatione Calicis facta, & Subdiacono Patennam tenente, Diaconus cum Thuriferario accedit ad Prælatum, qui imponit, & benedicit incenſum, ut in Principio Miſſæ; poſteà redit ad Celebrantem, qui incenſat oblata, & Altare more ſolito: deindè ipſe incenſeatur duplici ductu, tum Epiſcopus triplici; eo modo quo ſupra dictum eſt; deniquè

M

niquę incenſatur Chorus, & Miniſtri, &c. *Cær. Epiſc. & Beavv. vtſup.*

Dicto *Agnus Dei* ad Altare, Diaconus accepto inſtrumento Pacis, genuflectit ad dexteram Celebrantis, qui dicta prima oratione, dat ei pacem de more, & oſculatur inſtrumentum; Diaconus deindè dat pacem Subdiacono, qui recepta pace, & accepto inſtrumento, defert oſculandum Prælato, nullam antèa faciens reverentiam, ſed poſt datam pacem, profundè illi inclinatur. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 24.*

Celebrans dicto, Placeat &c. & oſculato Altari, deſcendit in ſecundo gradu ad cornu Epiſtolæ, & Diaconus, & Subdiaconus a ſiniſtra illius unus poſt alterum, omnes ſtantes verſi ad Prælatum, quandò dicit, *Sit nomen Domini Benedictum, &c.* quandò verò incipit, *Benedicat vos &c.* Solus Celebrans profundè inclinat, miniſtri genuflectunt in locis ſuis: Acolythi autem, & Cæteri de Choro, ſtatim atquè incipit *Sit nomen Domini, &c.* genuflectunt in locis ſuis verſi ad Prælatum. *Beav. vt ſup. nu.* 15.

Data benedictione omnes ſurgunt, & Celebrans, cum Miniſtris, facta genuflexione in medio Altaris, dicit Evangelium in loco ſolito.

Celebrans, finito vltimo Evangelio, adhuc ſtans in cornu Evangelii cum Miniſtris, converſus ad Prælatum facit illi profundam reverentiam, nec redit in Sacriſtiam, niſi poſtquam Prælatus diſceſſerit, ſed ſi fecerit longam moram, decet, ut Celebrans

lebrans

lebrans cum Miniſtris deſcendens in planũ, factaque Altari genuflexione, & Prælato inclinatione, redeat in Sacriſtiam eo modo, quo ſupra in fine Miſſæ Solẽnis dictũ eſt.

Si autem adſint Cæremoniarius, & Præſbyter Aſſiſtens, ſervabunt quod pertinet ad eorum officium; & ſic de cæteris, quia non omnia apponuntur in hac Miſſa, brevitatis cauſa.

De Miſſa Solemn. Miniſtri Generalis Ordinis Minorum. Cap. XVII.

QVandò Miniſter Generalis ſit in aliquo Solemniori feſto Miſſam Solemniter celebraturus, præter ea, quæ ad Miſſam ſolemnem communiter præparantur ſuper Credentia, bacile etiam cum urceolo parandum erit, & ſex intortitia, vel ſaltem quatuor pro elevatione Sanctiſſimi Sacramenti *Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 11. *n.* 1.

Inſuper aſſiſtens dabitur ei aliquis ex Patribus inſignibus, qui ſe geret, & miniſtrabit, vt in cap. de Præsbytero Aſſiſtente dictum eſt, & ad benedictionem incenſi, & aquæ in offertorio dicatur: *Benedicite P. Reverendiſſime. Cær. Ord. ut ſup. n.* 11.

Ad lavandas manus poſt incenſationem, & communionem, Cæremoniarius per Acolyhos curabit bacile portandum cum urceolo, qui accedet ad Celebrantem, eique facta genuflexione, aquam deindè ſtans effundet, & facta iterum genuflexione, reportabit ad credentiam; Ceroferarij verò

genuflexi ſuper ſecundo gradu mappam extendent, Celebranti eam porrigent, & recipient cum debitis oſculis, & reverentiis, factaque rurſus genuflexione, revertentur ad Credentiam. Alia ſervabuntur, ut in Miſſa Solemni dictum eſt. *Cær. Ord. Min. ſup. cit. nu.* 13.

Nota, quod juxta *Cær: Epiſc.* quater in Miſſa Solemni lavat manus; Primò antequam capiat paramenta; Secundò ſtatim poſt lectum offertorium; Tertiò poſt incenſationem oblatorum; Quarto, & ultimò poſt communionem. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 11.

De prima Miſſa Solemni novi Sacerdotis. *Cap. XVIII.*

SAcerdos primā Miſsā celebraturus incipit officium à primis veſperis uſquè ad Completorium ſequentis diei incluſive. *Beavv. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 19. *nu.* 2.

Veſperæ, & Major Miſſa Solemniter decantabuntur cum pretioſioribus ornamentis coloris diei convenientibus. *Id. ut ſup. num.* 2.

Ad Veſperas, & ad Miſſam aderunt Preſbyter Aſſiſtens Alba, & Pluviali indutus, & Magiſter Ceremoniarum indutus Cotta, qui novum Sacerdotem prudenter monebunt de rebus faciendis, quorum munus ſuo loco declaratur. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 1. *& cap.* 7. *n.* 12.

Finita hora, quæ Miſſam præcedit, omnes

nes parati, è Sacriſtia procedunt ad Altare ſicut in diebus feſtivis, & ut pervenerint ad illud, genuflectunt; ſtatim Ceroferarij deponunt Candelabra ad Credentiam, & genuflectunt cum thuriferarijs, unuſquiſque in ſuo loco; Celebrans verò cum Miniſtris genuflectit ſuper infimum gradum.

Interim omnibus de Choro, & alijs genuflexis ſolemniter decantabitur hymnus: *Veni Creator Spiritus*, vel ſaltem dicet Celebrans cum Miniſtris, & in fine dicto verſu, dicet orationem; Poſteà erectis omnibus incipietur Miſſa. *Beavv. vt ſup. n. 5.*

In fine verò Miſſæ (ſi ità videbitur) cantabitur: *Te Deum laudamus* ſolemniter, prò gratiarum actione, cum ſua oratione.

****
***
**
*

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Miſſa Privata.

LIBER QVARTVS.

De ijs, quæ pertinent ad Miſſam privatam, & primò de præparatione Sacerdotis celebraturi. Cap. I.

SAcerdos Miſſam celebraturus, prævia Confeſſione Sacramentali, quandò opus eſt, & ſaltem Matutino cum Laudibus abſoluto, orationi aliquantulum vacet, & orationes inferius poſitas prò temporis opportunitate dicat. Deindè accedit ad locum in Sacriſtia, vel alibi præparatum, ubi paramenta, aliaque ad celebrationem neceſſaria habentur: accipit Miſſale, perquirit Miſſam, perlegit, & ſignacula ordinat ad ea, quæ dicturus eſt.

Poſteà lavat manus, dicens orationem inferius poſitam. Deindè præparat Calicē, qui debet eſſe vel avreus, vel argenteus, aut ſaltem habere cuppam argenteā intus inauratam, & ſimul cum Patena itidem inaurata, ab Epiſcopo conſecratus: ſuper ejus os ponit purificatorium mundum, & ſuper illud Patenam cum Hoſtia integra, quam leviter extergit, ſi opus eſt, à fragmentis, & eam teget parua palla linea, tum velo ſerico: ſuper velo ponit burſam coloris paramento-

mentorum, intus habentem Corporale plicatum, quod ex lino tantum eſſe debet, nec ſerico, uel auro medio itextum, ſed totum album, & ab Epiſcopo vel alio habente facultatem, ſimul cum palla benedictum. Rubr. *Miſſ.* 1. *de Rit. Sern. in celebr. Miſs. num.* 1.

Notationes.

SAcerdos Miſſam celebraturus, ſi confiteri indigeat, confiteatur antequam ſacris veſtibus induatur. *Gav. Ep. tr.* 1. *p.*2. *tit.*1.

Si verò aliqua de cauſa confiteatur poſt ſacras veſtes indutas, Planetam deponat, quod decentius fiet deponendo etiam ſtolam. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 19. *n.* 1.

Orationes cū Pſalmis ad præparationem ordinatis pro oportunitate dicet; & Antiphonam *Ne reminiſcaris*, in Duplicibus, & in Miſſis, quæ celebrantur ritu *Duplici*, ſcilicet cum unica oratione, ſiuè ſint votiuæ prò re graui, ſivè pro Defunctis duplicabit; quamuis, quandò celebranda eſt Miſſa de *Requiem*, Antiphona, & Pſalmi omitti poſſint, at ſi dicantur, debet in fine Pſalmorum dici *Gloria*, & tempore Paſcali addi antiphonæ *Alleluia*: ſicuti etiam dici debet *Gloria Patri tempore Paſſionis*, excepto ultimo triduo: ratiò horum eſt, quia hujuſmodi preces officium, non Miſſam ſequuntur. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 1. & *Gav. ut ſup.*

Miſſam omninò perquirat, ipsãque prælegat antequam manus lavet. *Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Digitized by Google

Gav. loc. ſup. cit. n. 4., & Alcoc. tr. 2. pag. 83.

Dum præparat Calicem, Burſam ità ſuper ipſum aptat, ut ejus pars aperta reſpiciat Celebrantem, intra quam omninò includit Corporale, quod extrà Burſam deferre non licet. *Bauldr. loc. cit.*

Accomodato Calice, ſuper quem nihil ponet, velum ſuper Burſam, ab anteriori parte, revoluet; ſed ſi perſpicillis utatur, ponere poterit ſuper Burſam, & tegere velo, quod ſuper ipſam plicabit. *Tonel. lib. 2. tit. 1.*

Videat ampullas vini, & aquæ, ut certus ſit de debita materia, nè poſteà in Miſſa aliquid error e veniat. *Poll. in Aphor. p. 1. Cær. 3. pag. 14. & Marc. Corn. Ep. in Doc. Miſſ. n. 1.*

Quomodo Sacerdos accedere debeat ad Sacra indumenta. Cap. II.

2 QUibus ità diſpoſitis, ut ſupra dictum eſt, accedit ad paramenta, quæ non debent eſſe lacera, aut ſciſſa, ſed integra, & decenter munda, ac pulchra, & ab Epiſcopo item, vel alio facultatem habente, benedicta ubi calceatus pedibus, & indutus veſtibus ſibi convenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat: induit ſe ſi ſit Prælatus ſecularis, ſupra rochettum, ſi ſit Prælatus Regularis, vel alius Sacerdos ſæcularis, ſupra ſuperpelliceum, ſi commodè haberi poſſit, alioquin ſine eo, ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas orationes inferius poſitas! *Rubr. Miſſ. 1. de Rit. Serv. loc. n. 2.*

Nota-

Digitized by Google

Notationes.

SAcerdos antequam ſe indvat Sacris veſtibus, crepidas in pedibus accipere debet *Boſaſc. de Myſt. Miſs. cap.* 11. *pag.* 81. *&* *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 85. Niſi jam mundis calceis ſit calceatus. Sed nunquam nudis pedibus. *Pollac. in Aph. p.* 1. *Cær.* 3. *pag.* 16.

Si ſuperpelliceo ſit indutus, illud non deponat Sacras ueſtes induturus: ſed hoc intelligitur ſolum de Præsbiteris ſæcularibus *ut patet in Rubr. Miſſ.*

Orationes, quæ dicuntur ad ſingula paramenta, uoce omninò ſubmiſsa dicet. *Bavldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 1.

Si aliqua de cauſa induere ſe debeat ad Altare, paramenta induat in cornu Evangelii, non in medio, niſi ſit Epiſcopus, Cardinalis &c. *Arnaud. Epit. Gav. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 1. *n.* 16. *&* 17.

Caveat Sacerdos, dum induit Sacras veſtes, nè cum alijs confabuletur, vel deambulet per Sacriſtiam: ſed potiùs in ſe collectus, mentem habeat elevatam ad Miniſterium, quod eſt peracturus. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 7. *nu.* 1. *&* *Marc. Corn. in Docum. Miſſ. n.* 1.

Advertat etiam Sacerdos, quod debet eſſe jejunus à media nocte, ad hoc ut celebrare poſſit, quibuſdam caſibus exceptis: ut fusè videre eſt apud *Toncl. lib.* 1. *cap.* 1.

Inſuper notandum eſt, quod Miſſa privata dici poteſt ab avrora uſquè ad meridiem *Ex Rubr. Miſſ.*

Digitized by Google

Regulares verò ex priuilegio *Greg. XIII.* occaſione itineris, aſiavè de cauſa cum licentia ſuorum Superiorum, etiam tacita, & probabiliter præſumpta celebrare poſſunt tribus horis antè ſolis ortum, & *ex Alex. VI.* cum ſupradicta licentia celebrare poſſunt duabus horis poſt matutinas horas, & *ex Eugen. IV.* celebrare poſſunt tribus horis poſt meridiem, aut ſaltem uſque ad Nonam. *Boliaſc. de Myſt. Miſſ. p. 1. cap. 2. pag. 33.*

Quomodo Sacerdos ſe induere debeat Sacras ueſtes. Cap. III.

3 AC primùm accipiens Amictum circa extremitates & cordulas, oſculatur illud in medio, ubi eſt Crux, & ponit ſuper caput, & mox declinat ad collum, & eo veſtium collaria circumtegens, ducit chordulas ſub brachiis, & circumducens per dorſum, antè pectùs reducit, & ligat. Tum Alba induitur, caput ſubmittens, deindè manicam dextram brachio dextro, & ſiniſtram ſiniſtro imponens. Albam ipſam corpori adaptat, elevat antè, & à lateribus hinc indè, & Cingulo per Miniſtrum à tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Miniſter elevat Albam ſuper Cingulum circumcirca, ut honeſtè dependeat, & tegat veſtes; ac ejus ſimbrias diligenter aptat, ut ad latitudinem digiti, vel circiter ſuper terram æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulum, oſculatur Crucem in medio, & imponit brachio ſiniſtro.

Deindè

Deindè ambabus manibus accipiens ſtolam, ſimili modo deoſculatur, & imponit medium ejus collo, ac tranſverſando eam antè pectus in modum Crucis, ducit partem à ſiniſtro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentem ad ſiniſtram. Sicquè vtramque partem ſtolæ extremitatibus Cingvli hinc indè ipſi Cingulo coniungit: poſtremò accipit Planetam. *Rubr. Miſſ. 1. de Rit. Serv. &c. n. 3. & 4.*

Notationes.

SAcerdos omittere debet ſignum Crucis, quod præter Rubricã ſibi faciunt quidam manu, chordulas Amictus tenentes. *Bavld. p. 3. cap. 7. tit. 1. Boliaſc. cap. 11. pag. 81. Gav. Epit. tract. 1. p. 2. tit. 1. n. 25. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 19.*

Inſvper ipſum accipiens oſculaturus, non deponat extenſum ſuper menſam paramentorum, ſed in manibus elevatum per chordulas teneat, nequè genvflectat, vel inclinet. *Pollat. in Aphor. par. 1. Cærem. 4. pag. 20.*

Amictum ſuper nudum caput ponet, &c. ut patet in Rubr. Sed ſi ſit Regularis, poterit ſuper Capvtium ipſum ponere, quod inſeruire debet loco Bireti; & hoc deducitur ex *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 3. n. 6.*

Dum Alba induitur, ſi ab alio accipiat, caput ſubmittet junctis manibus. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 1. n. 26.*

Si Cingulum adhibet duplicatum, extremitates

mitates ipſius accipiet à latere dextro. *Bonamic. Obſer. 2. n. 4.*

Manipulus debet ligari infrà cubitum, non ſuprà, nec longius a manu. *Gav. loc. cit. n. 27.*

Stolam ſibi imponit non longe à collo, longe enim à collo, proprium eſt Epiſcopi. *Gav. ut ſup. n. 28.* ità tamen imponet collo, ut à Planeta, quæ ſuper imponenda eſt, tegatur. *Pollac. ut ſup.*

Utramque partem Stolæ extremitatibus Cinguli hinc indè ipſi Cingulo coniunget, non autem alijs vittis ſubligabit, advertens ut pars dextra Stolæ ſit ſuperimpoſita, ſiniſtræ, ut patet in Rubr. *Gav. ut ſup. n. 29.*

Planetam firmabit antè pectus aliquo ligamine ab intus poſito. *Bauldr. l. ſup. cit.*

Amictum, Manipulum, & Stolam tantummodò oſcvlari debet, non alias veſtes: quæ oſcvlantur etiam quandò dicturus eſt Miſſam Defunctorum, ut patet ex Rubr. *Gav. ut ſup. n. 25.*

Poteſt quidem Sacra in dumenta de manu Miniſtri recipere; Sed Amictum, Manipulum, & Stolam ipſe ſibi imponet, niſi ſit Prælatus; reliqua poteſt permittere, ut ſibi imponantur à Miniſtro. *Tonell. lib. 2. tit. 1.*

Sudariolum Cingulo Albæ ſubtus Planetam appendit aliquantulum à dextris, ut cũ opus habuerit, commodè illo utatur, ſed poſt conſecrationem eumdem accipiet inter indicem, & medium dexteræ: quod ſimiliter faciet ſi perſpicillis utatur. *Pollac. in Aphor. p. 1. Cær. 6. pag. 24.*

De

De ingreſſu Sacerdotis ad Altare Cap. IV.

1 SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit manu ſiniſtra Calicem, ut ſupra præparatum, quem portat elevatum antè pectus, burſam manu dextra ſuper Calicem tenens, & facta reverentia Cruci, vel Imagini illi, quæ in Sacriſtia erit, capite cooperto, accedit ad Altare, Miniſtro cum Miſſali & aliis ad celebrandum neceſſarijs (niſi ante ſuerint præparata) præcedente ſuperpelliceum induto.

Procedit autem oculis demiſſis, inceſſu graui, erecto corpore. Si verò contigerit eum tranſire antè Altare majus, capite cooperto faciat ad illud reverentiam: Si antè locum Sacramenti, genuflectat: Si antè Altare, ubi celebratur Miſſa, in quà elevatur, vel tunc miniſtratur Sacramentum, ſimiliter genuflectat, & detecto capite illud adoret, nec antè ſurgat, quàm Celebrans depoſuerit Calicem ſuper Corporale. *Rubr. Miſſ. 2. de Rit. Serv. &c. n.* 1.

Notationes.

SAcerdos antequam Calicem accipiat, decet, ut alios Sacerdotes aperto capite ſalutet. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 2. tit.* 2.

Capite cooperto, accipit manu ſiniſtra Calicem per nodum, quem tenet elevatum

ità

ità; ut ſummitas ejus perveniat ad pectus. *Pollac. in Aphor. p. 1. Cær. 4. pag. 20.*

Tenens manum dexteram extenſam ſupra burſam, & capite cooperto profundè inclinatur Cruci, vel imagini principali in Sacriſtia poſitæ. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 2. n. 1. & Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 7. n. 4.*

Quandò Sacerdos defert Calicem, neminem ſalutat aperto capite, ſed tantum Prælatis, & Magnatibus ſe inclinat. Idem facit cum tranſit per medium Chori, ubi adeſt Clerus, vel antè illum. *Bavldr. p. 3. cap. 7. tit. 2. & Pollac. vt ſup.*

Si verò obvium habeat alium Sacerdotem redeuntem ab Altari, ſequens viam ſuam à latere ſuo dextro, cum capitis inclinatione ſalutat. *Tonel. loc. cit.*

Si tranſeat antè Altare majus, in quo non ſit Sanctiſſimum Sacramentum, capite cooperto profundè inclinetur. Si verò in eo ſit Sacramentum in Tabernaculo incluſum, genuflectat unico genu, capite, ut ſupra, cooperto. *Pollac. loc. ſup. cit. pag. 21. & Gav. vt ſup. nu. 2.*

Regulariter, quandò Sacerdos defert Calicem, tum reverentias, tum genuflexiones facit tecto capite: dixi regulariter, quia cum tranſit antè Sacramentum expoſitum, & poſt conſecrationem alicujus Miſſæ, ſi avertit, genuflectit capite detecto, (unico tamen genu) quamvis habeat Calicem, caput quoque inclinans. *Bavldr. loc. cit. & Gav. ut ſup. num. 3.*

Quandò autem tranſit antè Altare, ubi

elevatur

elevatur Sacramentum, utroque genuflectit detecto capite, uſque ad depoſitionem Calicis ſuper Corporale: idem ſervat tranſiens, ubi Miniſtratur, & etiam ſi per Eccleſiam fiat ei obvius deferens Sacramentum; ſed in hoc caſu caput non detegit, niſi prius genuflexus, & illud tegit, antequam ſurgat, cautè ſe gerens, dum amovet manum dexteram ad detegendum caput, nè aliquid de Calice cadat. *Gav. ſup. cit. n. 2. & 3. Boliaſc. cap. 12. & Pollac. loc. cit.*

Si tranſeat antè Altare, in quo ſit expoſita ſolemniter Reliquia inſignis Sancti, de quo ſit feſtum ibidem; aut quia in magno honore eſt apud populum, detecto capite illi profundè inclinabitur. *Tonel. vt ſup. & Gav. loc. cit. n. 4.*

Advertere debet Sacerdos, quandò non defert Calicem, quod detecto capite, & reverentias facit, & genuflexiones. *Gav. ut ſup. nu. 19.*

Quid debet facere Sacerdos, cum pervenerit ad Altare. Cap. V.

2 SAcerdos, cum pervenerit ad Altare, ſtans antè illius infimum gradū, caput detegit, biretum Miniſtro porrigit, & Altari, ſeù imagini Crucifixi deſuper poſitæ, profundè inclinat. Si autem in eo ſit Tabernaculum SS. Sacramenti; genuflectens debitam facit reverentiam. Tunc aſcendit ad medium Altaris: ibi ad cornu Evangelii ſiſtit Calicem, extrahit Corporale de

burſa

burſa, quod extendit in medio Altaris, & ſuper illud Calicem velo coopertum collocat; burſam autem ad cornu Euangelij. Si in Altari paramenta accepit, hoc idem facit, antequam deſcendat ab Altari, ut Miſſam inchoet.

3 Si eſt conſecraturus plures Hoſtias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem ſuper Patena manere non poſſint, locat eas ſuper Corporale antè Calicem, aut in aliquo Calice conſecrato, vel vaſe mundo benedicto, ponit eas retrò poſt Calicem, & alia Patena, ſeù palla cooperit.

4 Collocato Calice in Altari, accedit ad cornu Epiſtolæ, Miſſale ſuper cuſſino aperit, reperit Miſſam, & Signacula ſuis locis accomodat.

Deindè rediens ad medium Altaris, facta primum Cruci reverentia, vertens ſe ad cornu Epiſtolæ, deſcendit poſt infimum gradũ Altaris, ut ibi faciat Confeſſionem. *Rubr. Miſſ. 2. de Rit. Serv. &c. n. 2. 3. & 4.*

Notationes.

CVm Sacerdos pervenerit ad Altare, ſi in eo ſit Tabernaculum cum Sanctiſſimo Sacramento, genuflectit unico genu ſuper infimum gradum, nam ubi dicit *Rubr.* genuflectens facit debitam reverentiam, intelligitur de ſola genuflexione, quæ eſt reverentia debita Sacramento, niſi ſit expoſitum, ut ſuo loco dicetur; Si verò abſit SS. Sacramentum, profundè ſe inclinat, ut patet

ter in Rubr. detecto prius capite. *Gau. Epiſt. tract. 1. p. 2. tit. 2.*

Aſcendens ad medium Altaris, ſiſtit calicem ad cornu Evangelij, extrahit manu dextra Corporale de burſa, quod extendit in medio Altaris, & ſi ſit Crux acu picta in ora ejus, ponit ad anteriorem partem Altaris, ut illam oſculetur, & ora ipſius Corporalis oram Altaris tangat, ut facta conſecratione, manus intra illud commodius teneat: burſam verò ponit manu ſiniſtra inter candelabra (non ad candelabrum, ne, liqueſcente cera deturpetur) parte ejus aperta reſpiciente medium Altaris, dummodò imagines in ea fortaſſe depictæ, capite inverſo non ponantur; quod ut facilius fiat, ſumitur non à lateribus, ſed ab ejus parte inferiori. *Tonel. lib. 2. tit. 2.*

Calicem undequaquè velo contegit, aut ſaltem partem anteriorem, ſi velum ſit nimis breve. *Gav. ut ſup. num. 8. & Cer. Ord. Min. p. 2. cap. 2. num. 25.*

Si verò in Altari paramenta accepit, ubi Miſſam celebraturus ſit, poſtquam indutus fuerit, non deſcendet antè infimum gradum ad genuflectendum, vel ad profundam faciendam reverentiam, ſed ſtatim in medio Altaris faciet profundam reverentiam, vel genuflexionem, ſi adſit Tabernaculum cum Sacramento, & explicabit Corporale, & cætera faciet, ut ſupra dictum eſt. *Alcocer. tract. 2. pag. 94.*

Si Hoſtiæ conſecrandæ ſint in Pyxide, proprio operculo operiet. *Gav. loc. ſupr. cit. n. 9.*

Per

Per Hoſtias intelliguntur particulæ prò Comunione Fidelium. *Bavldr. p. 3. cap. 7. tit. 2.*

Quando Hoſtiæ parvo ſunt numero, ponit eas ſuper Patenam, ut ex *Rubr. Miſſ. patet.*

Collocato Calice in Altari, antequam accedat ad cornu Epiſtolæ, profundè inclinatur Cruci, ſed hoc piè, non ex Rub. *Gav. & Bavldr. loc. cit. ac Boliaſc. ut ſup.*

Ipſe Sacerdos aperit Miſſale, & non Miniſter, & tam apertum, quàm clauſum ità locat, ut pars inferior Altare tangat; ſuperior verò pulvino adhæreat, & quandò eſt clauſum, ea pars, quæ aperitur ſit verſus mediũ Altaris: ſed quandò legit ultimum Evangelium, ipſum non claudit verſus medium Altaris, nam ſemper clauditur verſus cornu Euangelii, ut dicetur. *Tonel. vt ſup. num. 2.*

Reverſus ad medium Altaris, non debet ibi immorari orationis cauſa, vel aliquem actum devotionis formare, ut pectus percutere, oculos, aut manus elevare; ſed ſtatim facta Cruci profunda reverentia, retrahit ſe aliquantulum ad cornu Evangelii, nè directè terga vertat Cruci, & vertens ſe ad cornu Epiſtolæ, deſcendit poſt infimum gradum Altaris, ut patet in *Rubr. Pollac. p. 1. Cærem. 6.*

Si ad Altare ſint plures gradus, quam tres, tunc, non ad omnes, ſed ad primum ordinem graduum deſcendit, ſi per ordines diſtincti ſint, vel ſuper ſecundum, aut tertium gradum ſe ſiſtit: quod ſi nullus ſit gradus,

dus per unum, vel duos paſſus ſe removet ab Altari, aut ſaltem congrua diſtantia ſe locat. *Bauldr. ut ſup. & Alcocer. tract. 2. pag. 95.*

Vadens ad cornu Epiſtolæ, & rediens ad medium Altaris, ſivè aliquo alio modo ſe movens, ſemper procedit manibus junctis. *Pollac. loc. ſup. cit.*

Nullam rem, præter id, quod pertinet ad Miſſæ Sacrificium, vel Altaris ornatum, ſuper Altare ponatur. *Pollac. ut ſup. & Rub. Gen. Miſſal. 20.*

Si autèm perſpicillis utatur, ponere poterit ſuper Altare loco congruo, nunquam verò ſuper Corporale, deponens eos in utraque conſecratione; ſi commodè poterit. *Pollac. loc. ſup. cit. & Gav. ut ſup. tit. 5. num. 2.*

De principio Miſſa, & Confeſſione facienda Cap. VI.

1 SAcerdos, cum primum deſcenderit ſub infimum gradum Altaris, convertit ſe ad ipſum Altare, ubi ſtans in medio, junctis manibus antè pectus, extenſis & junctis pariter digitis, & pollice dextro ſuper ſiniſtrum poſito in modum Crucis (quod ſemper ſervatur, quandò junguntur manus, præterquam poſt conſecrationem) detecto capite, facta priùs Cruci, vel Altari profunda reverentia, vel, ſi in eo ſit Tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, facta genuflexione, erectus incipit Miſſam.

2 Stans igitur Celebrans antè infimum gra-

gradum Altaris, ut ſupra, producens manu dextra à fronte ad pectus ſignum Crucis, dicit intelligili voce, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Et poſtquam id dixerit, non debet advertere quæcumque in alio Altari celebrantem, etiam ſi Sacramentum elevent, ſed continuatè proſequi Miſſam ſuam, uſque ad finem.

3 Cum ſeipſum ſignat, ſemper ſiniſtram ponit infra pectus: in aliis benedictionibus cum eſt ad Altare, & benedicit oblata, vel aliquid aliud, ponit eam ſuper Altare, niſi aliter notetur. Se ipſum benedicens vertit ad ſe palmam manus dextræ, & omnibus illis digitis junctis, & extenſis, à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſignum Crucis format. Si verò alios, vel rem aliquam benedicit, parvum digitum vertit ei cui benedicit; ac benedicendo, totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter junctis, & extenſis quod in omni benedictione obſervatur.

4 Poſtquam dixerit: *In nomine Patris*, &c ut ſupra, jungens iterum manus antè pectus, pronuntiat clara voce antiphonam, *Introibo ad Altare Dei*. Miniſter retrò poſt eum ad ſiniſtram genuflexus proſequitur, *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam*. Deindè Sacerdos eodem modo ſtans, incipit, & proſequitur cum Miniſtro alternatim Pſalmum *Judica me Deus*, uſquè ad finem, cum *Gloria Patri;* quo finito repetit antiphonam, *Introibo*, cum Miniſtro, ut ſupra. Qui Pſalmus numquam prætermittitur, niſi

in

in Miſſis Defunctorum, & in Miſſis de tempore, è Dominica Paſſionis incluſivè, uſquè ad Sabbatum Sanctum excluſivè; in quibus ſemel tantum dicta antiphona, *Introibo*, cum Miniſtro, ut ſuprà Sacerdos ſtatim ſubjungi ℣. *Adjutorium noſtrum &c.* ut infrà. Cum in fine Pſalmi dicit, *Gloria Patri* &c. caput Cruci inclinat.

5 Repetita antiph. *Introibo*, dextera manu ducens ſignum Crucis à fronte ad pectus dicit ℣. *Adjutorium noſtrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cœlum, & Terram.*

6 Deindè Altari ſe profundè inclinans, junctis manibus dicit: *Confiteor Deo*, ut in ordine Miſſæ: & proſequitur eodem modo ſtans inclinatus, donec à Miniſtro, vel Miniſtris dictum ſit, *Miſereatur*. Cum incipitur à Miniſtro, *Confiteor*, ſe erigit. Cum dicit, *mea culpa*, ter pectus dextra manu percutit, ſiniſtra infra pectus poſita.

7 Cum Miniſter, & qui interſunt (etiam ſi ibi fuerit Summus Pontifex) reſpondent, Confiteor, dicunt, *Tibi Pater*, & *Te Pater* aliquantum converſi ad Celebrantem.

8 Facta à Circunſtantibus Confeſſione, Celebrans ſtans reſpondet, *Miſereatur veſtri* &c. Deindè producens manu dextra à fronte ad pectus ſignum Crucis, dicit, *Indulgentiam*, &c. & ſtans inclinatus junctis manibus proſequitur, *Deus tu converſus*, & quas ſequuntur in ordine Miſſæ, clara voce uſquè ad orationem, *Aufer à nobis*, &c, Et cum dicit oremus, extendit, & jungit manus. *Rubr. Miſſ.* 3. *de Rit. Seru. &c. n.*1.4.3.6.7.9.&10.

Nota-

Digitized by Google

Notationes.

QUandò tenentur manus junctę ante pectus, Planetam non tangant (ſi commodè, & venuſtè fieri poterit) & digitorum extremitates, neque terram, nequè faciem directè reſpiciant, ſed ſint per geſtum naturale mediocriter elatæ. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 2. tit. 3.*

Nota, quod non licet celebrare tecto capite ſinè juxta cauſa, & regulariter ſinè Pontificia diſpenſatione, ut fusè videre eſt apud *Gav. tract. 1. p. 2. tit. 2.*

Si in Altari ſit Tabernaculum cum Sacramēto, facta genuflexione, non iterum inclinatur Cruci, ut in Rubric. Miſſal. patet. *Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 3.*

Si facta debita reverentia, ſed non dum inchoato, *In nomine Patris*, elevetur Sacramentum in Altari vicino, Sacerdos tunc genibus flexis ſuper infimum gradum illud adoret, nec ſurgat, niſi poſt depoſitum Calicem: Si verò elevetur quando ad Altare accomodat Calicem, vel reperit Miſſam, fiat quæ facienda ſunt, & poſteà deſcendens genuflectat, ſi tempus ſuppetat. *Tonel. & Bauldr. loc. cit.*

Sacerdos caput non inclinet, dum ſe ſignat, ſed erectum habeat, & manus ſiniſtra infrà pectus poſita, ſit extra Crucis terminum à dextra impreſſum, ideſt quaſi ſupra Cingulum. *Gav. ut ſup. tit. 3. n. 4.*

Dum ſe ipſum ſignat, regulariter poſt ſignum

ſignum Crucis jungit manus, quòd eſt intelligendum, ſi ea, quæ ſignum Crucis ſequuntur, dicenda ſint manibus junctis: ſed caveat, ne in fine Crucis dexteram, vel poſt quam manus junxit, pollices in modum Crucis poſitos deoſculetur. *Tonel. ut ſup. & Alcòcer. tract. 2. pag.* 114.

Etiam eſt advertendum, quod dum Sacerdos ſeipſum ſignat, manum ſiniſtram infrà pectus ponit, ut dictum eſt; dum ſignat librum ponit ſuper ipſum; quandò verò benedicit aliis rebus, ponit ſiniſtram, ſuper Altare, ſi poſſit; Sin minus, infrà pectus, ut ex *Rubr.* patet. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 4.

Signum Crucis ſupra res, quæ benedicuntur, formatur non per quatuor puncta, ſed per duas lineas, alteram rectam, & alteram tranſverſam, digitis ſimùl junctis, & manu prorſus extenſa, & linea tranſverſa fit manu quoque tranſverſa, non digitis, nec debet fieri in circulo, nequè in varicatione digitorum: lineæ verò non excedant menſuram palmi communis manus. *Gav. p.* 2. *tit.* 7. *num.* 7.

Sacerdos maximè curare debet, ut ea quæ clara voce dicenda ſunt, diſtinctè, & appoſitè proferat; non admodum feſtinanter, ut advertere poſſit, quæ legit; nec nimis moroſè, nè audientes tædio afficiat: nequè etiam voce nimis elata, nè perturbet alios, qui fortaſsè in eadem Eccleſia tunc temporis celebrant; nequè tam ſubmiſſa, ut à circumſiantibus audiri non poſſit, ſed mediocri, & gravi, quæ & devotionen moveat,

&

& audientibus ità ſit accomodata, ut quæ leguntur intelligant; quæ verò ſecretè dicenda ſunt, ità pronuntiet, ut ex ipſemet ſe audiat, & à circumſtantibus non audiatur. *Rubr. Gen. Miſſ.* 16. *num.* 2.

Sacerdos debet etiam advertere, quòd Miſſa, celebrari debet cùm litteris quinque; A, B, C, D, E, hoc eſt *Altè*, *Breviter*, *Claré*, *Devoté*, & *Exactè*; *Altè*, ut audiatur; ita tamen, ut alios in eodem loco tunc temporis celebrantes, non impediat; & ſi dùm aliquis celebrat, alius eo Superior Miſſam incipiat, decet, ut minus dignus humiliore voce proſerat, & quando ſunt æqualis, cedat qui in minori Altari, ei, qui in majori Sacrum facit. *Breviter* non ultrà mediam horam, vel paulò ultrà. *Clarè*, ut omnia verba integrè proferantur. *Devotè*, ut attendatur ad ea, quæ dicuntur. *Exactè*, ut ſerventur omnia, quæ præſcribuntur à Rubr. *Gav. tract.* 1. *p.* 3. *tit.* 11. *num.* 13.

Tempore Paſſionis in Miſſis votivis, etiam de Cruce, & de Paſſione Domini, dicitur Pſalmus *Judica me Deus*, & *Gloria Patri*, &c. licet non dicatur in Miſſis de tempore, Miſſæ enim votivę, non concordant cùm officio de tempore. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 3. *pag.* 146. & *Gav. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 17.

In repetitione Antiphonæ non dicitur, *Et Introibo*, ſed ſolùm, *Introibo*, ut patet in *Rubr.* & in *ord. Miſſæ.*

Non eſt addendum ad *Confiteor*, nomen Patroni, ut alterius Sancti pro arbitrio ſinè Papæ licentia, quia id prohibuit *Pius V.*

&

& conceſſit ſolùm Eccleſiis Hyſpaniarum; *Pollac. in Aphor. p. 1. Cærem. 7. pag. 37. Baul. loc. cit. Boliaſc. cap. 12. pag. 81. Gav. tract. 1. pag. 2. tit. 3. num. 6. Alcocer. tract. 2. pag. 97. Cær. ord. min. par. 2. cap. 2. nu. 11. ex Rubr. Miſſal. & Breu. ord. min.*

Dicto à Miniſtro, *Miſereatur tui*, Sacerdos reſpondet *Amen*, poſteà ſe erigit, & non prius, ut patet in *ord. Miſſæ*, & ex ipſa *Rub.*

Percuſſio pectoris fit dexteræ digitis ſimul junctis, ac clauſis in extremitatibus, ſiniſtra infra pectus poſita: *Bavldr. loc. cit.*

Poterit etiam fieri manu extenſa digitis ſimul junctis; nullo tamen modo poſt tertiam percuſſionem digitos oſculabitur, ſed ſtatim manus iterùm junget. *Pollac. ut ſup. pag.* 28.

In Miſſa privata Sacerdos non ſe vertit ad Miniſtrum cum dicit, *Vobis fratres, & Vos fratres, & Miſereatur veſtri. Gav. ſup. cit. tit. 3. n. 7. & Pollac. ut ſup.*

Dicens *Miſereatur veſtri*, non addat *omnibus*, & ad *Indulgentiam*, non addat *omnium*, ut ex *Rubr.* patet.

Ad *Deus tu converſus, &c.* & ad quæ ſequvntur uſquedum dixerit *Oremus*, ſtabit mediocritèr inclinatus. *Pollac. loc. cit.*

Oremus dicit clara uoce, ideſt eadem uoce, qua *Deus tu converſus*, & adhuc inclinatus, & manus extendit, & jungit, non autem elevat; & extendit antequàm dicat, *Oremus*, quod cum dicit, eas jungit: manus uerò extendit ad latitudinem corporis, non ultra, & dum manet inclinatus, eas ità tenet jun-

ctas, ut neque terram, neque faciem directè reſpiciant, ſed ſint per geſtum naturalem mediocriter elatæ. *Tonell. ut ſup. & Pollac. loc. cit. pag.* 29.

Dicens, *Aufer à nobis, &c.* aſcendit ad Altare tam lentè, ut completa ſit oratio, cum ad medium Altaris peruenerit. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 105.

De Introitu, Kyrie, & Gloria in Excelſis Cap. VII.

1 DVm dicit Aufer à nobis, &c. Celebrans junctis manibus aſcendit ad medium Altaris, & ibi inclinatus, manibuſque item junctis ſuper eo poſitis, ità ut digitis parui dumtaxat frontem, ſeu medium anterioris partis tabulæ, ſeù menſæ Altaris tangant, reſiduo manuum inter Altare, & ſe retento, pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum Crucis poſito, (quæ omnia ſemper obſervantur, cum manus junctæ ſuper Altare ponuntur) ſecreto dicit oramus te, Domine, &c. & cum dicit quorum reliquiæ hic ſunt, oſculatur Altare in medio, manibus extenſis æqualiter hinc indè ſuper eo poſitis: quod ſemper ſervatur, quando oſculatur Altare: ſed poſt conſecrationem, pollices ab indicibus non diſiunguntur. In omni etiam deoſculatione ſivè Altaris, ſivè libri; ſivè alterius rei, non producitur ſignũ Crucis pollice, uel manu ſuper id, quod oſculandum eſt.

2 Oſculato Altari accedit ad cornu ejus ſiniſtrum id eſt Epiſtolæ: ubi

ſtans

ſtans verſus Altare, & producens à fronte ad pectus ſignum Crucis, incipit intelligibili voce introitum Miſſæ, & proſequitur junctis manibus. Cum dicit, *Gloria Patri*; tenens junctas manus, caput inclinat verſus Crucem.

Cum repetit Introitum, non ſignat ſe, ut prius: & eo repetito, junctis manibus antè pectus accedit ad medium Altaris, ubi ſtans verſus illud, ſimiliter manibus junctis, dicit eadem voce ter *Kyrie eleiſon*, ter *Chriſte eleiſon*. & iterum ter *Kyrie eleiſon*, alternatim cum Miniſtro. Si Miniſter, vel qui interſunt, Celebranti non reſpondeant, ipſe ſolus novies dicit.

3 Dicto ultimo *Kyrie eleiſon*, Sacerdos ſtans in medio Altaris, & manus extendens, elevanſque uſque ad humeros (quod in omni manuum elevatione obſervatur) voce prædicta incipit; ſi dicendum ſit, *Gloria in Excelſis.* Cum dicit, *Deo*, jungens manus, caput Cruci inclinat: quo erecto, ſtans junctis manibus antè pectus, proſequitur uſque ad finem.

Cum dicit, *Adoramus te, Gratiamus agimus tibi, & Jeſu Chriſte: Suſcipe deprecationem noſtram*, & iterum, *Jeſu Chriſte*, caput Cruci inclinat. Cum dicit in fine, *Cum Sancto Spiritu*, ſeipſum à fronte ad pectus ſignat, interim abſolvens, *In Gloria Dei Patris*. Amen. *Rubr. Miſſ. 4. de Rit. Serv. &c. num. 1. 2. & 3.*

Digitized by Google

Notationes.

CElebrans, ut aptè ſe inclinet, aut genuflectat, paululum retrocedet ab Altari: idem faciat ad ipſum oſculandũ, ut poſſit oſculari in medio, non ad latera. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 4. *Gav. Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 4. *num.* 1. & *Alcocer. tract.* 2. *pag.* 105.

Manus junctas ſuper Altare, ità tenet, ut parvi digiti frontem Altaris tangant, non totas ſuper Altare, ſeù Corporale: Advertens etiam, ne ipſi parvi digiti ab aliis disiungantur. *Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cær.* 8. *pag.* 39. *Boliaſc. cap.* 12. & *Bauldr. p.* 3. *cap.* 4. *ex Rubr.* 4. *Miſſ.*

Quandò antè conſecrationem extenduntur, vel ponuntur manus ſuper Altare, ſivè ad ipſum oſculandum, ſivè alia de cauſa, ponuntur extrà Corporale, niſi Corporale ſit adeò magnum, ut geſtus fieret inconcinnus. *Tonel. cum aliis ab ipſo cit. tit.* 4.

Ubi non ſunt Reliquiæ Sanctorum (ex diſpenſatione Apoſtolica) in Altari, omitti debent verba, *Quorum Reliquiæ hic ſunt*, eoque caſu oſculum Altaris fieri debet ad ea verba, *Indulgere digneris*. *Gav. in Epit. ut ſup. tit.* 4. *num.* 2.

In deoſculatione ſivè Altaris, ſivè libri, ſivè alterius rei nunquam producitur ſignum Crucis pollice, vel manu ſuper id, quod oſculandum eſt. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 27. *num.* 14. *Gav. loc. cit. num.* 3. *Boliaſc. cap.* 12. *Cær. Epiſ. lib.* 1. *cap.* 19. & *lib.* 2. *cap.* 8. & *Rubr. Miſſal.* 4. *num.* 1.

Digitized by Google

Poſt oſculum Altaris, antè quam accedat ad cornu Epiſtolæ non inclinatur Cruci. *Tonel. ut ſup. n. 1. & 4. ex Rubr.*

Oſculato Altari, procedit ad cornu Epiſtolæ junctis manibus, ubi ſtans verſus Altare, & producens à fronte ad pectus ſignum Crucis; incipit intelligibili voce, Introitum Miſſæ, & proſequitur junctis manibus, ut patet in *Rubr.* vel ipſum incipit poſt ſignum Crucis ſibi factum, ut docet *Pollac. in Aph. loc. ſup. cit.*

Cum dicit *Gloria Patri*, tenens junctas manus antè pectus, caput inclinat verſus Crucem: ſed dum caput inclinat, verſus Crucem, tàm ad *Gloria Patri*, quàm ad *Oremus*, & ſimilia, oculos ad ipſam non elevat. *Tonel. loc. ſup. cit. & lib. 3. cap 1. §. 15.*

Caput inclinare verſus Crucem, eſt caput tantùm, non autem perſonam convertere ad Crucem. *Car. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 2. & Gav. ut ſup. n. 4.*

Introito repetito, debet Sacerdos accedere ad medium Altaris manibus junctis, caput Cruci inclinare, deindè, & non priùs, incipere *Kyrie eleiſon*. *Tonel. loc. ſup. cit. nu. 4. & Alcoc. tract. 2. pag. 106.*

Quoties Sacerdos accedit ad medium Altaris, vel ab eo recedit, debet caput Cruci inclinare, niſi paulò antè receſſum, uel paulò poſt acceſſum, inclinatio præſcribatur a *Rubrica*: ut quandò oſculatur Altare, vel quando poſt Evangelium dicitur *Credo* nàm ſtatim caput inclinandum eſt, cum dicitur: *Deum*. *Bavldr. p. 3. cap. 7. tit. 2.*

Ad *Gloria in Excelſis* uenuſtè geſtus fiet, ſi manus extendat, dum dicit *Gloria*, elevet dũ dicit *In Excelſis*, jungat dum dicit *Deo*, & tunc caput inclinat, ſed oculos non eleuat.

In fine dum dicit *Amen*, jungit manus. *Tonel Gav. & Alçocer. loc. cit.*

Quando dicendum ſit Gloria in Excelſis. Cap. VIII.

3 GLoria in Excelſis dicitur quandocũque in Matutino dictus eſt Hymnus Te Deum, præterquam in Miſſa ferię quintæ in Cæna Domini, & Sabbati Sancti, in quibus Gloria in Excelſis dicitur, quamvis in officio non ſit dictum Te Deum.

4 In Miſſis Uotivis non dicitur, etiam tẽpore Paſchali, vel infra octavas, niſi in Miſſa B. Mariæ in Sabbato, & Angelorum (quocumque die) & niſi Miſſa votiva Solemnitèr diçenda ſit prò re gravi, uel pro publica Eccleſiæ cauſa, dummodo non dicatur Miſſa cum paramentis violaceis. Nequè dicitur in Miſſis Defunctorum. *Rubr. Gen. Miſs. ſal. 8. nu. 3. & 4.*

Notationes.

G*Loria in Excelſis* dicitur in Miſſa de Sancto, cujus memoria eo die in Martyrologio notatur, quãvis de eo nulla ſit facta cõmemoratio in officio. *Gav. in epit. tract. 1. p. 1. tit. 3. & Cær. ord. min. p. 2. cap. 9. num. 14.*

Non dicitur in Miſſis votivis infrà octavas Sanctorum, quandò infrà octavas Celebratur

bratur eorum Miſſa eo die, quo de ipſis non recitatur officium, quia prò eo die ſunt Miſſæ Votivæ. *Gav. ut ſup. tit. 4. n. 6.*

Non etiam dicitur in Miſſis uigiliarum quæ ueniunt infrà octavas, licèt in officio dictum ſit *Te Devm lavdamus*, quia non concordant cum officio. *Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 8.*

De Oratione, &c. Cap. IX.

1 Dicto Hymno, Gloria in Excelſis, vel, ſi non ſit dicendus, eo omiſſo, Celebrans oſcvlatur Altare in medio, manibus hinc indè ſvper eo, ut ſuprà, extenſis, tùm illis antè pectus junctis, & demiſſis ad terram ocvlis, uertit ſe à ſiniſtro latere ad dextrum uersùs popvlum, hoc eſt, per eam partem, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ, & extendens, ac jungens manus antè pectus, ut privs, dicit uoce prædicta, Dominus uobiſcum, uel, ſi ſit Epiſcopus, Pax nobis (quod dicitur tantùm hoc loco, quando dictus eſt Hymnus, Gloria in Excelſis.) ℟. Et cùm ſpiritu tuo, & junctis ut privs manibus, revertitur per eamdem uiam ad librum, ubi eas extendens, & jungens antè pectus, caputque Cruci inclinans, dicit, oremus, tùm extendit manus antè pectus, ità ut palma unius manus reſpiciat alteram, & digitis ſimul junctis; quorum ſummitas humerorum altitudinem, diſtantiamque non excedat; quod in omni extenſione manuum antè pectus ſeruatur.

Stans autèm, ut ſupra, extenſis manibus, dicit

dicit orationes. Cùm dicit Per Dominum noſtrum, jungit manus, eaſque junctas tenet uſque in finem. Si alitèr, concluditur oratio, Qui tecum, uel Qui vivis, cùm dicit, in unitate, jungit manus.

2 Cùm nominatùr nomen Jeſus, caput versùs Crucem inclinat: quòd etiam facit cùm nominatur in Epiſtola. Et ſimilitèr ubicumque nominatur nomen Beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Miſſa, vel fit commemoratio, item in oratione pro Papa, quando nominatur, ſempèr caput inclinat, non tamèn uersùs Crucem. Si plures orationes ſunt dicendæ, idem in eis, in voce, extenſione manuum, & capitis inclinatione quod ſupra dictum eſt, obſeruatur.

3 Si Altare ſit ad orientem versùs populum, Celebrans verſa facie ad populum, non vertit humeros ad Altare, cùm dicturus eſt, Dominus vobiſcum, Orate fratres, Ite Miſſa eſt, vel daturus Benedictionem, ſed oſculato Altari in medio ibi expanſis, & junctis manibus ut ſuprà, ſalutat populum, & dat Benedictionem.

4 In quatuor Temporibus, uel aliàs quando dicendæ ſunt plures orationes cùm Prophetijs, dicto Kyrie eleiſon in medio Altaris, revertitur ad cornu Epiſtolæ, ubi ſtans antè librum extenſis, & junctis antè pectus manibus, & caput Cruci inclinans, dicit, oremus, Flectamus genua, & illicò manibus ſupèr Altare extenſis, ut ſeipſum ad Altare ſuſtineat, genuflectit, & ſine mora ſurgens, eadem voce Miniſtro reſpondente, levate

levate, manibus extenſis dicit orationem, ut ſupra, & in concluſione eas jungit. Dum autem legit Prophetias, tenet manus ſuper librum, vel Altare poſitas, ut mox dicetur de Epiſtola *Rubr. Miſſal. 5. de Rit. Serv. &c. n.* 1. 2. 3. & 4.

Notationes.

CUm Celebrans dicit *Dominus vobiſcum*, toto corpore ad populum ſe conuertet, ſed caveat, nè caput inclinet verſus populum, vel à tergo innitatur Altari, & manus ità junctis teneat, ut nullum ſit inter digitos ſpatium: vertet autem ſe à ſiniſtro latere Altaris, quod eſt dextrum ipſius Celebrantis. *Bauld. p. 3. cap. 7. tit. 5.*

Præter extenſionem, & junctionem manuum, quę præſcribuntur Sacerdoti dicturo, *Dominus vobiſcum*, earundem elevationem addit. *Cærem. Epiſ. lib. 1. cap. 19. & lib. 2: cap. 8. Gav. Epit. tract. 1. p. 2. tit. 5. num. 1. & Bauldr. loc. cit.*

Manus ità debent extendi, & elevari, ut ſupremi digiti æquent humerorum altitudinem, & latitudinem, ſed non excedant: quòd in omni manuum extenſione, & elevatione obſervatur, ut ſuprà dictum eſt. *Gav. loc. ci. n.* 3.

Dicit *Oremus*, in cornu Epiſtolæ, & non in medio Altaris, & ſolùm manus extendit, & ſtatim jungit, caput Cruci inclinans.

Similitèr in eodem cornu Epiſtolæ, dicit concluſionem orationis, & non in medio Altaris, ut patet ex *Rubr. Boliaſius de Myſt. Miſſ.* 303. *cap.* 15. *pag.*

Digitized by Google

Dicto *Dominus vobiſcum*, ſtatim redibit ad cornu Epiſtolæ, protenſo regulariter versùs idem cornu, ſiniſtro pede antè dextrum, niſi longitudo Altaris obſtet. *Beav. in Cærem. Ecclef. p. 2. cap. 25. num. 17.*

Cùm Celebrans concludit orationem. *Qui vivis*, aùt *Qui tecum vivit*, jungit tantum manus cum dicit *in Unitate*, & nullo modo inclinat caput, nec ſe convertit ad Crucem. *Bauld. loc. ſup. cit.*

Quandò in oratione, quæ dirigitur ad Patrem, nominatur etiam Filius; dicitur in concluſione. *Per eumdem, &c.* niſi nominetur in fine orationis, quia tùnc dicitur, *Qui tecum &c.* & ſi nominetur Spiritus Sanctus dicitur *in Unitate ejuſdem &c.* Quòd ſervatur etiàm in ultima concluſione, quandò nominatus eſt in ſecunda, vel alia oratione, ut in Miſſa Solemni pro Gratiarum actione, in qua, cùm dicantur duæ orationes ſub una concluſione, dicitur in fine. *In Unitate ejuſdem, &c.* licèt Spiritus Sanctus nominetur in prima oratione. *Tonel. lib. 2. tit. 5. & Pollac. in Aphor. p. 1. Cærem. 10. pag. 44.*

Idem dicendum eſt, quando nominatus eſt Filius: nulla enim diſparitatis ratio aſſignari poteſt.

Cum plures orationes dicendæ ſunt, poſt manuum junctionem, & capitis inclinationem versùs Crucem, poterit reperiri alia oratio, antequam terminetur concluſio, & ità ſervatur in praxi. *Tonel. loc. cit.*

Quandò folium Miſſalis vertendum, detegen-

tegendus, vel tegendus Calix, aut quid ſimile agendum eſt, Celebrans una manu id faciet, alterà non ſuſpenſa in aere, ſed vel ſuper librum, aùt ſuper Altare poſita, vel pectori admota. *Gav. in Epit. tract.* 1. *part.* 2. *tit.* 3. *num.* 5.

Caput profundiùs inclinatur ad nomen *Jeſu*, & *Maria*, quàm ad alia nomina, & quando verbum ad quod inclinatur longiuſculum eſt, ut *Gloria Patri*, &c. *Bauldr. ut ſup.* & *cap.* 5. & *Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 8.

Advertendum eſt, quòd Celebrans, dùm ſtat in cornu Epiſtolæ, vel in medio Altaris ad nomen *Jeſu*, caput inclinat versùs Crucem; quando verò eſt in cornu Evangelii inclinat verſus librum: ad alia nomina non inclinat caput Cruci, niſi ſit in ipſo medio Altaris. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 5. *ex Rubr. Miſſ.* 5. *num.* 2.

Nomine Sanctorum ne intelligas ſuffragia communia in oratione, *A cunctis*, ſed commemorationem de S. Simplici, vel de octava, de quibus etiam fit commemoratio in officio, & dùm nominatur nomen Sancti, de quo dicitur Miſſa votiva. *Bauldr. loc. cit.* & *Alcocer. tract.* 2. *pag.* 110. *ac Gav. p.* 2. *tit.* 5.

Item caput inclinatur ſolùm ad nomen *Papæ viventis*, non autem alteriùs Prælati *Bauldr. ut ſup.*

Ubi dicit *Rubr.* inclinatur ad nomen *Jeſu*, *Maria Sanctorum*, &c. hoc intelligendum eſt, niſi Celebrans jam ſit inclinatus antè Altare *Tonel. ut ſup.*

Aduertendum eſt, quòd capitis inclinatio non eſt adeò rigoroſè intelligenda, ut non debeat fieri cùm aliquo motu corporis, præſertim quandò proferuntur plura verba, ut ſuprà dictum eſt, de *Gloria Patri*, *&c.* Ad *Gratias agimus tibi*, & alias hujuſmodi, tùnc enim opus eſt, & humeros aliquantulum inclinare. *Bauldr. ut ſup.*

Quando *Rubr.* loquitur, ſi Altare ſit ad orientem, non intelligitur de oriente reali ſolum, ſed etiam imaginario; nec de omni Altari ad orientem, ſed ſolùm de eo, in quo Celebrans habet Crucem, & Populum, antè faciem ſuam. *Gav. p. 2. tit. 5.*

In quatuor Temporibus, & quandò dicendæ ſunt plures orationes ſimul cùm Prophetiis, dictis *Kyrie eleiſon*, in medio Altaris; & facta Cruci mediocri reverentia, redibit Celebrans ad cornu Epiſtolæ, omniaque faciet, *ut ſupr. in Rubr.*

Dicens *Flectamus genua*, vnicum genuflectens innitens Altari, digitis extenſis, & ſimul junctis, hinc indè ſupèr Altare poſitis; ut patet *ex Rubr. Pollac. in Aphor. p. 1. Cęrem. 10. pag.* 44.

De Commemorationibus, & Orationibus in particulari. Cap. X.

DE Orationibus in communi ſatis in Miſſali patet; quare ſolùm loquar de aliquibus, vbi aliqua ſolet eſſe difficultas.

In Miſſis ſimplicibus votivis, & ferialibus orationes dicuntur impares tres, quinque

que; aut ſeptem; exceptis feriis à Dominica Paſſionis, uſque ad Dominicam Palmarum, in quibus duæ tantùm dicuntur; & ſi in iis occurrat fieri de aliquo ſemiduplici, vel dicatur Miſſa Votiva, dicuntur tres Orationes; ſed ubi cantantur (aut leguntur ſinè cantù) duæ Miſſæ, in ſingulis earum duæ tantum dicuntur; ſi verò fiat commemoratio ſimplicis, non additur tertia, quòd etiam ſeruatur infrà octavas Paſchatis, & Pentecoſtes. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. ex Rubr. Gen. Miſſal. & tit. 9. Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 19. num. 10.*

Si Superior decernat quotidiè dicendam orationem, *Deus Refugium*, vel aliam, tùnc, vel additur uti commemoratio in Duplicibus, Semiduplicibus, & Dominicis, vel dicitur tertio loco ad libitum, ità decrevit. *Sac. Rit. Cong. 28. Aug. 1627 Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 18. num. 19. Gav. in epit. tract. 1. p. 1. tit. 9. num. 9.*

In feſtis primæ Claſſis oratio ſupradicta nullomodo dicitur, niſi à Papa, vel *Sacræ Rituum Congregatione* fuerit aliter conſtitutum. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. cap. 2. num. 35. & loc. ſup. cit. Gav. loc. cit. & Sac. Cong. Rit. 28. Aug. 1627.*

In feſtis autèm ſecundæ Claſſis omittitur ſaltem in Miſſa Solemni. *Gav. loc. cit.*

Notandum eſt, quòd propter orationem ſupradictam, non debet, nèc licet omittere eas, quæ in Miſſali aſignantur 2. vel 3. loco; ſed dicuntur prius orationes præſcriptæ à *Rubrica*, deindè imperata à Superiore

vltimo

Digitized by Google

ultimo loco, aut alia, quæ dicitur ad libitum, cum debito ordine, & numero, ut patet in *Rubr. gen. Miſſal. 7. num. 5. & Rub. 9. Gav. ut ſup. num. 7. & 9. & Cær. Ord. Min. part. 2. cap. 19. num. 9*

Quandò in Cathedralibus, & Colleg. dicuntur duæ Miſſæ, una de feſto, alia de feria, ſi in officio facta fuerit commemoratio de Simplici, aut de die infrà octavam, fiet etiam in Miſſa de feſto, ſed non in Miſſa de feria: ſi verò facienda ſit commemoratio feriæ, aut Vigiliæ, fiet in Miſſa de feria, & non in Miſſa de Sancto. *Gav. ſup. cit. tit. 7. n. 4.*

In Duplicibus primæ Claſſis, tàm in Miſſa Solemni, quàm privata fit commemoratio diei octavæ, Dominicæ, & feriæ privilegiatæ: non tamen Vigiliæ, S. Simplicis, nèc diei infrà octavam, niſi Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Chriſti, de quibus ſemper fit commemoratio; in duplicibus verò ſecundæ Claſſis in Miſſa Solemni, non fit commemoratio Simplicis, nèc diei infrà octavam, niſi ſit ex ſupradictis, in Miſſis tamèn privatis fit de omnibus, præterquàm de die infrà octavam: ut in *Rubr.* patet. *Tonel. lib. 2. cap. 1. num. 10.*

In Miſſis Votivis, quandò ſolemnitèr dicuntur prò re gravi, vel prò publica Eccleſiæ cauſa, dicitur una tantùm oratio, ut in *Rub. Gen. 9. num. 14.* conſtat: ſed in Miſſa Solemni pro gratiarum actione dicuntur duæ orationes ſub una concluſione, ut in proprio loco notatur in fine Miſſalis, &c. *Gav. ut ſup. tit. 9. num. 8.*

In

In Miſſis Votivis privatis prò Gratiarum actione, oratio prò Gratiarum actione dicitur tertio loco, &c. *Gav. ut ſup.*

In Votivis B. M. Virginis ſecunda oratio dicitur de officio illiùs diei, & tertia de Spiritu Sancto, quæ omittitur, ſi facienda ſit commemoratio Sancti ſimplicis. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap.* 19. 11.

In Votivis Spiritus Sancti, non fit commemoratio B. M. V. ut aliqui putant, ſed tertiò loco dicitur oratio, quæ occurrit prò tempore. *Tonel. loc. cit. num.* 17.

In Miſſa de Sancto, qui Titulus eſt Altaris, de quo non recitatur officium, ſed Miſſa tantùm ad ejuſdem Altare in die feſto illius, dicuntur tres orationes, 2. de eo, de quo factum eſt officium, 3. quæ aliàs 2. loco dicenda erat. *Gav. loc. ſup. cit. num.* 10.

Quandò una oratio eſt eadem cùm alia, ultima commutatur, ut ſequitur in ſecretis Dominicæ Septuageſimæ, quando venit antè Purificationem, & tùnc prò B. M. V. dicitur oratio, *Tua Domine*; accidit etiam casùs in feſto 40. Martyrum, occurrente feria 5. Cinerum in feſto S. Martini Epiſcopi, in Dominica 22. poſt Pentecoſtem, vel cùm præcipitur à Superiore oratio, *Deus refugium, &c.*

Et tùnc in primo caſu ſumitur oratio feriæ 6. Cinerum, in 2. oratio Dominicæ 23. in 3. oratio, quæ ſequitur prò quacumque tribulatione, idem dicendum de poſt Communione, &c. *Tonel. ut ſup. num.* 21. *& Gav. ſup. cit. tit.* 7. *num.* 8. *& in p.* 2. *tit.* 1. *num.* 4. di,

cit

Digitized by Google

cit, quòd, quandò jubetur in Rubrica, ut perlegatur, ſivè prælegatur Miſſa, eo fine fit, ut ſi mutanda ſit oratio, quæ ſit eadem cùm alia, opportunè mutationi proviſum ſit, *ex Rubr.*

Datur regula generalis in Miſſali, quòd de eodem non fit in Miſſa bis, per modùm principalis, & per modùm commemorationis: verùm hoc non habet locum in collectis purè acceſſoriis, & remotioribus à prima; nec in iis, quæ addi poſſunt vſquè ad quinquè, seù ſeptem; quid enim vetat dicere orationem, prò Congregatione, & familia, in qua fit expreſſa mentio de B. V. certè niſi poſſet addi quandò fit mentio aliqua de B. V. nunquàm poſſet addi, quia fit ſempèr mentio aliqua de B. V. (extrà tempus Paſſionis, octavas Paſchæ, & Pent.) & ſic hæc oratio fruſtrà poneretur in Miſſali; ergò vltrà viciniorem acceſſoriam, quæ commemorationem ſapit, & debet eſſe diverſa à prima Collecta, nihil refert an in aliis purè acceſſoriis, & remotioribus à prima, mentio de novo fiat eorum, qui in prima, vel altera Collecta fuerunt nominati. *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 17. *num.* 18.

In Commemorationibus, ſi dicenda ſit oratio prò *Defunctis*, ſemper ponitur penultimo loco· *Rub. Gen.* 7. *num.* 6. *& Boliaſc. cap.* 12.

In oratione *A cunctis* litera N. exigit nomen Patroni, seù Titularis, qui ſi eſſet S. Michael, vel ſimilis, vel S· Jo: Baptiſta, nominatur antè Apoſtolos; *Sac. Cong. Rit.* 22. *Aug.* 1620. quòd ſi dicatur Miſſa de Patrono, vel

fuerit

fuerit nominatus antè Apoſtolos, nominetur Compatronus, ſi adſit, alioquin poteſt nominari alius Sanctus ad libitum, vnus non plures, eſſet enim aliquid addere Miſſæ contrà prohibitionem *Pij V. Gav. ut ſup. nu.* 19. *& Cær. ord. min. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 31. *&* 33.

Oratio pro ſe ipſo Sacerdote, non debet dici coram Prælato, vel Principe; idem ſeruandum in Miſſa Cõuentuali coràm Clero, tùnc enim prò omnibus potiùs decet orare. *Gav. loc. cit. nu.* 20. *& Cær. ord. m. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 32.

In Eccleſiis dicatis D. Joanni Baptiſtæ, in Comm. dicitur oratio ejus Vigiliæ, *Præſta quæſumus &c.* & ſimiliter in Eccleſiis conſecratis D. Stephano recitatur illa, quæ eſt poſita in ſua octaua, *Omnipotens ſempiterne Deus, &c. Pollac. in Aphor. p.* 2. *Cærem.* 8. *pag.* 159.

Si contingat antè Epiſtolam omittere aliquam orationem ex dicendis, ſuppleatur in Collectis ſecretis, dicendo vtramque; at ſi etiàm in ſecretis omittatur, non debet ſuppleri poſt Communionem, ſed omnes tres dicendæ in Sacriſtia, &c. *Tonel. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 23. *& Gav. ut ſup.*

De Epiſtola Graduali, & aliis vſquè ad Offertorium. Cap. XI.

1 DIctis orationibus Celebrans poſitis ſupèr librum, vel ſupèr Altàre manibus, ità ut palmæ librum tangant, vel (ut placuerit

placuerit) librum tenens, legit Epiſtolam intelligibili uoce, & reſpondetur à Miniſtro Deo gratias, & ſimilitèr ſtans eodem modo, proſequitur Graduale, Alleluia, & Tractus, ac Sequentiam ſi dicenda ſint. Quibus dictis, Sacerdos, ſi priuatim celebret, ipſemet, ſeù Miniſter portat librum Miſſalis ad aliam partem Altaris in cornu Evangelij, & dùm tranſit antè medium Altaris, caput Cruci inclinat, & Miſſale ſic locat, ut poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu Altaris, & non ad parietem, ſiuè ad partem eius contrà ſe directam.

2 Locato Miſſali in Altari, Celebrans redit ad medivm Altaris, ibiquè ſtans junctis manibus antè pectus, leuatiſque ad Deum oculis, & ſtatim demiſſis, tùm profvndè inclinans, dicit ſecretò, Munda cor meum, & Iube Domine benedicere, Dominus ſit in corde meo, &c. ut in ordinario. Quibus dictis uadit ad librum Miſſalis, ubi ſtans uersùs illum junctis manibus antè pectus, dicit intelligibili uoce, Dominus uobiſcum, ℟. Et cùm ſpiritu tuo. Deindè pollicæ deſtræ manus ſigno Crvcis ſignat, primò librum ſupèr principio Evangelii, quòd eſt lecturus, poſteà ſe ipſum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia, uel Initium Sancti Evangelii, &c. ℟. Gloria tibi Domine. Tùm junctis iterùm manibus antè pectus, ſtans ut ſuprà, proſequitur Evangelium uſquè ad finem. Quo finito Miniſter ſtans in cornu Epiſtolæ poſt infimùm gradum Altaris, reſpondet, Laus tibi Chriſte, & Sacer-

dos

dos eleuans parumpèr librum; oſculatur principium Evangelii: dicens; Per Evangelica dicta, &c. præterquàm in Miſſis Defunctorum, & niſi celebret coràm Summo Pontifice, Cardinali, & Legato Sedis Apoſtolicæ, uel Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo, in eorum reſidentiis; quò casù defertur cuilibet prædictorum oſculandus liber; & Celebrans tùnc non oſculatur illum, nec dicit, Per Evangelica dicta, &c. Cùm avtèm nominatur Jesùs, caput uersùs librum inclinat; & eodem modo uersùs librum genuflectit, cùm in Evangelio eſt genuflectendùm:

3 Dicto Evangelio ſtans in medio Altaris uersùs Crucem, elevans, & extendens manus, incipit (ſi dicendum ſit) Credo, cùm dicit: in unum Deum, jungit manus, & caput Cruci inclinat; quo erecto, ſtans ibidem junctis antè pectus manibus, ut priùs, proſequitur uſquè ad finem. Cùm dicit Ieſum Chriſtum, caput Cruci inclinat. Cum dicit. Et incarnatus eſt, uſquè ad, Et homo factus eſt, incluſiuè, genuflectit. Cùm dicit, Simùl adoratur, caput Cruci inclinat. Cùm dicit, Et vitam venturi ſæculi, Amen, producit ſibi manu dextra ſignum Crucis, à fronte ad pectus. *Rubr. Miſſal. de Rit. Serv. &c. nu.* 1. 2. *&* 3.

Notationes.

IN fine Epiſtolæ, & etiam cujuslibet Prophetiæ (exceptis ultima Danielis in Sabbato,

bato quatuor Temporum, & lectionibus feriæ 6. in Paraſceve, & Sabbati Sancti) reſpondetur *Deo gratias*. Rubr. *Gen. Miſſal.* 10. *nu.* 1.

Si autem Miniſter non reſpondeat *Deo gratias*; ipſe celebrans dicet. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 113.

Celebrans ad Epiſtolam in Miſſa de Cruce, & Dominicæ Palmarum ad ea verba, *In nomine Jeſu omne genuflectatur*, genuflectit, unico genu, & ſtatim ſurgit tamèn graviter; ſed non genuflectit, dum hæc legit in Introitu. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 17. *num.* 2. & *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 29. *nu.* 1.

Genuflectit etiam unico genu, & ſtatim ſurgit, ut ſupra dictum eſt, ad uerſum *Adiu va nos Deus*, quando dicitur in Tractu, non autem quandò dicitur ad Graduale, & ad *Veni Sancte Spiritus* in Miſſa de Spiritu Sancto, & cum genuflectit non ſe vertit ad Crucem. *Tonel. lib.* 3. *cap.* 1. §. 5.

Decet ut ipſe potiùs Miniſter deferat Miſſale ab una parte ad alteram, quam Celebrans, niſi aliter neceſſitas poſtulet. *Alcocer. tract.* 2. *pag.* 113.

Celebrans tenet manus junctas antè pectus, non tamèn ſuper Altare poſitas, & dicit *Domine*, non *Domne*, ut ex ipſa *Rubr.* patet, *n.* 2. *Boliaſcus cap.* 13.

Cum ſignat librum, ſiniſtram ponit ſuper eum; cum uerò ſeipſum, eandem ponit infra pectus: ſignat autèm tàm librum, quàm ſe non ungue pollicis, ſed pulpa. *Ton. lib.* 2. *tit.* 6.

Quandò

Quando librum oſculatur, parumper illum elevat, inclinans aliquantulùm caput, deindè eumdem ſuper cuſſinum depoſitum, locat juxta Corporale, ut facilius ex eo legere poſſit Offertorium, & ea quæ dicenda ſunt in medio. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. num.* 12.

Celebrans ſignans librum, & ſe ipſum in fronte, ore, & pectore, non debet conjungere pollicem, & indicem, ſed totam manum tenere extenſam, & digitos ſimul junctos, & extenſos; neque poſt ſignum Crucis oſculari digitos, formando cum ipſis Crucem. *Alcoc. tract. 2. pag.* 114. *ex Rub. Miſſ.*

Si legendo Evangelium occurrat genuflectere, verſus librum, & non verſus Sacramētum genuflectere debet, ut patet ex *Rubr. Miſſ. n.* 2. Niſi Sacramentum ſit expoſitum, quia tunc aliquantulùm verſus illud genuflectet. *Gav. p.* 4. *tit.* 8. *num* 9.

Finito Evangelio, non ſignabit librum, nec ſeipſum, ſed ſolum oſculabitur. *Tollac. in Aphor. p.* 1. *Cær.* 11. *pag.* 52. *ex Rubr.*

Si Miniſter non reſpondeat, *Laus tibi Chriſte*, ipſe Celebrans dicet; deindè dicet, *Per Evangelica dicta*. *Alcoc. loc. ſup. cit.*

Quoties omittit oſculum libri, ſivè in Miſſa Defunctorum, ſivè cùm alteri, ideſt Prælato, detur liber oſculandus: omittit. *Per Evangelica dicta*, ut clarè patet in *Rubr. 6. num.* 2.

In Miſſa, quæ coram multis Prælatis æqualibus celebratur, nulli dabitur oſculandus liber Evangeliorum, nequè etiam Celebrans oſculabitur, quod ſi fuerint inæquales

les offeretur tunc digniori tantum, ſed hoc antè offertorium, etiam ſi non dicatur *Credo*, & à Miniſtro nulla antè fit reverentia Prelato, ſed ſolùm poſtquam ille oſculatus fuerit, clauſo ſtatim libro; ille autèm dicet; *Per Evangelica dicta*, *&c.* quia hæc ſunt verba propria oſculantis. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *num.* 4. *Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 5.

Non defertur liber oſculandus Vicario Apoſtolico, nequè Commendatario, ſeù ejuſdem Procuratori, nequè aliis, quibus non competit, ſinè facultate Sedis Apoſtolicę; datur autem Legato intrà fines ſuæ Legationis, Cardinali, & aliis, ut notatur in *Rubr. num.* 2. *Gav. loc. cit.*

Principibus autem, Magnis; non verò inferioribus laicis, & illis alius liber deferendus eſt, & non idem ipſius Celebrantis, qui proprium eo caſu librum oſculari debet: nullus autem Fœminis. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 14. *Gav. ut ſup. & Cær. Ord. Min. loc. cit.*

Si Celebrans velit concionari, ſedeat ſuper ſcamno nudo in cornu Evangelii, capite tecto, aut ſinè caſula in Pulpito. *Gav in Epit. ut ſup. tit.* 6. *num.* 19. *Pollac. p.* 1. *Cærem.* 22. *& Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 28.

Quandò publicandi ſunt dies feſti, jejunia, Matrimonia, & alia hujuſmodi, publicari debent immediatè poſt Evangelium, & non poſt Offertorium: & idem ſervari debet, quandò concionandum eſt ſuper Evangelium, vel laudes Sanctorum.

Sermo verò pro funere alicujus Magni viri,

viri, vel pro expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, gratiarum actione, publicatione Iubilei, Pacis, & ſimilium, habeatur finita Miſſa, poſtquam Celebrans depoſita Planeta Pluviali indutus eſt. *Tonel. lib. 2. tit. 6. & Bavldr. p. 1. cap. 10.*

Similiter ſi facienda ſit oblatio populi, (quæ in noſtris Eccleſiis interdicitur) fieri poterit poſt Evangelium, vel potius dicto offertorio antè oblationem hoſtiæ. *Gav. & Bavldr. p. 3. cap. 7. tit. 7. Sed juxta Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 3. num.* 17. Celebrans non præbet manipulum oſculandum, ſed Crucem, vel Sacram Imaginem. *Burchardus* verò in ſuo *Cærem. de Ord. Min.* contrarium ſentit, dicens quod Celebrans porrigit manipulum oſculandum offerentibus in ſummitate ipſius, & ſtans capite detecto, dicenſque ſingulis: *Acceptabile ſit Sacrificium tuum omnipotenti Deo* Vel, *Centuplum accipias, & vitam æternam poſſideas.* Vtraque videtur tuta, & ideò ſeruari poterit juxta beneplacitum.

Celebrans ad *Credo*, manus extendit elevat, & jungit, ſicut ad *Gloria in Excelſis*, ut notatur in *Ord. Miſſæ*, & inclinat caput ad nomen, *Deum*, tantum, nec elevat oculos. *Tonel. ut ſup. & Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 6.*

Vnicum genu flectit ad *Et incarnatus eſt &c.* & dum dicit, *Et homo factus eſt*, caput etiam inclinat, tenens manus hinc indè ſuper Altare extenſas. *Tonel. & Bauld. loc. cit.*

Sed non debet accipere anteriorem partem Planetæ præ manibus, illam eleuando,

dum

dum genuflectit, hoc obſervare debet in omnibus genuflexionibus, quia eſt præter *Rubricam, ut docet Alcoc. tract. 2. pag.* 115.

Quandò Celebrans dicit *Simul adoratur*, caput inclinat, ſed non ad ſequens verbum *conglorificatur*; & in fine Symboli ſignat ſeipſum, ac ad verbum *Amen*, jungit manus. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 6. nu. 6. Bauldr. & Alcocer. loc. cit.*

De Offertorio, & aliis vſque ad Canonem, Cap. XII.

1 DIcto Symbolo, vel ſi non ſit dicendum, poſt Evangelium Celebrans oſculatur Altare in medio, & junctis manibus antè pectus, ibidem à manu ſiniſtra ad dextram (ut dictum eſt ſupra) vertit ſe ad populum, & extendens, ac jungens manus dicit, Dominus vobiſcum, & junctis manibus revertitur per eamdem viam ad medium Altaris, vbi extendens, & jungens manus caputque Cruci inclinans, dicit Oremus: tùm junctis ut prius manibus, dicit Offertorium, & omnia quæ vſquè ad finem in medio Altaris dicenda ſunt, dicit ibidem ſtans verſus Altare, niſi vbi aliter ordinatur.

2 Dicto Offertorio, diſcooperit Calicem, & ad cornu Epiſtolæ ſiſtit, & manu dextra amouet paruam pallam deſuper Hoſtiam, accipit Patenam cum Hoſtia, & ambabus manibus vſque ad pectus eam elevatam tenens, oculis ad Deum elevatis, & ſtatim demiſſis, dicet Suſcipe Sancte Pater, &c.

3 Si

3 Si fuerint aliæ Hoſtiæ non ſuper Patenam, ſed ſuper Corporale, uel in alio Calice, ſeù vaſe pro Communione populi conſecrandæ, Calicem illum, ſeù vas dextra diſcooperit, & intentionem ſuam etiam ad illas offerendas, & conſecrandas dirigens, dicit ut ſupra, Suſcipe, &c. ut in ordine Miſſæ, quo dicto, Patenam utraque manu tenens, cum ea facit ſignum Crucis ſuper Corporale, & deponit Hoſtiam circa medium anterioris partis Corporalis antè ſe, & Patenam ad manum dextram aliquantulum ſubtus Corporale; quam, exterſo Calice, ut dicetur, cooperit purificatorio. Si autem adſit vas, ſeù Calix cum aliis Hoſtiis, ipſum cooperit alia Patena, vel palla.

4 Deindè in cornu Epiſtolæ accipit Calicem, purificatorio extergit, & ſiniſtra tenens illius nodum, accipit ampullam vini de manu Miniſtri, (qui oſculatur ipſam ampullam, non autem manum Celebrantis,) & ponit vinum in Calicem. Deindè eodem modo tenẽs Calicem, producit ſignum Crucis ſuper ampullam aquæ, & dicit, Deus, qui humanæ ſubſtantiæ, & infundens parum aquæ in Calice proſequitur, Da nobis per hujus aquæ, & vini miſterium, &c.

Si verò celebrat pro Defunctis, non facit ſignum Crucis ſuper aquam, ſed imponit abſque benedictione, dicens orationem, ut ſuprà.

5 Impoſita aqua in Calice, & finita oratione prædicta, accipit manu dextrà Calicem diſcoopertum, & ſtans antè medium

Altaris, ipſum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens; offerimus tibi Domine, &c. qua oratione dicta, facit ſignum Crucis cum Calice ſuper Corporale, & ipſum in medio poſt Hoſtiam collocat, & palla cooperit.

Deindè junctis manibus ſuper Altare, poſitis, aliquantulum inclinatus dicit ſecretò, In Spiritu humilitatis, &c. Poſteà erectus, elevans oculos, manuſque expandens, & ſtatim jungens antè pectus (quod ſemper facit, quandò aliquid eſt benedicturus) dicit, Veni Sanctificator, &c. cum dicit, & benedic, ſignat manu dextrà communiter ſuper Hoſtiam, & Calicem, ſiniſtra poſita ſuper Altare.

6 Tùm junctis antè pectus manibus, accedit ad cornu Epiſtolæ, ubi ſtans, Miniſtro aquam fundente, lavat manus, ideſt, extremitates tum pollicis, & indicis, dicens Pſalmum Lavabo inter innocentes, cum Gloria Patri &c. qui uerſus Gloria Patri præmittitur in Miſſis Defunctorum, & in Miſſis de Tempore à Dominica de Paſſione vſque ad Sabbatum Sanctum excluſivè.

7 Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus junctis revertitur ad medium Altaris, ubi ſtans, oculoſque ad Deum elevans, & ſtatim demittens, manibus junctis ſuper Altare, aliquantulum inclinatus dicit ſecretò orationem, Suſcipe Sancta Trinitas, &c.

Qua

Qua dicta, manibus hinc indè extenſis, & ſuper Altare poſitis, oſculatur illud in medio: tum junctis manibus antè pectus, demiſſiſque oculis ad terram, à ſiniſtra manu ad dextram vertit ſe ad populum, & verſus eum extendens, & jungens manus, dicit voce aliquantulum elata, Orate Fratres, & ſecretò proſequens, ut meum, ac veſtrum Sacrificium &c. perficit circulum, reuertens junctis manibus antè pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et reſponſo à Miniſtro, vel à Circumſtantibus, Suſcipiat Dominus Sacrificium de manibus tuis, &c. (alioquin per ſeipſum, dicens, Sacrificium de manibus meis) ipſe Celebrans ſubmiſſa voce dicit, Amen, & manibus antè pectus extenſis, ut fit ad orationem, ſtans in medio Altaris verſus librum dicit abſolutè ſine oremus, & ſine alia interpoſitione, orationem, vel orationes ſecretas. Cum dicit, Per Dominum, jungit manus: cum dicit Jeſum Chriſtum, caput inclinat; quod facit in prima oratione, & in ultima, ſi plures ſint dicendæ.

8 Peruento autem in concluſione ultimæ ſecretæ ad verba illa, Per omnia ſæcula ſæculorum excluſiuè, Sacerdos ſtans in medio Altaris, depoſitis ſuper eo manibus hinc indè extenſis, dicit convenienti, & intelligibili voce Præfationem.

Cum dicit, *Surſum* corda, elevat manus hinc indè extenſas vſque ad pectus; ità ut palma unius manus reſpiciat alteram. Cum dicit, Gratias agamus Domino, jungit manus;

nus; cum dicit Deo noſtro, oculos elevat, & ſtatim Cruci caput inclinat.

Reſponſo, dignum, & juſtum eſt, elevatis & extenſis, ut priùs manibus, proſequitur Præfationem propriam, vel communem, ut tempus requirit. Cum dicit Sanctus, junctis antè pectus manibus, & inclinatus, voce mediocri proſequitur; Miniſtro interim parvam Campanulam pulſante.

Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. erigit ſe, & ſignum Crucis ſibi producit à fronte ad pectus. Rubr. Miſſ. 7. de Rit. Serv. &c. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Notationes.

QUandò *Symbolum* non eſt dicendum, Celebrans, accomodato libro juxta Corporale, non jungit manus, ſed immediatè oſculatur Altare, ut colligitur ex *Rubr. Tonel. lib. 2. tit. 6. & 7.* poſteà Dominus Vobiſcum, deindè dicit Offertorium manibus junctis, & voce intelligibili, ut ex *Rub.* patet. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. n. 1.*

Calicem diſcooperit, dum adhuc eſt ſuper corporale, velo tantùm amoto, quòd à Miniſtro, non à ſeipſo plicatur, ſi comodè fieri poteſt, & propè tabellam ſecretarum in cornu Epiſtolæ deponitur; Si verò ipſe Sacerdos velum plicet, deponat illud, utraque manu à poſteriori parte Calicis eodem tempore ipſum plicans; deindè ſiniſtrâ manu ſuper Altare poſita, ſola dextra extrahat illud à corporali, & revolutum

verius

verſus medium Altaris, relinquat ibi juxtà tabellam ſecretarum, ut dictum eſt. *Gav. Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 7. Gav. ut ſup. n. 2. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 7.*

Si plures fuerint Hoſtiæ conſecrandæ in Calice, aùt in Pyxide, Sacerdos dextra, diſcooperit eam antequam accipiat Patenam, imò antequam Pallam amoueat à Patena, eamdemque collocat in medio Corporalis, inter locum Calicis, & tabellam ſecretarum, nec ideò debet eam elevare ſub prætextu oblationis, ſed ſufficit ſi ad eam intentionem dirigat. *Gav. loc. cit. nu. 3. Tonell. & Bauldr. ut ſup., & Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 3. n. 1., & 2.*

Sola dextra Patenam accipit ſinè Palla de Calice, ſed poſteà ambabus manibus eam elevatam tenet antè pectus; non verò antè faciem, ut patet in *Rub. Bauldr. loc. cit.*

Hoſtiam offerendo oculos ad Deum elevat, & ſtatim in Hoſtiam demittit. *Alcoc. tract. 2. pag. 121.*

Signum Crucis cum Patena facit per lineas æquales, non per puncta, nec Corporale tangit, & deponit Hoſtiam diſtantem ab extremitate Altaris, palmo circiter, ità ut ponatur in medio factæ Crucis, quæ fieri poterit à medio corporalis, uſquè ad oram anteriorem; quæ verò fit cum Calice, fiet in alia parte Corporalis uſque ad medium circiter, ità ut non fiat ſuper Hoſtiam. *Tonel. ut ſup. tit. 7., & Pollac. in Aphor. par. 1. pag. 59.*

Depoſita Patena; antequam accedat ad

extergendum Calicem, cooperit alium Calicem Hoſtiarũ, vel Pyxidem, ſi adſit. *Rubr. 7. Miſſ. n.* 3.

Si Particulæ conſecrandæ ſint ſuper patenam, offert ſimul cum Hoſtia ſuper eamdem Patenam, non determinando numerũ, & dicit *Hoſtiam*, non *Hoſtias*,: deindè depoſita Hoſtia, ſtatuit eas, à parte Evangelii ſuper Corporale è regione maioris Hoſtiæ aliquantulum ab ea diſtantes, ne tangantur à manipulo in cõſecratione Calicis, &c. *Bauld. ut ſup. Cærem. Ord. min. p.* 1. *cap.* 3. *Alcoc. tr.* 2. *pag.* 121. *& Burch. de Ord. Miſſ.*

Si afferantur Particulæ ad Altare poſt Oblationem, poterunt ex gravi cauſa conſecrari mente priùs oblatæ, ſed non ſufficere commoditatem comunicare volentium, docet *Paſqualig. quæſt.* 335. ubi tamen *nu.* 6., & 10. dicit, eſſe ſolum peccatum veniale, ſi antè inceptum Canonem offerantur; Poſt Canonem verò inceptum non poſſunt admitti, etiam ad dandum *Viaticum*; tunc enim latius eſt conſeruare partem Hoſtię, majoris. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 7.

Antequam accedat ad cornu Epiſtolæ, facit reverentiam Cruci manibus junctis, deindè exterſo Calice, cooperit Purificatorio Patenam immediatè. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 123. *ex Rubr. Miſſ.*

Purificatorium ponitur ſuper Patenam extenſum, ſed ſi propter longitudinem plicetur, extremitates ipſius Altare reſpiciant, non Celebrantem. *Tonel. loc. cit.*

Calicem accipiat per nodum non coopertum

pertum Purificatorio, ſed nuda manu, & propè ampullas admoveat, ità ut guttæ non cadant ſuper mappam Altaris, & eum inclinet parumper, dum vinum, & aquam infundit, quem tamen non tenet elevatum, ſed poſitum ſuper Altare: aquam verò non ante infundet, quam proferat verba, *Da nobis per hujus aquæ &c. Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 4. *Alcocer. tract.* 2. *pag.* 122. *Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cærem.* 14. *pag.* 62. *ex Rubric. cit. num.* 4.

Si guttæ intrà Calicem diſperſæ appareant, circumacto vino uniantur, vel accepto Purificatorio, quod decentius eſt, abſtergantur. *Ita DD. ſup. cit.*

Sacerdos aquam benedicturus, non debet relinquere Calicem, ut manus prius jungat, quia hoc eſt contra. *Rubr.* quæ dicit: *Deindè eodem modo tenens Calicem, producit ſignum Crucis, ſuper ampullam Aquæ. Rubr. Miſſ. num.* 4. *& Alcoc. loc. ſup. cit.*

Sacerdos miſſurus vinum, & aquam in Calicem, prius effundet modicum in terram, non ſolum, ut meatus, ſivè locus vaſis, per quem fluere debet, mundetur, & ſi quid eſt in ſuperficie vini, vel aquæ emittatur; verum etiam ad oſtendendum, quod ſanguis, & aqua de latere Chriſti, uſque in terram, fluxerunt, ad quod Miſterium ſe præparat peragendum. *Durand. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 20. *pag.* 141.

Impoſita aqua, deponit manu ſiniſtra Calicem propè Corporale: deindè junctis manibus, accedit ad medium Altaris, profe-

quens orationem, & facta Cruci reverentia (quæ ut plurimum ſolet contingere ad ea verba, *Jeſus Chriſtus*) accipit dextrà Calicem, & utraque manu offert, dextera tenente nodum, & ſiniſtra pedem, ità elevatum tenens, ut cuppa Calicis non excedat oculos, nequè ſit infra os. *Tonel. lib. 2. tit. 7. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 7. n. 5. & Pollac. in Aph. p. 1 Cær. 14. pag. 62.*

Oculos elevatos tenet ad totam orationem, *Offerimus*, &c. ut in *Rubr.* patet, ſed ſi opus eſſet orationem, legere ſufficeret oculos elevare, & ſtatim dimittere. *Tonel. loc. cit.*

Signum Crucis cum Calice fit ambabus manibus, nec fiat ſuper Hoſtiam; quo facto ponitur ſuper Corporale, diſtans ab Hoſtia per ſpatium unius circiter palmi, aut ſaltem alterius Hoſtiæ. *Bonamic. ut ſup.*

Verba illa Rubricæ, *Quod ſemper facit quandò aliquid eſt benedicturus*, antè, *Veni Sanctificator*, intelliguntur tantum de manibus expandendis, non de oculis elevandis, qui poſt conſecrationem defigendi ſunt in Hoſtiam conſecratam; ſimiliter intelliguntur, quandò utraque manus eſt libera, non enim deponenda eſt Hoſtia, aut Calix antè conſecrationem, ut jungantur manus ad benedictionem faciendam, & poſt benedictionem factam, non junguntur manus, niſi ſubſequens actio id requirat, ut dicetur. *Gav. ut ſup. num. 6. & Alcocer. tract. 2. pag. 124.*

Dicturus *Veni Sanctificator*, extendens manus, elevat eas de more cum oculis; & caput im-

immotum retinens ſtatim oculos demittit, quod deducitur ex *Rubrica num.* 5.

Signum Crucis fit per duas lineas, non per quatuor puncta, & utraque linea æqualiter alta fiat à Calice ad Hoſtiam, non deprimendo manum, & linea tranſverſa ducitur propè oram anteriorem Pallæ, quæ media eſſe ſolet inter Calicem, & Hoſtiam, & ut ſervetur dicta æqualitas, prima linea inchoanda eſt à medio Pallæ, & utraque Crucis linea non debet excedere menſuram palmi communis manus, & pars tranſverſa Crucis fiat manu quoque tranſverſa, non recta: interim ſiniſtra tenetur extenſa ſuper Altare, niſi Corporale ſit adeò magnum, ut geſtus fieret inconcinnus; quia tùnc teneri poterit ſuper Corporale; poſt conſecrationem vero omninò tenere debet ſuper illud, ut ſuo loco dicetur. *Gav. loc. ſup. cit. num.* 7. *& Cær Ord. Min. p.* 2. *num.* 9.

Poſtquam benedixit oblata, antequam accedat ad cornu Epiſtolæ, caput Cruci inclinat, quæ reverentia opportunè accidit, dum dicitur, *Tuo ſancto nomini præparatum. Bauldr. tit.* 7.

Lavat extremitates digitorum pollicis, & indicis tantum, non verò labia, & os, & poſt lotionem, digitos abſtergit in eodem ſitu, quo eos lavit, Pſalmumque complet, antequam accedat ad medium Altaris, ſed incipiens, *Gloria Patri*, convertit ſe, & caput inclinat verſus Crucem, deindè junctis manibus ante pectus, redit ad medium, ut in *Rub.* patet, *num.* 6. *&* 7. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 125.

Digitized by Google

Bord. var. Reſol. p. 2. de Sac. Rit. Reſol. 64. num. 9. & Pollac. in Aph. p. 1. Cær. 16. pag. 71.

In Miſſis Defunctorum, non dicitur *Gloria Patri*, nec *Requiem æternam*, loco ipſius. *Rubr. Miſſ. Bauldr. loc. cit.*

Celebrans, poſtquam manus tergerit, non ponet Manutergium ſuper Altare, ſed illud tradet Miniſtro. *Pollac. loc. ſup. cit.*

Perveniens ad medium Altaris elevat oculos, & ſtatim demittit, & junctis manibus ſuper Altare, aliquantulum inclinatus dicit ſecretò. *Suſcipe Sancta Trinitas*, ut in *Rub. n. 9.*

Poſt dictum *Orate Fratres*, morulam antè populm facit, & cōverſus ad Altare, facit reverentiam Cruci. *Bauld. ut ſup. & Ton. lib. 2. tit. 7.*

Hæc verba *Orate Fratres*, intelligibili voce pronuntiat, ſed demiſſione, ut colligitur ex *Rub. num. 7.*

Poſtquam dixerit *Orate Fratres*, non priùs reſpondet *Amen*, quam Miniſter finierit totum *Suſcipiat*, deindè ſtans in medio manib. extenſis converſus ad librum, dicit orationes ſecretas, & in fine primæ, & ultimæ orationis, dicit concluſionem integrã, ſicut in orationibus antè Epiſtolam, & cũ dicuntur duę, vel plures ſecretæ, ipſe in fine concluſionis primæ illarũ reſpondet ſibi ſecretò *Amen*, & numquã dicit *Orem. Baul. loc. cit. & Gav. ex Rub.*

Quantum fieri poteſt, ſola ſiniſtra adhibeatur ad inveniendas orationes, & alia dicenda in medio; dextera interim poſita ſuper Altare, non in aere ſuſpenſa: & ſi dextera adhibere neceſſe ſit, ità adhibeatur, ut manus ad invicem non ſuperponantur. *Tonel. loc. cit. & Gav. p. 2. tit. 3.*

Quan-

Quando Celebrans eſt in medio Altaris, ad nomen *Jeſus*, *Maria*, & aliorum Sanctorum, caput inclinabit verſus Crucem. *Bauldr. p. 3. cap. 5.*

Cum Celebrans dicit, *Surſum corda*, manus elevat vſque ad pectus, non vltrà; cum dicit, *Gratias agamus Domino*, altiùs elevat, & jungit; oculos elevans, & caput inclinans, dum dicit *Deo noſtro*. *Tonel. lib. 2. tit. 7. & Bonamic. p. 2. n. 21.*

Dicit *Sanctus* voce mediocri, ideſt non prorſus clara, & nec pectus percutit, nec manus ſuper Altare ponit, ſed ſolum jungit ante pectus, deinde erectus dicit, *Benedictus &c.* & poſt ſignum Crucis jungit manus. *Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 7. ex Rubr.*

Celebrans non inclinat caput ad *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, tam in Præfatione, quam in aliis locis Canonis, niſi ad *Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum*, poſt commemorationem Defunctorum. *Marc. Corn. in Docum. Miſſ. n. 12.*

De Præfationibus, Communicantes, &c. Cap. XIII.

2 PRæfationes autem dicuntur, ut in ordine Miſſæ adnotatum eſt: & quæ in Quadrageſima, Tempore Paſſionis, & Paſchali, & infrà octavas propriæ aſſignantur: dicuntur etiam in Dominicis, & feſtis, quæ illis temporibus celebrantur: niſi illa feſta propriam Præfationem habeant.

3 Si infrà octavam alicujus feſti, quod habet

bet Præfationem propriam, occurrat feſtũ ex majoribus non habens propriam Præfatio [illegible]. dicitur Præfatio de octava, quamvis de ea nulla fiat commemoratio in Miſſa.

4 In Miſſis votivis dicitur etiàm Præfatio propria, ſi propriam habeant; ſi verò non habuerint dicitur Præfatio de Tempore, vel octava, infrà quam contigerit hujuſmodi miſſas celebrari; alioqùin Præfatio communis.

Et quandò aliqua Miſſa votiva prò cauſa publica ſolemniter celebratur, dicitur in cantu ſolemni, ut in Duplicibus. In miſſis Defunctorum quocumque Tempore, ſemper dicitur Præfatio communis. *Rubr. Gen. n.* 2. 3. & 4.

Notationes.

IN Miſſa Solemni de feria privilegiata, puta Quat. Temporum, & Vig. in aliquo feſto, vel infrà octavas, quæ habent Præfationes proprias, dicitur Præfatio de tempore, aut communis, non de feſto. Idem ſervatur in Miſſa prò re gravi in paramentis violaceis, quandò dicitur infrà octavas, aùt in die feſto habente Præfationem propriam. *Tonell. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 19. *Gav. p.* 1. *tit.* 12. *Sacr. Congr. Rit.* 12. *Decemb.* 1626.

In Miſſis de Litaniis majoribus, in feſto S. Marci, dicitur Præfatio de Tempore Paſchali, etiam infrà octavam Paſchæ, & non de octava Paſchæ, quia hæc eſt Solemnis.

Idem dicendum de Litaniis minoribus; ita ut dicatur Præfatio de tempore Paſchali,

li, licet in aliis Miſſis dicatur Præfatio de feſto. *Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 12. Gav. & Sacr. Congr. ut ſup.*

Infrà octavam *Nativitatis Domini*, in omnibus Miſſis votivis dicitur *Præfatio de Nativitate;* & etiàm in die octava S. Stephani quamvis ſit infrà octavam S. Joannis Evangeliſtæ. *Gav. & Bauldr. loc. cit.*

Datur caſus quo ſeparati debeat *Communicantes* à ſua *Præfatione* : nam infrà octavam Aſcenſionis, ſi occurrat feſtum SS. Philippi, & Jacobi, *Præfatio* erit de Ap. *Communicantis* de Aſcenſione, licet in Miſſa nulla fiat commemoratio de octava.

Idem accidit in Miſſis votivis quæ dicuntur infrà eandem octavam, & habent Præfationem propriam, &c. *Sacr. Congr. Rit. 28. Aug. 1627. Gav. ut ſup.*

De Canone Miſſa uſquè ad Conſecrationem Cap. XIV.

1 FInita Præfatione, ut ſupra, Sacerdos ſtans antè medium Altaris, verſus ad illud, aliquantulum elevat manus, oculiſque elevatis ad Deum, & ſinè mora devotè demiſſis, ac manibus junctis, & ſuper Altare poſitis, profundè inclinatus incipit Canonem, ſecretò dicens: Te igitur, &c. ut in ordine Miſſæ.

Cum dicit, uti accepta habeas, & benedicas, priùs oſculatur Altare in medio, deindè erigit ſe, & ſtat junctis manibus antè pectus: Cum dicit, Hæc ✠ dona, hæc ✠

munera

munera, hæc Sancta ✠ Sacrificia, dextra manu ſignat ter communiter ſuper hoſtiam & Calicem.

Deindè extenſis manibus antè pectus, proſequitur, In primis quæ tibi offerimus, &c.

2 Ubi dicit, una cum famulo tuo Papa noſtro N. exprimit nomen Papę; Sede autem vacante, verba prædicta omittuntur. Ubi dicitur, & Antiſtite noſtro N. ſpecificatur nomen Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarii in propria Diœceſi, & non alterius Superioris, etiàm ſi Celebrans ſit omninò exemptus, vel ſub alterius Epiſcopi Juriſdictione. Si verò Epiſcopus ordinarius illius loci, in quo Miſſa celebratur ſit vita functus, prædicta verba omittuntur; quæ etiam omittuntur ab iis, qui Romæ celebrant. Si Celebrans eſt Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel Patriarcha, omiſſis prædictis verbis, eorum loco dicit, Et me indigno ſervo tuo: Summus autem Pontifex cum celebrat, omiſſis verbis, una cum famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. dicit, una cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuò præeſſe voluiſti. Et continuant omnes ut ſequitur. Et omnibus orthodoxis; &c.

3 Cum dicit, Memento Domine, elevans, & jungens manus uſque ad faciem vel pectus, ſic junctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciens commemorationem vivorum Chriſti Fidelium ad ſuam voluntatem: quorum nomina ſi vult, ſecretò commemoret: non tamen neceſſe

Digitized by Google

neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantum eorum memoriam habeat. Poteſt etiam Celebrans, ſi pro pluribùs orare intendit, ne circumſtantibus ſit moroſus, ante Miſſam in animo proponere ſibi omnes illos, tam vivos, quam Defunctos, pro quibus in ipſa Miſſa orare intendit, & hoc loco generaliter unico contextu ipſorum vivorum commemorationem agere, pro quibus ante Miſſam orare propoſuit in Miſſa.

4. Commemoratione vivorum facta de miſſis, & extenſis, ut prius manibus, continuat. Et omnium circumſtantium, &c. Similiter ſtans, proſequitur Communicantes. Cum dicit *Jeſu Chriſti*, caput Cruci inclinat: in concluſione, quando dicit *Per eumdem*, jungit manus. Cum dicit *Hanc igitur oblationem*, expandit manus ſimul ſuper oblata, ità ut palmæ ſint apertæ verſus, ac ſupra Calicem, & Hoſtiam, quas ſic tenet uſque ad illa verba, *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, tunc enim jungit manus, & ſic proſequitur, Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus: & cum dicit *bene✠dictam*, *adſcri✠ptam*, *ra✠tam*, communiter ſignat ter ſuper Hoſtiam, & Calicem ſimul: deindè cum dicit, *ut nobis*, *Corpus*, ſeparatim ſignat ſemel ſuper Hoſtiam tantum: & cum dicit, & *Sanguis*, ſemel ſuper Calicem tantum: deindè elevans, & jungens manus antè pectus, proſequitur, fiat dilectiſſimi Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, & inclinans caput Cruci, extergit, ſi opus fuerit, pollices, & indices ſuper Corporale, & dicit ſecretò

Digitized by Google

tò, ut priùs, qui pridie quam pateretur, & accipiens pollice, & indice dextræ manus Hoſtiam, & eam cum illis, ac indice, & pollice ſiniſtræ manus tenens, ſtans erectus antè medium Altaris, dicit, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, elevanſque ad Cœlum oculos, & ſtatim demittens, dicit, & elevatis oculis in Cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem: caputque aliquantulum inclinans, dicit, tibi gratias agens: & tenens Hoſtiam inter pollicem, & indicem ſiniſtræ manus, dextra producit ſignum Crucis ſuper eam, dicens, bene✠dixit, fregit, deditque Diſcipulis ſuis, dicens; accipite, & manducate ex hoc omnes.

5 Si adſit vas cum aliis Hoſtiis conſecrandis, antequam accipiat Hoſtiam, diſcooperit manu dextra Calicem, ſeù vas aliarum Hoſtiarum. Cum autem finierit ſupradicta verba, cubitis ſuper Altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtinctè, reverenter, & ſecretò profert verba conſecrationis ſuper Hoſtiam, & ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandæ, & Hoſtiam ſuam pollicibus, & indicibus tantum tenens, dicit, *Hoc eſt enim Corpus meum*. Quibus prolatis Celebrans tenens Hoſtiam inter pollices, & indices prædictos ſuper Altare, reliquis manuum digitis extenſis, & ſimul junctis (& Hoſtiis, ſi plures ſint conſecratæ, in loco, in quo à principio Miſſæ poſitæ ſunt, ſuper Corporali, vel in alio vaſe aùt Calice, dimiſſis) genuflexus eam adorat.

Tunc

5 Tunc ſe erigens quantum commodè poteſt, elevat in altum Hoſtiam, & intentis in eam oculis (quod, & in elevatione Calicis facit) populo reverenter oſtendit adorandam; & mox ſola manu dextrà ipſam reverenter reponit ſuper Corporale in eodem loco undè eam levavit, & deinceps pollices, & indices non diſiungit, niſi quandò Hoſtiam conſecratam tangere, vel tractare debet, uſque ad oblationem digitorum poſt Communionem.

6 Repoſita Hoſtia conſecrata ſuper Corporale, genuflexus ipſam veneratur: ſi adſit vas aliarum Hoſtiarum, Patena vel Palla cooperit ut ſuprà. Interim dum Celebrans elevat Hoſtiam, accenſo prius intorticio (quod non extinguitur niſi poſtquam Sacerdos Sanguinem ſumpſerit, vel alios cõmunicaverit, ſi qui erunt communicandi in Miſſa) Miniſter manu ſiniſtra elevat fimbrias poſteriores Planetæ, ne ipſum Celebrantem impediat in elevatione brachiorum; quod, & faciet in elevatione Calicis: & manu dextra pulſat Campanulam ter ad unamquamque elevationem, vel continuatè quo uſque Sacerdos deponat Hoſtiam ſuper Corporale, & ſimiliter poſtmodum ad elevationem Calicis.

7 Celebrans, adorato Sacramento, ſurgit, & diſcooperit Calicem, in quem, ſi opus ſit, extergit digitos, quod ſemper faciat, ſi aliquod fragmentum digitis adhæreat, & ſtans erectus, dicit, Simili modo poſtquam cænatum eſt, & ambabus manibus accipiens

piens Calicem juxtà nodum infrà cuppam, & aliquantum illum elevans, ac ſtatim, deponens dicit, accipiens, & hunc præclarum Calicem, &c. cum dicit, Item tibi gratias agens, caput inclinat, cum dicit, benedixit, ſiniſtra Calicem infra cuppam tenens, dextra ſignat ſuper eum, & proſequens, deditque diſcipulis ſuis, &c. & ambabus manibus tenens Calicem, videlicet ſiniſtra pedem, dextrà nodum infrà cuppam, cubitis ſuper Altare poſitis, & capite inclinato, profert attentè, continuatè, & ſecretò, ut ſuprà, verba conſecrationis Sanguinis: Hic eſt enim Calix, &c. Quibus dictis, reponit Calicem ſuper Corporale, & dicens ſecretò, Hæc quotieſcumque feceritis, &c. genuflexus Sanguinem reverenter adorat; Tum ſe erigit, & accipiens Calicem diſcoopertum cum Sanguine, ambabus manibus, ut prius, elevat eum, & erectum quantum commodè poteſt, oſtendit populo adorandum, mox ipſum reverenter reponit ſuper Corporale, in locum priſtinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur. *Rub. Miſſ. 8. de rit. ſeru. n.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7.

Notationes.

CElebrans antequam incipiat Canonem, debet extendere manus; aliquantulum eleuare, jungere, oculos etiam ad Deum elevare, & ſtatim demittere, & manibus junctis ſuper Altare poſitis, ſe profundè

de inclinare; deindè, & non priùs, dicere verba: *Te igitur*, *&c. ex Rubr. ut ſup. num.* 1. *Ord. a Miſſæ*. *Poll. in Aphor. p.* 1. *Cær.* 17. *pag.* 73. *Alcoc. Tract.* 1. *pag.* 132. *Marc. Corn. in Docum. Miſſ. nu.* 13. *Bonamic.*, *&* *Quart. p.* 2. *tit.* 8. *Sect.* 1. *dub.* 1. *Boliaſc. de Myſt. Miſſ. cap.* 14. *pag.* 204. Contrarium tamen ſentiunt *Bauldr. &* *Gav.* dicentes, quod non debet dari geſtus ſine voce.

Nominandus eſt Epiſcopus loci, in quo celebratur, non proprius Celebrantis, cujus ſi ignoretur nomen proprium, dicatur ſimpliciter Antiſtite noſtro; nequè unquam nominantur Superiores Regularium. *Sac. Cong. Rit.* 12. *Nou.* 1615. in locis autem, quæ ſunt nullius Diæceſis, nullus nominatur Antiſtes, & ibidem omittuntur hæc verba, & Antiſtite noſtro N. ità periti, & ad nomen *Papæ* caput inclinatur. *Poll. ut ſup. pag.* 86. *Cær.* 17. *in addit. num.* 1., *&* 2. *Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 12., *& Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 8.

Ad *Memento Domine &c.* in elevatione manuum non tangat Altare, aut Corporale, neque oculos elevet, manus junctas teneat uſque ad pectus, vel faciem, non tamen eorum ſummitas mentum tranſeat, teneatque caput, ac oculos demiſſos, & illa verba, *Memento Domine &c.* non pronuntiat intelligibili voce, ſed ſubmiſſa, idem obſervat in memento Mortuorum, excepto; quod oculos defiget in Sacramento; ſi autem Sacramentum ſit expoſitum, in primo Memento non defiget in illud, ſed de-

miſſos

Digitized by Google

miſſos, ut ſuprà habebit. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2 *tit.* 8. *num.* 4., *&* *Poll. ut ſup. ex Rubr. Miſſal. &c.*

Nomina eorum prò quibus Sacerdos orare vult, ſecretò nominet, ideſt incluſa pectoris cogitatione, & quia commemoratio debet eſſe brevis, ſufficiet ſpatium unius. *Pater noſter*. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 8., *& Gav. loc. cit. n.* 5.

Memento, eſt oratio privata, quare in ea admitti poſſunt infideles, & excomunicati omnes ad eorum ſalutem procurandam, licet pro ipſis ſacrificium offerri nequeat. *Gav. ut ſup. n.* 7. *DD. comm.*

Applicatio Sacrificii fieri debet ante Miſſam, ſed ſi quis antè Miſſam non determinaſſet, cui vellet applicare, poſſet hic applicare, cum ſufficiat ſi applicetur antè conſecrationem. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 8., *& Boliaſc. de Myſt. Miſſ. p.* 2. *cap.* 14. *pag.* 215., *&* 260.

Caput inclinat Celebrans ad nomen *Mariæ*, nec erigit ſe, ſed paulatim profundius inclinat, donec nominaverit nomen *Jeſu*. *Tonel. ut ſupra*.

Ad *Hanc igitur*, expandens manus ſuper oblata, tenet eas elevatas duobus quaſi digitis ſuper Pallam, habens pollicem dextrum tranſverſum ſuper ſiniſtrum in modum Crucis, ſuper reliquos digitos extenſos, & ſimul junctos, quorum extremitates perveniant ad medium Pallæ. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 8. *Alcoc. tract*: 2. *pag.* 123. *Gav. p.* 2. *tit.* 8. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 123. *Gau. p.* 2. *tit.* 8. *num.* 4. *Dian. p.* 3. *tract.* 6. *Miſcell. reſol.* 104., *& Boliaſc. ut ſup.*

Cùm

Digitized by Google

Cum dicit *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, manus non diſiungit, ſed ſolum claudit, & retrahit antè pectus. *Tonel. loc. cit.*

Digiti non extergantur in medio Corporalis, ubi poſteà ponenda eſt Hoſtia conſecrata, ſed in extremitatibus ipſius, quod decentius eſt. *Alcocer. ut ſup. pag.* 135., *& Boliaſc. loc. cit.*

Dum dicit *accepit panem*, indice ſiniſtro oram Hoſtiæ aliquantulum premit, ut eam facilè dextera capere valeat (idem obſervans quoties Hoſtiam ſumere debet) Cum dicit *in Sanctas, ac venerabiles manus ſuas*, eam accipit, etiam ſiniſtra, eamque paululum elevatam à Corporali erectam; non quaſi jacentem tenet, ità tamèn, ut à populo non videatur, nè antè conſecrationem adoretur: dum autem ſic tenet Hoſtiam inter pollices, & indices, reliquos digitos teneat extenſos, & ſimul junctos *Bauldr. loc. ſup. cit., & Boliaſc.*

Si Pyxis ſit retrò poſt Calicem, antequam capiat Hoſtiam, retrahat illam ad latus ipſius Calicis verſus partem Epiſtolæ, ut prorius verba conſecrationis proferat etiam ſuper eam. *Bauldr. ut ſup., & Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 8.

Proferens verba conſecrationis ſtabit capite inclinato, & cubitis ſuper Altare poſitis, manibus verò Corporale non tangentibus ob decentiam, cum ibi poni debeat Hoſtia conſecrata, & caveat, ne affluet, aut ne barba, vel ore contingat Hoſtiam, vel Calicem, nequè in eundem barbam immittat, nequè moveat caput ad ſingula verba, nec

ſignet

ſignet cum eo Hoſtiam, nequè eam, aut Calicem poſt utriuſque conſecrationem oſculetur, nequè verba magno conatu, & aſpiratione proferat, ſed unico contextu, & nulla interpoſita mora inter ſingula verba, eaque ità ſecreto proferat, ut à nemine audiatur; pares retineat pedes ſuper ſuppedaneum Altaris, dextro ultrà ſiniſtrum, reverentiæ cauſa nullatenus remoto, aut reflexo. *Bauldr. loc. cit. & Gav. ut ſup.*

Qui vtitur conſpiciliis, iis, ſi fieri poterit non utatur à Conſecratione uſquè ad Communionem, & ſi cogatur iis uti, & retinere, interdum ea capiat, & teneat inter indicem, & medium digitos, & nunquam ſuper Corporale illa deponat, ut alibi dictum eſt.

Ubi Rubrica dicit, *Hoſtiis dimiſſis*, intelligitur relictis ibidem, ubi poſitæ fuerant in principio Conſecrationis; non enim deponenda eſt Hoſtia, ut poſt Calicem collocentur. *Tonel. loc. cit. n. 5. ex Rubr.*

Adorat Hoſtiam unico genu (quod fit, & in ſequentibus genuflexionibus) cubitis extrà Altare, & manibus tenentibus Hoſtiã ſuper Corporale poſitis, propè extremitatem Altaris, ut commodius genuflectat. *Boliaſc. Bauldr. & Gav. loc. ſup. cit. n.* 11., *& Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 29. *n.* 1.

Hoſtiam ità elevat, ut videri, & adorari poſſit ab omnibus, nec diù elevatam illam tenet, & in elevatione digitos extenſos junget, ſicut, & imas partes manuum, ut ſolidius, & decentius eam elevet; nequè eas dividit, niſi quando reponit Hoſtiam; digiti

giti verò prædicti non diſiunguntur, niſi quando tractanda eſt Hoſtia, & poſt eorumdem ablutionem incluſive. *Gav. loc. cit. n. 12. & Bauldr. ut ſup.*

Tam Hoſtiam, quam Calicem elevat perpendiculariter, hoc eſt recta linea, non ſupra caput, nec Hoſtiam ſupra Calicem, nec Calicem ſuper Hoſtiam, nec nimis lentè, nec nimis properanter; & Hoſtiam deponit ſola manu dextera poſt elevationem, (idem dici poteſt de Calice) ſiniſtra poſita ſuper Corporale, quando Hoſtia, & Calix ſunt propè planum Altaris. *Tonell. loc. cit. & Bauldr.*

Genuflexio, quæ fit poſt utramquè conſecrationem, & antè utramquè ſumptionem fit cum majori reverentia, ideſt cum aliqua mora, ſed unico genu. *Tonell. loc. ſup. cit. & Bauldr. p. 3. cap. 5.*

Si Sacerdos, poſt conſecrationem reperiat in manu duas Hoſtias, & unam tantum putabat, ambæ ſunt conſecratæ: ſi verò advertit antè conſecrationem, & intendit unam tantummodo conſecrare, utram non determinans, neutra erit conſecratà. *Quart. p. 3. tit. 7. dub. 7. & Tonell. ut ſup.*

Si Sacerdos Pyxidem aperire non advertat, Particulæ in ea clauſæ remanent nihilominùs conſecratæ, ſunt enim adhuc præſentes, & de iis verificatur pronomen *Hoc*: nec refert, quod tunc Sacerdos actu, non intendit illas conſecrare; ſufficit enim, quod intentio præceſſerit, quæ cum non fuerit revocata, virtualiter durat; ſimiliter remanerent

rent conſecratæ, ſi eſſent in Corporali; vel alio panno involutæ, quia Corporale, ſeù alius pannus haberet ſe tanquam continens. *Tonel. loc. ſup. cit.*

Celebrans poſt genuflexionem, antequam detegat Calicem, cooperit Pyxidem, & retrò poſt Calicem ſuo loco reponit, *ex Rubric. Gav. & Boliaſc. loc. cit.*

Non licet Pyxidem cum particulis conſecratis claudere in Tabernaculo, vel alteri tradere ad laicos communicandos, niſi poſt Communionem Sacerdotis; quia cum ſint pars Sacrificii, debent retineri in Altari uſque ad complementum ipſius Sacrificii, niſi aliud neceſſitas poſtulet. *Tonell. lib.* 1. *cap.* 2. §. 4. *& lib.* 2. *tit.* 8.

Quandò Celebrans detegit Calicem, Pallam capit digitis indice, & medio, & ipſius extremitatem admovet velo Calicis, ut facilius eam capere poſſit. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 8.

Dum digiti exterguntur ſupra Calicem, ad labium ipſius non fricantur. *Bonam. p.* 2. *num.* 9. *& Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cærem.* 18. *pag.* 94.

Celebrans accipit Calicem ſiniſtra infrà nodum, dextera ipſum nodum tenens, nec elevat à Corporali ultrà quatuor digitorum,

Quod dicitur in *Rub. Sacerdos conſecraturus accipit Calicem juxta cuppam*; idem eſt, ac ſi dicatur: capit nodum Calicis, qui eſt infra cuppam. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 8. *num.* 14. *& tit* 10 *num.* 5.

Non eſt deferendus Calix ab ejuſdem accep-

ceptione, ut manus jungantur antè eiuſdem benedictionem, ſicuti nec deſeritur Hoſtia ad illud verbum *Benedixit*, donec fiat conſecratio, ut alibi dictum eſt. *Gav. loc. cit. n.* 15. *Alcoc. Tract.* 2. *pag.* 138. *& ità com.*

Calicem tenet aliquantulun eleuatum, dum profert verba conſecrationis, tribus ultimis digitis ſiniſtræ manùs pedem Calicis tenentibus, & dextera nodum: cubitis ſuper Altare poſitis, ut patet in *Rubrica*.

Hæc quotieſcumque feceritis, profert ſtatim, ac conſecravit, dum Calicem deponit, & genuflectit, non quando illum eleuat. *Tonei. & Alcoc. ut ſup. pag.* 139.

Ad elevationem Calicis tenet ſiniſtra pedem, dextra nodum, ut in *Rubr. Gav. loc. cit. nu.* 17.

Notandum eſt, quod guttæ vini, quæ fortè adhærent Calici extra cuppam, non remanent conſecratæ, quæ verò adhærent intrà cuppam, alii affirmant, alii verò negant, dicentes conſecrari ſolùm quicquid eſt in Calice per modum unius continui; ſed ad removendum omne dubium conſultum eſt, ut quilibet Sacerdos ſemel prò ſemper intendat nolle conſecrare, niſi totum illud vinum, quod eſt per modum unius continui; & talis videtur eſſe intentio Ecceleſiæ, ut cum multis benè advertit. *Buſemb. lib. 6. tract.* 3. *cap.* 1. *dub.* 5. *nu.* 2., *& Dian. p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 32., & idem dicendum ex eodem *Buſemb. loc. cit.* de fragmentis, quæ Hoſtiis adhærent. *Tonel. loc. cit.*

Inſuper quoad intentionem ſciendũ eſt,

quod intentio Actualis non eſt neceſſaria; ſufficit Virtualis, & Actus ſemel elicitus, & nunquam retractatus; vndè concluditur cũ *Layman.* vix poſſe contingere caſum, ut aliquis rationis compos, & vigilans adminiſtret aliquod Sacramentum, & non habeat intentionem, ſaltem Virtualem, & ſufficiẽtem. *Tonel. ut ſup.*

De Canone poſt Conſecrationem vſquè ad Orationem Dominicam. Cap. XV.

1 REpoſito Calice, & adorato, Sacerdos ſtans antè Altare, extenſis manibus antè pectus, dicit ſecretò, Undè, & memores, &c. Cum dicit, de tuis donis, ac datis, jungit manus antè pectus: & cum dicit, Hoſtiam ✠ puram, Hoſtiam ✠ Sanctam, Hoſtiam ✠ immaculatam, manu ſiniſtra poſita ſuper Altare intrà Corporale, dextra ſignat ter comuniter ſuper Hoſtiam, & Calicem, & ſemel ſuper Hoſtiam tantum, & ſemel ſuper Calicem tantum, dicens, Panem ✠ Sanctum vitæ æternæ, & Calicem ✠ ſalutis perpetuæ; deindè ſtans, ut prius, extenſis manibus, proſequitur, ſupra quæ propitio. &c. Cum dicit, Supplices te rogamus, &c. inclinat ſe antè medium Altaris manibus junctis ſuper illo poſitis. Cum dicit, ex hoc Altaris participatione, oſculatur Altare, manibus hinc indè ſuper Corporale poſitis. Cum dicit, Sacroſanctum Filii tui, jungit manus: & dextra ſignans ſemel ſuper Hoſtiam tantum, & ſemel ſuper

per Calicem, ſiniſtra ſuper Corporale poſita, dicit, Cor ✠ pus, & San ✠ guinem ſumpſerimus, & cum dicit, omni benedictione ✠ cæleſti, ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno Crucis, ſiniſtra poſita infrà pectus, & proſequitur, & gratia repleamur. Cum dicit, Per eumdem, jungit manus.

2. Cum dicit, Memento Domine famulorum famularumque tuarum &c. extenſis, & junctis manibus antè pectus, & uſque ad faciem elevatis, & intentis oculis ad Sacramentum ſuper Altare, facit commemorationem Fidelium Defunctorum, de quibus ſibi videtur, eodem modo, ut dictum eſt de commemoratione vivorum. Qua commemoratione facta, ſtans, ut priùs, extenſis manibus proſequitur, ipſis Domine, & omnibus in Chriſto, &c. & in fine ad Per eumdem, jungit manus, & caput inclinat.

3. Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulùm elevat, & dextrâ manu pectus ſibi percutit, ſiniſtra poſita ſuper Corporale, & proſequitur ſecretò, famulis tuis, &c. ſtans manibus extenſis, ut priùs.

Cum dicit, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, jungit manus antè pectus, deindè manu dextrâ ter ſignans communiter ſuper Hoſtiam, & Calicem, dicit, San ✠ ctificas, vivi ✠ ficas, bene ✠ dicis, & præſtas nobis. Poſteà diſcooperit manu dextrâ Calicem, & genuflexus Sacramentũ adorat: tum ſe erigit, & reverenter accipit

Hoſtiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum ea ſuper Calicem, quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infrà cuppam, ſignat ter à labio ad labium, dicens: Per ✠ ipſum, & cum ✠ ipſo, & in ✠ ipſo. Et ſimiliter cum Hoſtia ſignat bis inter Calicem, & pectus, incipiens à labio Calicis, & dicit: eſt tibi Deo Pa ✠ tri omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti. Deindè tenens manu dextrà Hoſtiam ſuper Calicem, elevat eum aliquantulum ſimul cum Hoſtia, dicens; omnis honor, & Gloria, & ſtatim utrumque deponens, Hoſtiam collocat ſuper Corporale, & ſi opus ſit digitos extergit; ut ſuprà, ac pollices, & indices, & priùs jungens, Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat. *Rubr. Miſſ. 9. de Rit. Serv. &c. n.2., & 3.*

Notationes

ORatio *Undè, & memores*, non eſt inchoanda, niſi poſt factam genuflexionem, ſicuti extenſio manuum, quæ fit ad dictam orationem, non debet fieri in modum Crucis, ſed modo ordinario, ut præſcribitur à *Rubr. Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 9. Gav. p. 2. tit. 9., & Boliaſc. par. 2. cap. 14. pag.* 248.

Manuum junctio poſt conſecrationem non fit pollice dextrò ſuper ſiniſtrum poſito: ſed junctis pollicibus, & indicibus interſe, & quandò Sacerdos ſe inclinat, non teneat manus totas ſuper Corporale, ſed

parvis

parvis digitis frontem Altaris tangentibus, *ut in Rub. Miſſ. 4. num. 1. Bauldr. loc. cit. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 17. & Gav. ut ſup.*

Hoſtia Sacra nunquam cooperitur palla, neque patena in tota Miſſa. *Gav. p. 2. tit. 8. Durand. & Pollac. in Aph. part. 1. Cær. 8. pag.* 98.

Bis hoc loco junguntur manus, primò dum dicitur *Per eumdem*, & iterùm *Memento* poſt illa verba, *ſomno pacis*, poſt quæ pauſa fit, & non antè: oculique tenentur defixi in Sacramentum, non clauſi. *Bauld. loc. cit. Alcocer. Tract. 2. pag.* 142. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. n. 18. Gav. p. 2. tit. 9. & Bohaſc. ut ſup.*

Caput inclinat non ad *Nobis quoque peccatoribus*, ſed ad verba, *Per Chriſtum Dominum noſtrum*, quod eſt ſingulare in tota Miſſa, deindè ſtatim ſe erigit. *Bauldr. Gav. & Alcocer. loc. cit: ex Rubr.*

Percuſſio pectoris poſt Conſecrationem fit ſolum tribus digitis inferioribus, & videndum eſt, ne pollex, & index tangant Planetam, ità ad *Agnus Dei*, & *Domine non ſum dignus. Bauidr. loc. cit. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 2. num.* 20.

Hoſtiam capit, non omninò à parte inferiori, ſed aliquantulum infrà medium dextræ partis, & videat, ne tangat labia Calicis; & cum ſignat inter Calicem, & pectus, ſuperior pars Hoſtiæ non excedat Calicis altitudinem; & tunc brachium ſiniſtrum parum incurvet, ne ſuper ipſum Hoſtiam partranſire faciat, & dicens; *omnis honor*

Digitized by Google

& Gloria, elevabit Calicem ſuper Corporale non ultrà quatuor digitos, & digitos dextræ quibus tenet Hoſtiam, non removebit à labio Calicis, ut eam altiùs elevat, ac ea verba proferet ſecretò, ut patet ex *Rubr. Tonel. lib. 2. tit. 10. & Bauldr. ut ſup.*

Genuflectet capite erecto, ſed oculis in Sacramentum defixis, & non ſe adeò retrahet, ut pes excedat ſupedaneum Altaris. *Pollac. pag. 56. Cærem. 12. ex Rubr.*

Si poſt Conſecrationem neceſsè fuerit uti ſudariolo, accipiat inter indicem, & medium digitos, ut alibi dictum eſt. *Pollac. ut ſupra.*

De Oratione Dominica, & aliis uſque ad factam Communionem. Cap. XVI.

1 CElebrans, cooperto Calice, adoratoque Sacramento; erigit ſe, & manibus extenſis hinc indè ſuper Altare intra Corporale poſitis, dicit intelligibili voce, Per omnia ſecula ſeculorum, & cum dicit, Oremus, jungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit, Pater noſter, extendit manus, & ſtans oculis ad Sacramentum intentis, proſequitur uſque ad finem. Reſponſo à Miniſtro, Sed libera nos à malo, & à Celebrante ſubmiſſa voce, Amen, manu dextrà, pollice, & indice non diſiunctis, Patenam aliquantulum Purificatorio extergens, eam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens ſuper Altare erectam, ſiniſtra ſuper Corporele poſita, dicit

dicit ſecretò, Libera nos quæſumus, &c.

2. Antequam Celebrans dicat, Da propitius pacem, elevat manu dextra Patenam de Altari, & ſeipſum cum ea ſignat ſigno Crucis dicens: Da propitius pacem in diebus noſtris. Cum ſignat ſe, manum ſiniſtram ponit infrà pectus; Deindè Patenam ipſam oſculatur, & proſequens, ut ope miſericordiæ tuæ; &c. Submittit Patenam Hoſtiæ, quam indice ſiniſtro accomodat ſuper Patenam, diſcooperit Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat; tum ſe erigens, accipit Hoſtiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice, & indice ſiniſtræ manus eam ſuper Calicem tenens, reverenter frangit per medium dicens: Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; & mediam partem, quam inter pollicem, & indicem, dextræ manus tenet, ponit ſuper Patenam: de alia media, quam ſiniſtra manu tenet, frangit cum pollice, & indice dextræ manus particulam, proſequens, qui tecum vivit, & regnat, &c. & eam inter ipſos dextræ manus, pollicem, & indicem retinens, partem majorem, quam ſiniſtra tenet, adjungit medię ſuper Patena poſitæ, interim dicens, in Unitate Spiritus Sancti Deus: & particulam Hoſtiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper Calicem, quem ſiniſtra per nodum infrà cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen; & cum ipſa particula ſignans ter à labio ad labium Calicis, dicit, Pax Domi-

ni ſit ſemper vobiſcum. Reſponſo per Miniſtrum; Et cum Spiritu tuo, particulam, quam dextra manu tenet, immittit in Calicem, dicens ſecretò; Hæc commixtio, & conſecratio Corporis, &c. Deindè pollices, & indices ſuper Calicem aliquantulum tergit, & jungit, Calicem Palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, ſurgit, & ſtans junctis manibus antè pectus, capite inclinato verſus Sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, & dextrà percutiens ſibi pectus, ſiniſtra ſuper Corporale poſita dicit, Miſerere nobis, & deindè non jungit manus, ſed iterum percutit ſibi pectus, cum dicit ſecundò Miſerere nobis, quod, & tertiò facit, cum dicit, dona nobis pacem.

3. Tunc manibus junctis ſuper Altare poſitis, oculiſque ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit ſecretò, Domine Jeſu Chriſte, &c. Qua Oratione finita, ſi eſt daturus pacem, oſculatur Altare in medio, & inſtrumentum pacis ei porrectum à Miniſtro juxta ipſum ad dexteram, hoc eſt, in cornu Epiſtolæ genuflexo, & dicit, Pax tecum. Miniſter reſpondet, Et cum Spiritu tuo, ſi non adſit, qui hujuſmodi inſtrumento pacem recipiat à Celebrante, pax non datur, etiam ſi illius datio Miſſæ conveniat: nec oſculatur Altare, ſed dicta præmiſſa oratione, ſtatim ſubjungit alias orationes, ut in ordine Miſſæ.

4. Si verò celebrat pro Defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, Dona eis Requiem, nec dicit primam orationem

tionem, Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. non dat pacem, ſed dicit alias duas ſequentes orationes, Domine Jeſu Chriſte Filii Dei vivi, & Perceptio Corporis tui, quibus orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & ſe erigens dicit ſecretò, Panem Cœleſtem accipiam, &c. quo dicto dextrà manu accipit de Patena reverenter ambas partes Hoſtiæ, & collocat inter pollicem, & indicem ſiniſtræ manus, quibus Patenam inter eumdem indicem, & medium digitos ſupponit, & eodem manu ſiniſtrà tenens partes hujuſmodi ſuper Patenam inter pectus, & Calicem, parum inclinatus, dextera tribus vicibus percutit pectus ſuum, interim etiam tribus vicibus dicens, voce aliquantulum elevata, Domine non ſum dignus, & ſecretò proſequitur, ut intres, &c. quibus tertiò dictis, ex ſiniſtra accipit ambas partes prædictas Hoſtiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illa ſupra Patenam ſignat ſeipſum ſigno Crucis, ità tamen, ut Hoſtia non egrediatur limites Patenæ, dicens, Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam, Amen. Et ſe inclinans, cubitis ſuper Altare poſitis, reverenter eaſdem ambas partes ſumit, quibus ſumptis, deponit Patenam ſuper Corporale, & erigens ſe, junctis indicibus, & pollicibus, ambas quoque manus antè faciem jungit, & aliquantulum quieſcit in meditatione SS. Sacramenti. Deindè depoſitis manibus dicit ſecretò

Digitized by Google

quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, & interim diſcooperit Calicem; genuflectit, ſurgit, accipit Patenam, inſpicit Corporale, colligit fragmenta cùm Patena, ſi qua ſint in eo. Patenam quoque diligenter cum pollice, & indice dextræ manus ſuper Calicem extergit, & ipſos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

5. Si verò adſint Hoſtiæ conſecratæ ſuper Corporale poſitæ pro alio tempore conſervandæ, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertit, ne aliquod fragmentum, quantumcumque minimum, remaneat ſuper Corporale: quod ſi fuerit, accuratè reponit in Calicem. Poſt exterſionem Patenæ junctis pollicibus, & indicibus Calicem dextrà manu infrà nodum cuppæ accipit, ſiniſtra Patenam, dicens, Calicem ſalutaris, &c. & ſignans ſe ſigno Crucis, cum Calice, dicit, Sanguis Domini noſtri, &c. & manu ſiniſtra ſupponens Patenam Calici, ſtans reverenter ſumit totum Sanguinem, particula in Calice poſita.

Quibus ſumptis, dicit ſecretò, quod ore ſumpſimus, &c. & ſuper Altare porrigit Calicem Miniſtro in cornu Epiſtolæ, quo vinum fundente, ſe purificat: deindè vino, & aqua abluit pollices, & indices ſuper Calicem, quos abſtergit Purificatorio, interim dicens, Corpus tuum Domine, quod ſumpſi, &c. Ablutionem ſumit, & extergit os, & Calicem Purificatorio: quo facto,

Puri-

Purificatorium extendit ſuper Calicem, & deſuper Patenam, ac ſuper Patenam, parvam Pallam; & plicato Corporali, quod reponit in Burſam, cooperit Calicem velo, & Burſam deſuper ponit, & collocat in medio Altaris, ut in Principio Miſſæ.

6. Si qui ſunt communicandi in Miſſa, Sacerdos poſt ſumptionem Sanguinis, antequam ſe purificet, facta genuflexione, ponat Particulas conſecratas in Pyxide, vel, ſi pauci ſint communicandi, ſuper Patenam, niſi à principio poſitæ fuerint in Pyxide, ſeù alio Calice. Interim Miniſter antè eos extendit linteum, ſeù velum album, & pro eis facit Confeſſionem, dicens, Confiteor Deo, &c. Tum Sacerdos iterum genuflectit, & manibus junctis vertens ſe ad populum in cornu Evangelii, dicit, Miſereatur veſtri, & Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum veſtrorum, &c. & manu dextra facit ſignum Crucis ſuper eos. Poſteà genuflectens, accipit manu ſiniſtra Pyxidem, ſeù Patenam cum Sacramento, dextra verò ſumit unam particulam, quam inter pollicem, & indicem tenet aliquantum elevatam ſuper Pyxidem, ſeù Patenam, & converſus ad communicandos in medio Altaris dicit: Ecce Agnus Dei, Ecce, qui tollit peccata Mundi. Deindè dicit: Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea. Quibus verbis tertiò repetitis; accedit ad eorum dextram, hoc eſt, ad latus Epiſtolæ, & unicuique,

porrigit Sacramentum, faciens cum eo ſignum Crucis ſuper Pyxidem, vel Patenam, & ſimul dicens; Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, Amen. Omnibus communicatis revertitur ad Altare, nihil dicens; & non dat eis benedictionem, quia illam daturus eſt in fine Miſſæ; Si particulæ poſitæ erant ſuper Corporale, extergit illud cum Patena, & ſi qua in eo fuerint fragmenta, in Calicem immittit.

Deinde dicit ſecretò, quod ore ſumpſimus Domine, &c. & ſe purificat, dicens: Corpus tuum Domine, quod ſumpſi, & alia facit, ut ſuprà. Miniſter autem dextra manu tenens vas cum vino, & aqua, ſiniſtra verò mappulam, aliquantò poſt Sacerdotem eis porrigit purificationem, & mappulam ad os abſtergendum.

7. Si in Altari remaneant particulæ in Calice, ſeù in alio vaſe uſquè ad finem Miſſæ, ſerventur ea, quæ in feria quinta Cœnæ Domini preſcribūtur circa finem Miſſę. *Rubr. Miſſ. 10. de Rit. Serv. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Notationes.

AD *Oremus*, antè *Pater noſter*, caput inclinat Sacerdos, & non ad, *Præceptis ſalutaribus moniti, &c.* illud ſtatim erigendo, & non tenet manus junctas ſuper Altare, ſed antè pectus. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 2. num. 19. Gav. p. 2. tit. 10. litt. P. Tonell. in Serm. Enchir. lib. 2. tit. 10. Bauldr. cap. 7. tit. 10.*

Pollac.

Pollac. in Aph. p. 1. Cærem. 20. Alcoc. tract. pag. 149. & Rubr. Miſſ. ut ſup. num. 1.

In Miſſa pro Sponſo, & Sponſa, Si Sacerdos cogatur propriis manibus prò benedictione Sponſæ, ſibi tenere Rituale, aut Miſſale ante Sponſos, ſtatim poſt *Orationem Dominicam*, debet prius abluere parum digitos in aliquo vaſe mundo, quod poſteà à Miniſtro tegitur, ipſaque ablutio ſumitur ab ipſo Celebrante poſt ejus purificationem. *Bauldr. p. 3. cap. 4. num. 8.*

Non extrahat Patenam, quæ eſt ſubtus Corporale, quin priùs dixerit *Amen*; quæ extrahitur medio digito ejus concavo applicato, & ſi opus ſit adhibere ſiniſtram ad eam capiendam, vel extrahendam, ſuper Hoſtiam non transferatur; cum verò eam extergit, ſiniſtra non eſt adhibenda, & Purificatorium accipere debet per extremitatem illius, quæ eſt verſus Candelabra Altaris. *Tonoll. loc. cit. nu. 2.*

Patenam tenet inter indicem, & medium digitos elevatam, non jacentem; ità tamen, ut tangat mappam Altaris extrà Corporale, & manus tenens Patenam, non adhæreat mappæ, ſed ſit elevata deſuper Patenam, *Bauldr. loc. cit. ex Rubr. Miſſ.*

Purificatorium poſt exterſam Patenam relinquitur in cornu Epiſtolæ propè Corporale, vel ut docet *Tonell. loc. cit. num. 3.* relinquitur aliquantulum remotum à Corporali, ità ut inter ipſum, & Corporale collocari poſſit Calix poſt ablutionem digitorum.

Signa-

Signare ſe debet Sacerdos, cum dicit *Cum beatis Apoſtolis tuis*, *&c.* itaut dicens, *da propitius pacem*, Patenam oſculetur in parte ſuperiori, & interiori, & non exteriori, neque inferiori, nec poſt oſculum eam iterum abſtergat; dum verò tenet ſiniſtram infrà pectus, videat, nè Pollex, & index tangant Planetam, & idem caveat, dum dextera percutit ſibi pectus. *Bauldr. tit.* 10. *ut ſup.*, *&* *Pollac. in Aph. p.* 1. *Cær.* 2. *p.* 102.

Patena ponitur in medio Corporalis, ità ut ejus pars ſuperior ſit elevata ſuper pedem Calicis, quod fit, & ut commodius capiatur, & ne fragmenta, ſi quæ eſſent ſuper Corporali eidem Patenæ adhæreant. *Bonamic. p.* 2. *nu.* 37.

Hoſtiæ pars ſuperior ponenda eſt paululum extrà concavum Patenæ verſus oram ſuperiorem, ut commodius accipi poſſit. *Bauldr. loc. cit.*

Sola dextrà elevat Hoſtiam ſuper Calicẽ, & tunc adhibet, & ſiniſtram, & eam frangit, incipiens à parte ſuperiori ipſius. *Idem loc. cit.*

Particula, quæ ex dimidiata parte Hoſtiæ jam fractæ præciditur, inhærendo probatis rationibus, & auctoritatibus, præcidenda erit à parte ſuperiori. *Cær. Ord. min. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 21. *Petrus Ruiz. in ſuo Cær. Paris Craſſ. lib.* 2. *cap.* 4. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 10., & coniicitur ex *Durand. lib.* 4. *cap.* 51. *n.* 7.

Verùm, etiàm multi graves Authores docent præcidendam eſſe à parte inferiori. *Ut Gav. p.* 2. *tit.* 10. *num.* 2. *Bauldr.* p. 3. *cap.*

7. *tit.*

7. tit. 10. Pollac in Aph. p. 1. Cærem. 20. pag. 103. Beavv. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 25. Quart. p. 2. tit. 10. & Boliaſc de Myſt. Miſſ. p. 3. cap. 15. pag. 282.

Non jungit partes Hoſtiæ, ita ut una ſit tota ſuper aliam; ſed illa quæ eſt à ſiniſtra Celebrantis, ſit tantillum ſuper aliam, adeò ut ſemper ambę efficiant figuram rotundam. *Bauldr. loc. cit.*

Digiti non excutiantur ſuper Calicem, niſi dicta tota oratione, *Hæc commixtio*, &c. & nunquam admoveantur labio Calicis. *Tonell. ut ſup. cum. aliis ab ipſo cit. ex Rubr. Miſſ.*

Manibus junctis antè pectus, & capite inclinato, dicit intelligibili voce *Agnus Dei*, *&c.* & dexterà percutiens ſibi pectus, ſiniſtra ſuper Corporale poſita, dicit, *Miſerere nobis Rubr. Miſſ. ut ſup. num. 2.*

Solum manus diſiunget ad primum *Miſerere nobis. Pollac. in Aphor. p. 1. Cærem. 20. pag.* 102. & percutiens ſibi pectus, non extendet dexteram ultrà latitudinem Corporalis, ut clarè deducitur ex *Rubrica.*

Si danda ſit Pax, dicta prima oratione poſt *Agnus Dei*, oſculatur Altare, & ambabus manibus tenens Inſtrumentum Pacis quod ei porrigitur à Miniſtro genuflexo à dextris ejus, illud oſculatur, dicens *Pax tecum*, cui reſpondet Miniſter, *Et cum Spiritu tuo*: tũ ipſe Miniſter, facta genuflexione, accedit ad Prælatum, & alia, quibus id Inſtrumentum porrigit, facta tantum reverentia poſt datam unicuique pacem: velum quoque

adhibe-

adhibebit colori Miſſæ conveniens, quo qualibet vice terget illud, antequam alter oſculetur, ſi plures ſint Prælati; aliis verò non tergat; nequè danda eſt Pax in Miſſa privata cuicumque, ſed perſonæ, ſeù perſonis tantum valdè inſignibus. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. num. 2. Bauldr. ut ſup. Tonell. lib. 2. tit. 14. &c. Alcocer. tract. 2. pag. 152. & Cær. Epiſc.*

In Miſſis Defunctorum ad *Agnus Dei*, ſtat inclinatus, manibus antè pectus junctis, non tamen ſuper Altare poſitis, ut patet, ex *Rub. Miſſ. num.* 4.

Dicens *Domine non ſum dignus*, nullatenus genuflectat, nec pedem incurvet, neque brachium, aut cubitum ſuper Altare ſuſtineat, nequè teneat Hoſtiam elevatam ad latus; ità ut à populo videatur, & adoretur; nequè corpus intorqueat, ſed ſufficit, ſi Patenam teneat elevatam ad altitudinem nodi Calicis, & parum inclinatus maneat. *Bauldr. loc. cit.*

Signat ſe cum Hoſtia erectus, nec Patenam movet, dum ſe ſignat, ſed Hoſtiam tantum, ità tamen, ut non egrediatur limites Patenæ, ne fragmenta cadant extrà illam, & cubitos ſuper Altare ponat in ſumptione Hoſtiæ, ut in conſecratione, & Patenam, ità deponit, ut ejus extremitas pedem Calicis ſuſtentetur, ne fragmenta, ſi qua ſint ſuper Corporale ipſæ adhæreant. *Tonell. lib. 2. tit. 10. & Gav. ut ſup. num. 3.*

Non excutit digitos ſuper Patenam, quia *Rubr.* clarè loquitur, quod extergat in Calicem

Digitized by Google

licem, ſi opus ſit, ut ſuis locis videri poteſt

Caput non inclinat ad nomen *Jeſu*, antè utramque ſumptionem, quia habet præ manibus Sacramentum; prætereà eſſet geſtus incomptus caput inclinare eodem tempore, quo ſe ſignat cum Hoſtia, aùt Calice, &c. *Tonel. loc. cit.*

Hoſtia non eſt, ut alius cibus, maſticanda, ſed tenenda ſuper linguam, & leniter mollificanda, & ſic deglutienda; ſi autem quid palato adhæreat, lingua, non digito revellat, quod ſi non poſſit, ne diutius immoretur, Sanguinem ſumat, & cum eo, vel cum purificatione traiiciat. *Boliaſc. p.* 3. *cap.* 15. *Quart. p.* 2. *tit.* 10. *Sect.* 1. *dub.* 4.

Poſt ſumptionem Sacræ Hoſtiæ manus antè pectus jungit, & caput inclinat, ſicuti ad utrumque Memento dictum eſt. *ex Rub.*

Manu dextra fragmenta colligit à Corporale cum Patena, non revoluendo Corporale ſuper ipſam, nec movendo Calicem à ſuo loco; deindè manu ſiniſtra ſumit Patenam, non in ea parte, quæ collegit fragmenta, ſed propè dexteram, & elevatam ſuper Calicem, non rectam, ſed jacentem, ne fragmenta decidant, admovet ori Calicis eam partem, quæ fragmenta collegit, & pollice, indice manus dextræ tantum fragmenta in Calicem demittit, non mutando Patenam de manu ſiniſtra in dexteram, & caveat, nè Patena Calicem pulſet, nequè eam ſuper ipſum revoluat. *Tonel. ut ſup.*

Si adſint Hoſtiæ conſecratæ ſuper Corporale, ponat in ſuo vaſe antè ſumptionem

San-

Digitized by Google

Sanguinis, ideſt antequam abſtergatur Corporale cum Patena: ſi verò ſint in Pyxide, claudat in Tabernaculo, ſumpto Sanguine, & purificatione, antequam accedat ad cornu Epiſtolæ prò ablutione digitorum, factâ genuflexione, antequam aperiat Tabernaculum, & poſtquam in eo Pyxidem collocavit, antequam illud claudat. *Rubr. Miſſ. & Ritual. Rom.*

Accipit Calicem per nodum, quia tutius, & commodius eſt ipſum tenere, non ex Rubrica non apparent ratio cui diverſimodè capietur, & ità docet. *Peris Craſſus de Cær. Card. cap.* 4. *& Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 8. *n.* 14. *& tit.* 10. *n.* 5.

Signans ſe Sacerdos cum Calice Sanguinem ſumpturus, dextera tantum manu Calicem movet, ſiniſtra Patenam tenens poſitam ſuper Corporale, quam non ſupponit Calici, niſi tunc quandò Sanguinem ſumit. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 22. *Gav. ut ſup.*

Sumendo Sanguinem poteſt (ſecundum aliquos) ter Calicem ori admovere, unico tamen hauſtu, ut eum ſumat decentius videtur, una cum particula, nequè poſtmodum lambat amplius Calicem, nam, ſi quid remanſerit, purificatione, & ablutione ſumet. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 23.

Sumendo Sanguinem, Patenam ſupponat mento, ità ut barba ſupra Patenam cadat ſed nullo modo ſuprà mentum propè labium eam ponat. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 159.

Sumpto Sanguine, tum Calicem, tum Patenam deponit, manus tamen ab iis non

amouet

amovet, interim dicens orationem, *Quod ore ſumpſimus Domine*, quæ videtur dicenda ex Rubric. antequam porrigatur Calix ad accipiendum vinũ purificationis; hoc enim procul dubio in reverentiam ſumpti Sacramenti Sanguinis maximè cedit. *Tonel.loc.cit. n.* 3. 4. *&c. ex Rubr.*

Sacerdos, quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Miſſas,in prima,& ſecunda Miſſa non ſumat purificationem; ſed in tertia Miſſa, tantum;& in prima, & ſecunda abluat digitos in aliquo vaſe mundo, ablutio verò in Sacrarium proiiciatur. *Rubr.Miſſ. &c. & Rit. Rom. in Ord. M. C.*

Hoſtia, quæ fuit expoſita in oratione 40. horarum, &c. ſumi debet poſt ſumptionem Sanguinis, nec eam licet dividere in partes, & laicis communicantibus miniſtrare. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 4.

Prò purificatione Calicis tantum vini accipiat, quantum fuerat præconſecratum, aùt ſaltem Calicem circumagat. *Gav. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10.

Si particula remaneat in fundo Calicis, poteſt vel adduci cum digito ad labium Calicis, vel ſumi cum purificatione, etiàm pluries, ſi opus ſit, iterata, & ſecundus modus, ut docent communiter *DD.* eſt decentior.

In prima, verò, & ſecunda Miſſa diei Nativitatis Domini, primus modus omninò obſervandus eſt, ſi hoc eveniat. *Tonel. loc. cit. tit.* 10.

Sumpta purificatione, antequam accedat ad

ad ablutionem digitorum, non denuò (præter Rubricam) colligit fragmenta cum Patena ſuper Corporale, ſed facta Cruci reverentia, recedit ad cornu Epiſtolæ, & ſuper Altare tenens Calicem, (elevatum tamen non poſitum ſuper illud, nec extrà Altare, niſi fortè Miniſter ſit nimis exiguæ ſtaturæ) vino, & aqua abluit pollices, & indices, ut patet in *Rubr. Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *n.* 12. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 156. *ex Bauld. loc. cit.*

Poſt ablutionem digitorum ponit Calicem inter Corporale, & Purificatorium; & prius dexteram, excuſſis digitis, amovet à Calice, & ſumpto Purificatorio amovet & ſiniſtram, cui ſtatim Purificatorium ſupponit, & hic ritus eſt maximè accommodatus, ne cadentes guttæ mappam, ſeu Corporale commaculent: quod omninò cavendum eſt. *Bauldr. ut ſup.* quod etiam deducitur ex *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 27. *n.* 19.

Oratio *Corpus tuum Domine, quod ſumpſi &c.* dicenda eſt cum digiti Purificatorio abſtergunt, ut patet ex *Rubr.* & laudabilius, ſi in medio Altaris, ubi cum pervenerit, caput Cruci inclinat. *Bauldr. loc. ſup. cit.*

In ablutione digitorum conſultius eſt minus vini, quàm aquæ inſumere. *Tonell. lib.* 2. *tit.* 10.

Sacerdos abluit digitos vino, & aqua, nec poteſt purificare ſe aqua tantum, ſine vino, ut clarè conſtat in *Rubr. Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 10. *n.* 10. *Alcoc. tract.* 2. *pag.* 156. *& Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 24.

Tam purificatio Calicis, quam ablutio digito-

digitorum, ſumitur in medio Altaris, & ab ea parte Calicis, undè ſumptus eſt Sanguis; caveat autem Celebrans, ne labia Calicis, aut os ſuum digitis detergat, nec Calicem, aut digitos lambat. *Bauldr.*, *&* *Gav. loc. cit. n.* 8., *&* 11. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 24., *&* *Boliaſc. p.* 3. *cap.* 15.

Dum in medio Altaris ſumit purificationem digitorum, ſiniſtra ſupponit cuppæ Calicis Purificatorium, nè fortè cadentes aliquæ guttæ Corporale commaculent.

Exterſo Calice, ſuper imponit Purificatorium, Patenam, & Pallam ſimul, illam ſiniſtra, hanc dextera: fruſtrà igitur aliqui ponunt Pallam ſuper Patenam antè ablutionē digitorum contrà *Rub. Miſſ.* *Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cær.* 21. *pag.* 106.

Deindè Calicem ponit verſus cornu Epiſtolæ extrà Corporale, quo plicato, & in Burſam recondito, Calicem in medio Altaris collocat, & velo ità contigit, ut à parte anteriori, ſaltem totum cooperiatur, eique Burſam ſuperimponet, cujus pars aperta reſpiciat ipſum Celebrantem. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 25., *&* *cap.* 27. *n.* 17. *Gav. ut ſup. tit.* 1. *n.* 10., *&* *tit.* 10. *n.* 12. *Bauldr.*, *&* *Boliaſc. loc. cit.*

Si Sacerdos eodem die celebraturus ſit plures Miſſas, ut in die Nativitatis Domini, poſt ſumptionem Sanguinis, depoſito Calice ſuper Corporale, ipſum non purificat Vino, neque aqua, nec purificatorio abſtergit; ſed ablutione digitorum facta in vaſe *Rubrica* præſcripto, & dictis ſolitis orationibus

ad ablutionem digitorum, non denuò (præter Rubricam) colligit fragmenta cum Patena ſuper Corporale, ſed facta Cruci reverentia, recedit ad cornu Epiſtolæ, & ſuper Altare tenens Calicem, (elevatum tamen non poſitum ſuper illud, nec extrà Altare, niſi fortè Miniſter ſit nimis exiguæ ſtaturæ) vino, & aqua abluit pollices, & indices, ut patet in *Rubr. Cær. Ord. Min. p. 2. cap.* 10. *n.* 12. *Alcoc. tract. 2. pag.* 156. *ex Bauld. loc. cit.*

Poſt ablutionem digitorum ponit Calicem inter Corporale, & Purificatorium; & prius dexteram, excuſſis digitis, amovet à Calice, & ſumpto Purificatorio amovet & ſiniſtram, cui ſtatim Purificatorium ſupponit, & hic ritus eſt maximè accommodatus, ne cadentes guttæ mappam, ſeu Corporale commaculent: quod omninò cavendum eſt. *Bauldr. ut ſup.* quod etiam deducitur ex *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 27. n.* 19.

Oratio *Corpus tuum Domine, quod ſumpſi &c.* dicenda eſt cum digiti Purificatorio abſtergunt, ut patet ex *Rubr.* & laudabilius, ſi in medio Altaris, ubi cum pervenerit, caput. Cruci inclinat. *Bauldr. loc. ſup. cit.*

In ablutione digitorum conſultius eſt minus vini, quàm aquæ inſumere. *Tonell. lib. 2. tit.* 10.

Sacerdos abluit digitos vino, & aqua, nec poteſt purificare ſe aqua tantum, ſine vino, ut clarè conſtat in *Rubr. Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. n. 10. Alcoc. tract. 2. pag.* 156. *& Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 24.

Tam purificatio Calicis, quam ablutio digito-

digitorum, ſumitur in medio Altaris, & ab ea parte Calicis, undè ſumptus eſt Sanguis; caveat autem Celebrans, ne labia Calicis, aut os ſuum digitis detergat, nec Calicem, aut digitos lambat. *Bauldr.*, *& Gav. loc. cit. n.* 8., *&* 11. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 24., *& Boliaſc. p.* 3. *cap.* 15.

Dum in medio Altaris ſumit purificationem digitorum, ſiniſtra ſupponit cuppæ Calicis Purificatorium, nè fortè cadentes aliquæ guttæ Corporale commaculent.

Exterſo Calice, ſuper imponit Purificatorium, Patenam, & Pallam ſimul, illam ſiniſtra, hanc dextera: fruſtrà igitur aliqui ponunt Pallam ſuper Patenam antè ablutionē digitorum contrà *Rub. Miſſ. Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cær.* 21. *pag.* 106.

Deindè Calicem ponit verſus cornu Epiſtolæ extrà Corporale, quo plicato, & in Burſam recondito, Calicem in medio Altaris collocat, & velo ità contigit, ut à parte anteriori, ſaltem totum cooperiatur, eíque Burſam ſuperimponet, cujus pars aperta reſpiciat ipſum Celebrantem. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 2. *nu.* 25., *& cap.* 27. *n.* 17. *Gav. ut ſup. tit.* 1. *n.* 10., *& tit.* 10. *n.* 12. *Bauldr.*, *& Boliaſc. loc. cit.*

Si Sacerdos eodem die celebraturus ſit plures Miſſas, ut in die Nativitatis Domini, poſt ſumptionem Sanguinis, depoſito Calice ſuper Corporale, ipſum non purificat Vino, neque aqua, nec purificatorio abſtegit; ſed ablutione digitorum facta in vaſe *Rubrica* præſcripto, & dictis ſolitis orationibus

tionibus Calicem cooperit (ſuper Corporali extenſo) Patena cum Hoſtia, Palla, & velo, ut in principio Miſſæ, relicto purificatorio propè Corporale in cornu Epiſtolæ. *Alcoc. tract. 2. pag. 157., & Gav. ut ſup. p. 4. tit. 3. nu. 2.*

Si in Natiuitate Domini aliqua de cauſa, non dicat tres Miſſas conſequenter; poſt primam, & ſecundam Miſſam plicato Corporali, non reponit in Burſam, ſed ſubtus Calicem relinquit; quod ſimiliter faciet in Sacriſtiam in loco ſeparato, donec alias Miſſas celebret. *Ex Gav. loc. ſup. cit.*

Si immediatè poſt Miſſam in eodem Altari alius Sacerdos celebrare voluerit, non propter hoc Celebrans omittere debet, quæ à *Rubrica* præſcribuntur; ſed debet plicare Corporale, & Calicem cooperire, ut ſuprà notatur (exterſo Calice, &c. *Alcocer. loc. cit. ex Rubr.*

Notationes de Miniſtranda Communione Cap. XXII.

Si facienda ſit communio, Celebrans poſt ſumptionem Sanguinis Palla Calicem cooperit, nec priùs in eo vinum infundit, nec dicit orationem, *Quod ore ſumpſimus, &c.* ut in *Rubr. Miſſ. & Rit. Rom. Paul. V.* clarè conſtat. *Gav. tit. 10. n. 14.*

Celebrans, facta genuflexione, ponet particulas conſecratas in Pyxide, vel ſi pauci ſint communicandi ſuper Patenam, niſi à principio poſitæ fuerint in Pyxide, ſeù alio Calice

Digitized by Google

Calice, ut in *Rubr.*, *&* *Ritual. ut ſup.*

Si particulæ ſint ſuper Corporale, & ſuper Patenam eas ponat, non colliget fragmenta, donec diſtribuerit Particulas, *ex Coſ.*

Dum Miniſter dicit, *Confiteor &c.* Celebrans ſtat facie verſa ad ipſum in medio Altaris, aliquantulum tamen verſus cornu Euangelii. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 4. n. 3.*

Sicut in Miſſa uno tantùm præſente, dicitur *Miſereatur veſtri*, ità etiam uni tantùm communicaturo, dici debet *veſtri*, & *veſtris &c. ut in Rubr. Miſſ.*, *& Rit. Rom. patet Gav. p. 2. tit. 10. n. 6. Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 10. Tonel. lib. 2. tit. 10.*

Solus Miniſter dicit Confeſſionem, non verò communicandi, qui nihil dicere debent. *Bauldr. loc. cit.*

Verba, *Domine non ſum dignus &c.* dicuntur à Sacerdote; integrè, clara voce, & ſemper in genere maſculino. *ut patet in Rubr. Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 5.*, *& Pollac. in Aph. p. 2. Cær. 15. pag. 227.*

Obſervandum eſt, quod neque Sacerdos, nequè Communionem accepturus, ſed ſolus Miniſter percutit pectus ad *Domine non ſum dignus. Tonel. ut ſup. & Bauld. p. cit. cap. 3.*

Nota etiam, quod communicandi manus in Crucis formam ſunt componendæ. *Gav.*, *& Bauldr.*

Tenet Sacerdos particulam inter pollicem, & indicem paululum elevatam ſupra Patenam, ſeù Pyxidem, & cum ea facit ſignum Crucis ſuper Pyxide eo modo, quo ſupra ſeipſum cum Hoſtia ſignavit, ad-

advertens ne nimium elevet. *Gau. loc. cit. ex Rubr.*

Non datur benedictio Communicatis, quia danda eſt in fine Miſſæ, ſed ſi communicentur antè Miſſam, benedictio eis danda eſt, quia fortaſsè non audituri ſunt, ipſam Miſſam ſequentem.

In Miſſis Defunctorum nunquam datur benedictio, ſivè ante, ſiuè poſt communicentur; imò ex dictis Miſſis non eſſet Euchariſtia diſtribuenda, *ut docet Gav. Bauldr., & Tonel. loc. ſup. cit.*

In Nativitate Domini nõ debet dari communio in prima, & ſecunda Miſſa, quando tres dicuntur conſequenter, ſed tantùm in tertia. *Ord. Cal. perp. edit.* 1660. *Decr. S. R. Congr.* 7. *Decemb.* 1641., & 20. *Apr.* 1664.

Extenſo linteo, & facta à Miniſtro Confeſſione, dextera manu tenens vas cum vino, & aqua, ſiniſtra verò mappulam, aliquantò poſt Sacerdotem porrigit purificationem, & mappulam ad os abſtergendum, *ut in Rubr. Miſſ.*

Si miniſtrando Communionem fragmenta adhæreant digitis, Celebrans excutiat illa ſuper Pyxidem; ſi verò ob magnum calorem, digiti ſint humidi præ ſudore, & non ſolùm fragmenta, ſed etiam particulæ adhæreant, redeat ad Altare, & digitos purificet in vaſe ſuper ipſum poſito, & purificatorio abſtergat; deindè redeat ad miniſtrandum iterum Communionem; nunquam autèm teneat præ digitis purificatorium, dum miniſtrat Communionem ad digitos

tos abſtergendos contrà Rit. Eccl. *Ex Conſ.*

Communicatis omnibus Sacerdos digitos adhuc tenens ſuprà Pyxidem, vel Patenã revertitur ad Altare nihil dicens, & Patenam, aut Pyxidem deponit ſuper Corporale, detegit Calicem, & ſi particulæ ſuper illud erant poſitæ, diligenter colligit fragmenta, & ea immittit in eo; poſteà dicens, *Quod ore ſumpſimus, &c.* porrigit Miniſtro Calicem more ſolito, ac Miſſam proſequitur. *Rub. Miſſ. & Rit. Rom. de com. M.*

Si omnibus communicatis, adhuc remaneant particulæ ſuper Patenam, eas ſumat antè purificationem: ſi verò particulæ erant in Pyxide; eam reponet in Tabernaculo cũ debitis genuflexionibus, ut alibi notatur.

Quandò poſt Communionem Celebrantis, aut populi, ab alio Sacerdote alio transferuntur particulæ conſecratæ, Celebrans interim retrahens ſe ad cornu Evangelii, ibidem genuflexus adorat. *Toncl. ut ſup. tit. 8. & Bauldr. p. 4. cap. 10. ex Rub.*

Si autem Celebrans in Miſſa non conſecravit particulas, & è Pyxide intrà Tabernaculum latente diſtribuere voluerit, aut recentiores conſecratas in ea reponere, poſt ſumptionẽ Sanguinis collocabit intrà Corporale Calicem verſus cornu Evangelii, aperiet Tabernaculum, genuflectet, Pyxidẽ extrahet, diſcooperiet, ac iterum genuflectet, (vel ſi ſcabello opus habeat, antequam aſcendat; & poſtquam deſcenderit ſolummodò genuflectet,) tum particulas veteres è Pyxide primum diſtribuet, deindè facta

Q communi-

communione aſtantium, recētèr conſecratas ponet intra Pyxidem, quam cooperiet, & reponet in Tabernaculum, quod clave obſerabit, præmiſſis debitis genuflexionibus. *Rit. Rom. de Com. M. & Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 2. &c.*

Quandoverò Hoſtiæ recentèr conſecratæ abſque diſtributione vlla recondendæ ſunt in Tabernaculo, Celebrans ſtatim poſt ſumptionem Corporis, & Sanguinis aperiet Tabernaculum, & particulas conſecratas reponet intra Pixidem, quam recondet, ut ſupra dictum eſt.

Si autem Sacerdos ipſe ad renovandum Sacramentum velit particulas conſumere, extracta Pyxide prædicto ritu, poſt ſumptionem Sanguinis eas conſumet, antequam ſe purificet, illamque, ſi opus ſit, vino lotam abſtergat Purificatorio, lotio verò ipſa effundetur in Calicem, hinc particulas recētèr conſecratas ponet intrà ipſam, & cætera præſtabit ut ſupra. *Cær. Ord. loc. cit. ex Rubr., & Rit.. Rom. &c.*

Si qui petant Communionem finita Miſſa, quæ celebratur ad Altare SS. Sacramenti, Sacerdos retenta Planeta, & ſtola cum manipulo, collocatoque Calice in cornu Evangelii extrahet Corporale, Tabernaculum aperiet, cæteraque præſtabit ritu quo infra de Communione extrà Miſſam notatur. *Rub. & Rit. Rom.*

Miniſter verò cereum, vel cereos elevationis tunc non extinguit, vel ſi fuerint extincti, eos iterum accendit, (quod ſemper fa-

cere

cere debet, dum Miniſtratur Communio,) & dicit *Confiteor*, ac in cæteris ſe geret, ut ſupra notatur. *ex Rit. Rom.*

Si poſt Communionem populi, &c. inueniantur à Celebrante in fundo Calicis Sanguinis ſpecies unitæ, decet antè infuſionem vini, ut eas reuerenter ſumat. *Bauldr. & Gav. ut ſup.*

Si in Altari remaneant particulæ conſecratæ in Calice, ſeù in aliquo vaſe, &c. uſque ad finem Miſſæ ſeruetur. *Rubr. Miſſ. ut ſup. n* 7., & quæ dicuntur in Miſſa coram Sacramento expoſito. Calix Miſſæ in caſu ſupradicto non debet collocari in medio, ſed ad cornu Evangelii, neque plicari debet Corporale, cum ſuper ipſum ſtare debeat Sacramentum. *Ibidem.*

Fragmenta, ſeù particulæ, quæ reperiuntur ad Altare poſt ablutionem, ſiuè parua, ſivè magna ſint, ſi non poſſint decenter ſervari, Celebrans ipſe ſumat, etiam in Sacriſtia poſt ſpoliatas veſtes, niſi alteri Sacerdoti celebraturo tradi poſſint, & ſi fragmenta ſint ex minimis, alteri tradenda non ſunt. *Bauldr., & Gav. p. 3. tit. 7.*

Si inter communicandum cadat particula, ſeù fragmentum in ſinum mulieris: tunc enim ipſa mulier, vel alia debet extrahere non Sacerdos propter indecentiam, & tentationis periculum. *Tonel. lib. 2. tit. 10.*

Notandum eſt, quod ſignacula Miſſalis deponuntur de loco ſuo poſt lectam Præfationem, Communicantes, &c, & ſic de cæteris, nè amplius appareant, niſi ubi ſe-

gendum eſt, in tali modo, ut finita Miſſa antequam Miſſale claudatur, ſignacula ſint demiſſa ſuis locis. *Ex Conſ.*

De Communione, & orationibus poſt Communionem dicendis. Cap. XVII.

1 CElebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, liber Miſſalis defertur per Miniſtrum ad cornu Epiſtolæ, & collocatur, ut in Introitu. Ipſe autem Miniſter genuflectit juxta cornu Evangelii, ut in principio Miſſæ. Deindè Celebrans ſtans junctis manibus legit Antiphonam, quæ dicitur, Communio; qua lecta, junctis item manibus antè pectus vadit ad medium Altaris, & eo oſculato vertit ſe ad populum à manu ſiniſtra ad dextram, & dicit, Dominus vobiſcum, & per eamdem viam redit ad librum, dicit orationes poſt Communionem, eiſdem modo, numero, & ordine, ut ſuprà dictæ ſunt Collectæ, quibus finitis, claudit librum, & jungens manus antè pectus, reuertitur ad medium Altaris, ubi eo oſculato vertit ſe ad populum, & dicit ut ſuprà Dominus vobiſcum, quo dicto, ſtans junctis manibus ante pectus verſus populum, dicit; ſi dicendum eſt, Ite Miſſa eſt, & per eamdem viam revertitur ad Altare.

Si verò non ſit dicendum, dicto Dominus vobiſcum, reuertitur eodem modo per eamdem viam ad medium Altaris; ſtans

verſus

verſus ad illud, junctis antè pectus manibus dicit, Benedicamus Domino. In Miſſis autem Defunctorum eodem modo ſtans verſus Altare, dicit, Requieſcant in pace.

2 In Quadrageſima autem à feria quarta Cinerum, uſquè ad feriam quartam majoris Hebdomadæ, in feriali officio poſtquam Celebrans dixerit orationes poſt Comunionem cum ſuis ſolitis concluſionibus, antequam dicat Dominus vobiſcum; ſtans in eodem loco antè librum dicit, Oremus Humiliate capita veſtra Deo, caput inclinans, & extenſis manibus ſubjungit eadem voce orationem inter populum ibidem poſitam: quia finita oſculatur Altare, & vertens ſe ad populum dicit, Dominus vobiſcum, & alia ut ſuprà. *Rubr. Miſſ. de Rit. Serv. &c. num.* 1. *&* 2.

Notationes.

CElebrans cooperto Calice antequam accedat ad cornu Epiſtolæ Cruci inclinatur. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 5.

Librum claudit poſt concluſionem ultimę orationis completam manu dextera, ità ut pars clauſa (ideſt pars foliorum) Calicem reſpiciat.

Si verò aliud Evangelium ſit legendum, librum apertum relinquat, nec accedat ad medium Altaris, niſi dum Miniſter reſpondeat. *Amen. Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 11.

Videtur tamen ſufficere, ſi claudat librum, circa finem concluſionis, vel poſt fa-

ctam reverentiam Cruci, dummodò ad medium non accedat, niſi finita concluſione. *Tonel. lib. 2. tit. 11.*

Dicit *Oremus Humilitate capita veſtra Deo*, unica capitis inclinatione, ut colligitur ex *Rubrica*, quæ inclinatio fit more ſolito verſus Crucem.

De Benedictione in fine Miſſæ, & Evangelio Sancti Joannis. Cap. XVIII.

1 DIcto Ite Miſſa eſt, vel benedicamus Domino, vt ſuprà, Celebrans antè medium Altaris ſtans junctis manibus ſuper eo; & capite inclinato, dicit ſecretò Placeat tibis Sancta Trinitas, &c. quo dicto extenſis manibus hinc indè ſuper Altare, poſitis ipſum in medio oſculatur: tum erigens ſe, adhuc ſtans verſus illud, elevat ad Cælum oculos, & manus, quas extendit, & jungit, caputque Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens Deus, & junctis manibus, ac demiſſis ad terram oculis, vertens ſe ad populum à ſiniſtro latere ad dextrum, extenſa manu dextra, junctiſque digitis, & manu ſiniſtra infrà pectus poſita, ſemel benedicit populo, dicens, Pater, & Filius, ✠ Spiritus Sanctus, ℟. Amen; & circulum perficiens accedit ad cornu Evangelii, ubi dicto, Dominus vobiſcum, & ℟. Et cum Spiritu tuo, pollice, dextro ſignãs primum ſigno Crucis Altare, ſeù librum in principio Evangelii, deindè frontem, os, & pectus dicit, **Initium Sancti**

Evan-

Evangelii ſecundum Joannem, vel Sequentia Sancti Evangelii, ut dictum eſt in Rubricis generalibus, & ℟. Gloria tibi Domine, junctis manibus legit Evangelium, In principio, vel aliud, ut convenit. Cum dicit, Et Verbum Caro factum eſt, genuflectit verſus cornu Evangelii, & ſurgens proſequitur, ut prius: quo finito, Miniſter ſtans à parte Epiſtolæ reſpondet, Deo gratias.

2 Si Celebrans in Altari vertit faciem ad populum, non vertit ſe, ſed ſtans, ut erat, benedicit populo, ut ſuprà, in medio Altaris; deindè accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Joannis.

3 Si celebravit coram Summo Pontifice Cardinale, & Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in Provincia, Civitate, vel Diœceſi ſua, eſiſtente, Celebrans dicto, Placeat tibi Sancta Trinitas &c. dicit Benedicat vos omnipotens Deus, & convertens ſe ad Summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem verò, & Legatum, vel alium ex ſupradictis Prælatis, capite inclinato quaſi licentiam benedicendi petens, proſequitur, Pater, & Filius, ✠ & Spiritus Sanctus, benedicens aſtantes à parte, ubi non adeſt Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti. Si autem celebravit coram Patriarcha Archiepiſcopo, & Epiſcopo extrà eorum Provinciam, Civitatem, vel Diœceſim conſtitutis eis, abſque alio reſpectu, ut cæteris, qui interſunt, more conſueto benedicit.

4 Si autem celebravit pro Defunctis, di-

Digitized by Google

cto Placeat tibi Sancta Trinitas, ut ſuprà, & oſculato Altari, accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Joannis, prætermiſſa benedictione, quæ in Miſſis Defunctorum non datur.

5 Finito Evangelio in fine Miſſæ, ſi celebravit coram Summo Pontifice, Cardinale, & Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo, convertit ſe ad illum, coram quo ex prædictis celebravit, & facit reverentiam convenientem. Si non celebravit coram aliquo prædictorum, hujuſmodi reverentiam prætermittit.

6 Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per Miniſtrum candelæ: interim Sacerdos accipit ſiniſtra Calicem, dextram ponens ſuper burſam, ne aliquid cadat, deſcendit antè infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat (vel ſi in eo eſt Tabernaculum SS. Sacramenti, genuflectit) & facta reverentia accipit biretum à Miniſtro caput cooperit, ac præcedente eodem Miniſtro, eo modo, quo venerat, redit ad Sacriſtiam, interim dicens Antiphonam, Trium Puerorum, & Canticum, Benedicite. Si verò ſit dimiſſurus paramenta apud Altare, ubi celebravit finito Evangelio prædicto, ibidem illis ſe exuit, & dicit Antiphonam, Trium Puerorum, cum Cantico, & aliis orationibus, ut ſuo loco ponuntur. *Rubr. Miſſ.* 12. *de Rit. Serv. &c. num.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

Nota-

Notationes.

SI Celebrans habeat antè ſe, à tergo circumſtantes, videlicet Clerum in Choro, & Moniales, & populum antè Altare, ſemel tantum benedicit, eos ſcilicet, qui ſunt antè Altare, intentione ad omnes directa. *Gav. tract. 1. p. 2. tit. 12. & Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 12.*

Signum Crucis ſuper populum fit duabus lineis recta, & tranſverſa; digitis dextræ ſimul junctis, & extenſis, interim ſiniſtra infrà pectus poſita; prima linea ducitur à fronte ad pectus manu nec prorſus recta, nec nimis jacente: ſecunda linea ducitur manu tranſverſa, palma ejus Sacerdotis pectus aliquantulum reſpiciente. *Tonell. lib. 2. tit. 12.*

Sed *Caſtald.* & *Quart.* docent lineam tranſverſam faciendam eſſe manu non tranſverſa, ſed recta, quia plus venuſtatis in hoc geſtu apparet, & facilior redditur.

Celebrans initio Evangelii S. Joannis ſignat librum, ſeù chartulam, ſi adſit, ſi utrumque deſit, ſignat Altare, niſi ſit expoſitum Sacramentum, ut ſuo loco notatur. *Gav. loc. cit. tit. 12. num. 2. & Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 2. num. 26.*

In Vigiliis, quæ occurrunt in Quadrageſima, vel Quatuor Temporibus, non legitur *Evangelium vigiliæ* in fine Miſſæ, *ut in Rubr. Gen. 13. num. 2. patet*: & quandò dicuntur duæ Miſſæ de feſto, & de feria, abſque ulla utrorumque commemoratione, legitur

ćto Placeat tibi Sancta Trinitas, ut ſuprà, & oſculato Altari, accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Joannis, prætermiſſa benedictione, quæ in Miſſis Defunctorum non datur.

5 Finito Evangelio in fine Miſſæ, ſi celebravit coram Summo Pontifice, Cardinale, & Legato Sedis Apoſtolicæ, vel Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo, convertit ſe ad illum, coram quo ex prædictis celebravit, & facit reverentiam convenientem. Si non celebravit coram aliquo prædictorum, hujuſmodi reverentiam prætermittit.

6 Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per Miniſtrum candelæ: interim Sacerdos accipit ſiniſtra Calicem, dextram ponens ſuper burſam, ne aliquid cadat, deſcendit antè infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat (vel ſi in eo eſt Tabernaculum SS. Sacramenti, genuflectit) & facta reverentia accipit biretum à Miniſtro caput cooperit, ac præcedente eodem Miniſtro, eo modo, quo venerat, redit ad Sacriſtiam, interim dicens Antiphonam, Trium Puerorum, & Canticum, Benedicite. Si verò ſit dimiſſurus paramenta apud Altare, ubi celebravit finito Evangelio prædicto, ibidem illis ſe exuit, & dicit Antiphonam, Trium Puerorum, cum Cantico, & aliis orationibus, ut ſuo loco ponuntur. *Rubr. Miſſ. 12. de Rit. Serv. &c. num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Nota-

Notationes.

SI Celebrans habeat antè ſe, à tergo circumſtantes, videlicet Clerum in Choro, & Moniales, & populum antè Altare, ſemel tantum benedicit, eos ſcilicet, qui ſunt antè Altare, intentione ad omnes directa. *Gav. tract. 1. p. 2. tit. 12. & Bauldr. p. 3. cap. 7. tit. 12.*

Signum Crucis ſuper populum fit duabus lineis recta, & tranſverſa; digitis dextræ ſimul junctis, & extenſis, interim ſiniſtra infrà pectus poſita; prima linea ducitur à fronte ad pectus manu nec prorſus recta, nec nimis jacente: ſecunda linea ducitur manu tranſverſa, palma ejus Sacerdotis pectus aliquantulum reſpiciente. *Tonell. lib. 2. tit. 12.*

Sed *Caſtald.* & *Quart.* docent lineam tranſverſam faciendam eſſe manu non tranſverſa, ſed recta, quia plus venuſtatis in hoc geſtu apparet, & facilior redditur.

Celebrans initio Evangelii S. Joannis ſignat librum, ſeù chartulam, ſi adſit, ſi utrumque deſit, ſignat Altare, niſi ſit expoſitum Sacramentum, ut ſuo loco notatur. *Gav. loc. cit. tit. 12. num. 2. & Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 2. num. 26.*

In Vigiliis, quæ occurrunt in Quadrageſima, vel Quatuor Temporibus, non legitur *Evangelium vigiliæ* in fine Miſſæ, *ut in Rubr. Gen. 13. num. 2. patet*: & quandò dicuntur duæ Miſſæ de feſto, & de feria, abſque ulla utrorumque commemoratione, legitur

Digitized by Google

Evangelium S. Joannis in fine utriuſque. *Gav. in Epit tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 13. *num.* 4. *ex Rubr.* Et ſimiliter in Miſſis votivis nunquam legitur in fine aliud Evangelium, niſi S. Joannis. *Rub. Miſſ. ſup. cit.*

Dicto Evangelio, non oſculatur librum, ſi uſus eſt, & illum claudit dextera manu, itaut pars aperta libri reſpiciat cornu Evangelii, non Calicem. *Bauldr. & Gav. ut ſup. p.* 2. *tit.* 12. *& Alcoc. tract.* 2. *pag.* 164.

Finito ultimo Evangelio, rediens Celebrans ad medium Altaris, Cruci inclinatur; deindè revoluta anteriore parte veli ſuper Calicem ſuper eum nihil ponens, retrahens ſe aliquantulum ad partem Evangelii, deſcendit in planum; ubi non facit duplicem reverentiam, ſed unicam, ideſt, vel profundè inclinatur Cruci, vel, ſi adſit Sacramentum genuflectit; poſteà erectus (& non priùs) tegit caput, & Miniſtro præcedente redit in Sacriſtiam. *Sac. Cong.* 28. *Aug.* 1617. *Rubr. Miſſ. num.* 6. *Bauldr. loc. cit. Pollac. in Aph. p.* 1. *Cærem.* 14. *pag.* 116. *& Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 14. *& cap.* 27. *num.* 17.

Redeundo in Sacriſtiam ſervet ea, quæ initio de ingreſſu ad Altare dicta ſunt; & ſi obvium habeat alium Sacerdotem celebraturum, ſequatur viam ſuam à latere ſuo dextro, & ille alius ſimiliter; ſeipſos tamen conſalutent capitis inclinatione. *Baul. ut ſup.*

Antiphona, *Trium Puerorum*, *&c.* quæ in feſtis duplicibus duplicatur, & tempore Paſchali additur in fine Alleluja: & Canticum

cum *Benedicite*, &c. debent à Sacerdotibus poſt Miſſam recitari in redeundo ad Sacriſtiam, *ut clarè in Rubr. Miſſ. conſtat. Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 27. num. 6. & Pollac. loc. cit.*

In Sacriſtia facta profunda reverentia Cruci, vel principali Imagini, deponit Calicem; quo depoſito, & capite detecto Sacerdotes ibi præſentes ſalutat, ſi adſint; deindè exuit ſe ordine retrogrado, Cruces oſculatur ad ſingula paramenta, etiàm recitata Miſſa de Requiem. *Bauldr. & Gav. loc. cit. & Cer. Ord. Min. ut ſup.*

Ubi dicitur Sacerdos Crucem oſculatur ad ſingula paramenta, intelligitur ſolum de Amictu, Stola, & Manipulo, ut alibi dictum eſt.

Advertat Sacerdos, quod in depoſitione Albæ primum exuit brachium dextrum, eoque ſubtus eamdem Albam immiſſo, inferiorem ipſius Albæ partem elevat ab eodem latere ſupra caput, ac ea ſiniſtro humero ſuper poſita, brachium ſiniſtrum exuit; tum relinquit eam Miniſtro, poſteà tollens Amictum prius oſculatum ad Crucem, tradit eidem Miniſtro, quem deindè genuflexum benedicit non manu, ſed verbo niſi ſit Prælatus, & ſtatim ob reverentiam Sacramenti, utriuſque indicis, & pollicis ſummitatem abluit aqua, & manutergio ad hoc deſtinato abſtergit; aqua verò ablutionis in locum mundum difundatur; deindè ſudariolum ſuo loco reponit; & genuflexus in loco opportuno gratias agit. *Tonel. & Gav. loc. cit.*

cit. Pollac. in Aph. p. 1. Cær. 4. pag. 20. & Cær. 24. pag. 116. & Bauldr. in Cærem. Eccl. p. 2. cap. 25. num. 51.

Si Sacerdos exuit ſe ad Altare facit prius in medium reverentiam debitam, & paramenta deponit in cornu Evangelii, ubi ea accepit. *Tonell. loc. cit. num. 4. ex Rubr.*

De Miſſa privata coram Summo Pontifice; coram Prælatis, & Principibus. Cap. XIX.

SAcerdos, ſi celebret coram Prælato, ſcilicet, corã Cardinali ubique terrarũ, corã Patriarcha, & Archiepiſcopo in tota Provincia, coram Epiſcopo in ſola ſua Diæceſi, coram Nuncio, & Legato Apoſtolico in loco ſuæ Legationis, convenit, ut accedat ad Altare, & omnia paret antè Prælati adventum; quibus paratis ſtans in cornu Epiſtolæ verſus ad Altare, ipſum Prælatum expectat, quem advenientem ſalutat, & deſcendens in planum, facta prius Cruci reverentia, vel Sacramento genuflexione, ſiſtit ſe non in medio, ſed ad cornu Evangelii, aliquantulum converſus ad Prælatum, expectans ab eo ſignum incipiendi, quo dato inclinet ſe Prælato profunde, & aliquantulum converſus ad Altare incipit miſſam more ſolito *Tonel. in Sacr. Ench. lib. 2. tit. 14. & Gav. tract. 1. p. 2. tit. 3.*

Si autem Sacerdos non omnia præparavit ante adventum Prælati, exeat è Sacriſtia tecto capite, deferens Calicem præcedente Miniſtro; & tranſiens antè Prælatum ſe

ſe illi inclinet ſimiliter tecto capite, ſed ſi nondeferat Calicem, caput deteget, & profundam illi inclinationem faciet. *Ex Tonell. ut ſup. tit. 2.*

In Confeſſione, ubi dicitur: *Vobis fratres*, & *Vos fratres*, dicit *Tibi Pater*, & *Te Pater*, Prælato profundè ſe inclinans, & ſi ſint plures Prælati æquales, dicit in numero plurali, *Et vobis Patres*, & *Vos Patres*. *Gav. ut ſup. & Rubr. Miſſ. 2. n. 8.*

Miniſter autem ad Confeſſionem manebit genuflexus ad cornu Epiſtolæ, non omittens debitas genuflexiones, & reverentias. *Gav. loc. cit.*

Dicto *Oremus*, Prælato profundè ſe inclinat, & accedens ad medium Altaris aſcendit dicens: *Aufer à nobis*, & alia peragit, ut in aliis Miſſis *Rubr. Miſſ. ut ſup. n. 11.*

Finito Evangelio Celebrans non oſculatur librum, nec dicit, *Per Evangelica dicta*, Sed Miniſter accepto libro de Altari, defert illum oſculandum Prælato; qui Miniſter fert librum apertum, nec facit reverentiam Prælato, niſi poſt oſculum, libro clauſo, genuflectit, & repoſito ſuper Altare, Celebrans proſequitur Miſsã. *Rub. Miſſ. 6. n. 2.*

Si ſint plures Prælati, oſculatur librum ſolum dignior, ſi ſint æquales, ut Cardinales, &c. nullus, neque ipſe Celebrans. *Gau. ut ſup. tit. 6.*

Prælatus non benedicit aquam infundendam Calici, ut in Miſſa Solemni, ſed ipſe Celebrans. *Bauldr. ſup. cit. cap. 21.*

Dicta à Celebrante prima oratione poſt

Agnus

Agnus Dei, oſculatur Altare in medio, & vertens ſe ad Miniſtrum genuflexum à dextris eius, oſculatur inſtrumentum pacis, dicens, *Pax tecum*, cui ille reſpondet, *Et cum ſpiritu tuo*, & poſteà accedit ad Prælatum, & præbet inſtrumentum oſculandum, faciens tantum illi profundam inclinationem poſt datam pacem. *Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 24.*

Antequam Celebrans, det benedictionem dicto: *Benedicat vos omnipotens Deus*, conuerſus ad Prælatum, eique ſe profundè inclinans, & quaſi petens ab eo licentiam benedicendi populum, proſequitur dicens *Pater*, ✠ *Filius*, ✠ *Spiritus Sanctus*, benedicens ſolùm aſſiſtentes ab ea parte, ubi non eſt Prælatus, qui ſi ſit in medio, benedicit verſus cornu Evangelii. *Rub. Miſſ. 12. n. 3.*

Finito ultimo Evangelio, Celebrans adhuc ſtans in cornu Evangelii, conuertit ſe verſus Prælatum, eique profundè ſe inclinat, nec prius diſcedit, quam Prælatus abierit; quod ſi longam moram fecerit, accipiens Calicem, deſcendit in planum, factaque Altari debita reuerentia, tecto capite reuertitur in Sacriſtiam, & ſi tranſierit antè Prælatum, capite inclinato illum ſalutat. *Tonel. ut ſup. ex Rubr. cit. n. 5.*

Si autem Sacerdos celebret coram Summo Pontifice, antequam incipiat Miſſam, genuflexus expectat ab eo benedictionem.

Item genuflectit primò ad confeſſionem dicens *Tibi Pater*, Secundò & *Te Pater*, Tertiò antequam aſcendat ad Altare poſt Confeſſionem, quartò antequam populo benedicit

dicat in fine Miſſæ, quinto denique poſt ultimum Evangelium. Cætera peraguntur, ut ſuprà de Prælatis, &c. *Rubr. Miſſ. loc. ſup. cit.*

Si Sacerdos celebret coram Prælatis extraneis, ſivè coram proprio in aliena Diœceſi, & ſi ſit Archiepiſcopus extrà Provinciam; ità ſe geret, ac ſi non adeſſent, deferendum tamen eſt illi oſculandum Inſtrumentum pacis, & accedendo, & recedendo ab Altari, tranſeundo antè ipſos, facienda eſt eis capite tamen tecto reverentia; finito etiam ultimo Evangelio, honoris gratia ſemper illis eſt facienda reverentia.

Quando verò coram proprio Epiſcopo extrà Diœceſim, vel Archiepiſcopo extrà Provinciam, ſed in privato oratorio ipſiuſmet Epiſcopi præſente ſola familia celebratur, tunc omnia ſunt obſervanda ut ſuprà, ac ſi eſſet in propria Diœceſi, & nominandus eſt in Canone, & non Epiſcopus loci, in quo celebratur, cum neq; ipſius Sacerdotis, neq; audientium ſit proprius Epiſcopus. *Gav. loc. ſupr. cit.*

Quod ſervatur coram Prælatis extraneis, ſervatur etiam coram Magnis Principibus, quibus præter inſtrumentum pacis, defertur etiam liber oſculandus poſt Evangelium, non quidem liber Altaris, quem ipſe Celebrans oſculari debet, ſed alius: nullus autem fœminis. *Gav. ut ſup.*

Antè benedictionem in fine Miſſæ, non illi facienda reverentia, quia ab eo peti non debet licentia benedicendi populũ, poteſt tamen fieri ſtatim finito Evangelio, imo debetur

tur, non ex vi Rubricę, ſed ex conſuetudine, *Gav. loc. cit.*

Non eſſet etiam facienda Confeſſio in cornu Evangelii, ſed in medio Altaris, Prælatus enim ſit in cornu Altaris, quia ad ipſum ſe debet Sacerdos cõvertere, cum dicit *Tibi Pater, & Te Pater;* ſed hoc aliquibus in locis cõſuetudo jam introduxit, & ideò erit facienda.

A quibus omnibus omninò abſtinendum eſt coram Principe ficto, qui creari ſolet in quibuſdam prophanis functionibus, in ſpiritualibus enim jocari nefas. *Tonel. ut ſup.*

Advertendum eſt, quod quando inveniuntur hæc verba (niſi fuerit Prælatus, &c. regulariter loquendo, ſunt intelligenda de Epiſcopo, ſivè ſæcularis, ſivè regularis ſit. *Alcoc. tract. 2. pag. 87.*

De Miſſa, quæ ſinè Cantu à Miniſtro Generali Ord. Min. Celebratur. Cap. XX.

SI Miniſter Generalis voluerit privatè celebrare, Calix & alia neceſſaria ponuntur ſuper Credentiam, alia verò ſuper Altare, quod erit decenter ornatum, & in feſtis Solemnibus cum quatuor Candelabris, in Sacriſtia verò erunt omnia paramenta, & alia neceſſaria ritè diſpoſita. *Ex Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 11.*

Rebus ità diſpoſitis, duo Sacerdotes cum ſuperpelliceis inſervient ei, & miniſtrabunt quãdo opus erit cũ debitis oſculis, & reverẽtiis, ſcilicet, dũ ſe induit, celebrat, exuit, &c.

In Miſſa ſervient ei hinc indè, reſpondendo, transferendo librum, cooperiendo, &

Digitized by Google

& diſcooperiendo Calicem, quandò opus eſt; deferendo Calicem poſt offertorium de Credentia ad Altare, & quandò legit candelam accenſam miniſtrando cum inſtrumento, quod *bugia* dicitur. *Ex Bauldr. p. 5. cap. 29.*

Lavabit etiam manus ad bacile, ut ſuprà dictum eſt, & duo ex junioribus deferent duo intorticia ad elevationem. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 11. n. 14.*

Ergà Miniſtrum Provincialem ferè eodẽ obſervari poterunt, excepto, quod ſatis erit cum celebrat priuatim, quod Miniſtrum habeat ſuperpelliceo indutum, (ſi ità videbitur), & ad eleuatiouem SS. Sacramenti, duo ut ſupra accedent cum intortitijs accenſis: non lavabit autem manus ſuppoſito bacili in Miſſa privata; in Miſſis verò ſolemnibus eo modo lauare poterit, *Ibidem nu. 15.*

Quæ tandem de Generali dicta ſunt, conuenient etiam Vicario Generali: ac Commiſſario, & pariter Reverendiſſimo Patri Guardiano Jeroſolymitano. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 16.*, & etiam deducitur ex *Cær. Ep. l. 11. cap. 8.* 11., & 29.

De Pænitentia, & iis, quæ pertinent ad cultum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ.

LIBER QVINTVS

De adminiſtratione Sacramenti Pænitentiæ, & Abſolutionis forma. Cap. I.

SAcerdos ad audiendam Confeſſionem vocatus promptum, facilemque ſe præbebit: ac priuſquam ad audiendam accedat, ſi tempus ſuppetat ad hoc miniſterium rectè, ſanctequè obeundum, Divinum auxilium, piis præcibus implorabit; curabit autem, ut penitens Confeſſionem generalem latina, vel uulgare lingua dicat, ſcilicet, *Confiteor &c.* vel ſaltem utatur his verbis *Confiteor Deo Omnipotenti, & tibi Pater*; dum verò pænitens, peccata confitetur, non eum interpellabit, niſi opus fuerit aliquid melius intelligere, neque reprehendet, niſi finita Confeſſione. *Rit. Rom. Paul. V.*

Cum igitur Sacerdos pænitentem abſoluere voluerit, injuncta ei prius, & ab eo acceptata ſalutari pænitentia, primò dicit.

Miſereatur tui omnipotens Devs, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Deindè dextera verſus Penitentem elevata,

vata, dicit, *Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & Miſericors Dominus Amen. Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, te abſoluo ab omni vinculo excomunicationis; ſuſpenſionis, & Interdicti, in quantum poſſum, & tu indiges; Ego te abſoluo à peccatis tuis, In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

Si pænitens ſit laicus, omititur verbum ſuſpenſionis. (*Paſſio Domini Noſtri Jeſu Chriſti, merita Beatæ Virginis, & omnium SS. & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum augumentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.*

In Confeſſionibus autem frequentioribus & brevioribus omitti poteſt *Miſereatur &c.* Satis erit dicere: *Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, &c.* ut ſupra uſque ad illud, *Paſſio Domini.*

Urgente verò aliqua gravi neceſſitate in periculo mortis, breviter dicere poterit, *Ego te abſoluo ob omnibus cenſuris, & peccatis; In nomine Patris, &c. Rit. Rom. Paul. V. ut ſup.*

De aliis Abſolutionibus nihil ponitur, cum ſatis pateat; *Ritual. &c.*

Decet, ut Sacerdos dum audit Confeſſiones ſit capite cooperto: præces verò quæ præcedunt abſolutionem, dicat capite detecto: pronuncians autem abſolutionem iterum caput tegat, & manus extendat verſus pænitentem ut ſup. *Burch. de Cær. Sac. & Franc. Saleſ. in Docum. Conf.*

Non tenētur Regulares uti Stola cum Super-

perpelliceo, dum excipiunt confeſſiones, nec eis ab Epiſcopis poteſt ordinari, & adeſt circa hoc declaratio *Sacr. Congregationis*, *ut refert Bariola verb. Confeſſ. pag. 66. relatus à Bord. reſol. 36. num. 83. in fine, quod refert, & ſequitur Ceſped. tract. de Exempt. Reg. dub.* 147. *cap.* 6. *num.* 11. *pag.* 193.

Si pænitens initio Confeſſionis petita à Confeſſario benedictione, uti quamplures faciunt dicendo; *Benedicite*: Sacerdos dicet; *Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, & digne, & competenter confitearis peccata tua. In nomine Patris, &c.*

De Ordine Miniſtrandi Sacram Communionem extrà Miſſam. Cap. II.

CVM igitur extrà Miſſam erit Miniſtranda Sacra Comunio, Sacriſta mappam mundam antè communicandos extendendam, & pelviculam cum ampulla aquæ ad abluendos digitos Sacerdotis, ad Credentiam deferet; vaſculoque uno, vel pluribus, cum vino, & aqua ad purificationem eorum, qui Communionem ſumpſerint præparabit,

Super Altare verò Burſam cũ Corporali, & Purificatorium in cornu Epiſtolæ, una cum clave Tabernaculi præparabit, & accendet ſaltem duos cereos.

His itaque paratis, Sacerdos lotis prius manibus induetur ſuperpelliceo, & Stola coloris officio illius diei convenientis: *Sac. Congr. Rit. 12. Julii 1628.* & præcedente

Miniſtro

miniſtro perget ad Altare capite cooperto, & manibus junctis; ubi cum peruenerit deteget caput de more, & genuflectet in medio ſuper infimum illius gradum, & Miniſter cum illo aliquantulum retrò; tùm aſcendet ad oram ſuppedanei, ſuper quem genuflexus orabit aliquantulum (Miniſtro intereà ſuper infimum gradum genuflexo) ac ſtatim ſurgens aſcendet ad Altare; Miniſter autem mappam antè communicandos extendet, incipiens à latere Epiſtolæ; deindè ſuper infimum gradum lateralem in cornu Epiſtolæ flectet genua, conversâ facie quaſi ad medium Altaris, & ſi Secerdos opus habeat paruo ſcabello ad extrahendam, vel reponendam Pyxidem oportunè miniſtrabit, ac removebit.

Sacerdos interim extrahet Corporale de Burſa, eaque ad latus Evangelii depoſita, illud extendet, ac propè ipſum collocabit in cornu Epiſtolæ Purificatorium: poſteà Tabernaculum aperiet, factaque genuflexione, Pyxidem extrahet, quam reuerenter deponet ſuper Corporale, & eam aperiet, ac iterum genuflectet, & ſtabit ad Altare converſus, ſi nondum fuerit finita Confeſſio (quam nomine omnium faciet, Miniſter genuflexus in latere Epiſtolæ dicens; *Confiteor &c.*) ac rurſus genuflectet antequam ſe conuertat; vel ſi facta fuerit, Confeſſio, ſtatim manibus junctis antè pectus vertet ſe ad communicandos, (advertens nè terga vertat Sacramento,) & in cornu Evangelii dicet. *Miſereatur veſtri, &c. Indul-*

gentiam

gentiam abſolutionem ✠ & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus ℟. *Amen*. Dicens *Indulgentiam &c.* manu dextra in formam Crucis ſignabit communicandos; deindè ad Altare ſe conuertit genuflectet, manu dextrà Pyxidem præhendet, & duobus digitis pollice, & indice Sacramentum accipiet, & elauabit: conuerſuſque ad populum in medio Altaris dicet clara voce, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi*. mox ſubdet, *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea*: quod iterum, ac tertiò repetet; qua formula etiam vtendum eſt, cum fæminæ communio miniſtratur.

Poſteà ad communicandum accedet, incipiens ab iis, qui ſunt ad partem Epiſtolæ; ſed primò, ſi Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda ſit Communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur: ſed ſi commodè fieri poteſt, intrà ſepimentum Altaris ſint à laicis diſtincti; Sacerdotes verò cum Stola communicent.

Sacerdos vnicuique porrigens Sacramentum, & faciens cum eo ſignum Crucis ſuper Pyxidem ſimul dicit; *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.*

Miniſter autem dextra manu tenens vas cum vino, & aqua, ſiniſtra verò mappulam, aliquantò poſt Sacerdotem eis porrigt purificationem, & mappulam ad os abſtergendum.

Tan-

Digitized by Google

Tandem omnibus communicatis, Sacerdos revertetur ad Altare, digitos quibus miniſtravit Sacramentum adhuc tenens junctos ſuper Pyxidem, quam in medio collocabit, excutiet in illam fragmenta, ſique forſan adhæſerint, abluet digitos, quibus tetigit Sacramentum, & eos abſterget purificatorio: ablutionem verò iis, qui tunc communicarunt ſumendam tradet, aut ſaltem in Sacrarium iniiciet; dicet: *O Sacrum convivium, &c.* ℣. *Panem de Cælo, &c.*, & tempore Paſchali addet *Alleluja*. ℣. *Domine exaudi, &c.* ℣. *Dominus vobiſcum, &c. Oremus*, & orat. *Deus qui nobis, &c.* & tempore Paſchali dicet orat. *Spiritum nobis Domine, &c.* ut in Rituali, quas orationes dicet manibus junctis.

Tum facta genuflexione, Pyxidem cooperiet, & recondet in Tabernaculum, factaque rurſus genuflexione, clave obſerabit.

Poſteà ſe conuertet ad communicatos junctis manibus, & ſtans in medio, extenſa dextra, tenens ſiniſtram pectori admotam, benedicet ipſis, dicens *Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper:* cui Miniſter genuflexus reſpondet. *Amen.*

Deindè Sacerdos plicabit Corporale, illud reponet in Burſam una cum purificatorio; ipſam verò Burſam locabit ſuper Altare à latere Epiſtolæ.

Miniſter autem extinctis prius cereis, & plicata mappula, ſi commodè fieri poteſt, aſcendens ad ſuppedaneum reverenter accipit

cipit Burſam, & facta genuflexione dum Sacerdos inclinabit ſe Cruci, deſcendet in planum, præcedens aliquantulum ipſum Sacerdotem, ubi ſimul genuflectunt, ſicut in acceſſu: tum Sacerdos tegit caput, ac Miniſtro præcedente, nudo capite reuertitur in Sacriſtiam. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 6., & Ritual. Rom. Paul. V.*

Notandum eſt, quod, ſicut in Miſſa vno tantùm præſente, dicitur *Miſereatur veſtri, &c.* ità etiam uni tantum communicaturo, dici debet *veſtri, veſtris, &c.* prout in *Rubr. Miſſ. & Rit. Rom.* notatur. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 2. tit. 10. n. 15. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 15. pag. 227. Tonel. in Sacr. Euch. lib. 2. tit. 10. Boliaſc. par. 1. cap. 12. Bauldr. par. 3. cap. 11. art. 10.*

Cum transferendum eſt Sacramentum ad Altare, omnibus in Altare præparatis, Sacerdos lotis prius manibus, ſuperpelliceo, Stola debiti coloris indutus, veloque oblongo ſuper humeros impoſito, cujus extremitas Pyxidem cooperiat, præcedentibus ſaltem duobus intortitiis, transferet; & ſi per Eccleſiam longo ſpatio ſit procedendum aliquem *Pſalmum, aut Hymnum* ſubmiſſa voce cum adſtantibus recitabit, præcedente etiam Acolytho cum tintinnabulo. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 8. n. 2., & p. 4. cap. 1. 3. n. 4.*

De Ordine Miniſtrandi Sacram Communionem coram Sacramento expoſito. Cap. III.

SI vrgente neceſſitate in Altari, ubi expoſitum eſt Sacramentum miniſtretur

Eucha-

Euchariſtia, Sacerdos vertens ſe ad populum cum Sacramento dicturus: *Ecce Agnus Dei &c.* ſtabit in medio Altaris more ſolito, attendens ſolùm ad illud, quod præ manibus habet, & ità ſeruatur feria quinta in Cæna Domini in miniſtranda Communione, cum ibi præſcribatur conuerſio ad Communicãdos, more ſolito, & ità habetur in *Cær. Ep. lib.* 2. *cap.* 23.

Cum verò Sacerdos dicit; *Miſereatur veſtri &c.* & cum dat *Benedictionem* poſt Miniſtratam Euchariſtiam; ſtat in cornu Euangelii, ne terga vertat Sacramento; huiuſmodi tamen Communio populi, non eſſet in dicto Altari facienda. *Tonel. in Sacr. Encb. lib.* 3. *cap.* 2. §. 1.

De Communione Infirmorum. Cap. IV.

CVM SS. Sacramentum prò communicando aliquo infirmo deferendũ erit, anteà purgabitur, & benè mundabitur vndequaque cubiculum, adhibito etiam ſuaui odore.

Super Menſam verò in eodem cubiculo extendetur mappa munda, quæ illam vndequaquè tegat, & in medio ponetur Crux cum Imagine Crucifixi, & duo Candelabra hinc indè propè Crucem; Burſa parabitur coloris albi, cum Corporali, & purificatorio, ac duo vaſcula, alterum cùm vino, alterum cum aqua prò ablutione digitorum Sacerdotis, quæ poſtmodùm miniſtrabitur infirmo ad purificationem, vel in Sacrarium effundetur.

Item ab alia parte menſe parabitur vas aquæ benedictæ cum Aſperſorio, & linteum conſuetum prò Communione, ac librum Rituale, Stola etiam alba, ſi infirmus fuerit Sacerdos.

Sacriſtæ verò deferet ad Altare Clauem Tabernaculi, aliam Burſam cum Corporali, & Pyxidem vacuam Conopeolo albo coopertam: Velum etiam album oblongum præparabit ſuper Credentiam, & cereos in Altari accendet.

Omnibus præparatis dato ſigno, aliquis Sacerdos, vel Superior (ſi ità videbitur) induetur in Sacriſtia priùs lotis manibus, Alba, vel ſuperpelliceo cùm Stola, & Pluviali albi coloris, & cum eo paritèr induentur duo, aut quatuor Acolythi. Interim reliqui Fratres congregabuntur in Choro, moxque Sacriſta curabit ſingulis diſtribui cereos, quos accendent ſtatim, ut Sacerdos acceſſerit ad Altare SS. Sacramenti, ac bini procedent nudo capite antè ipſum Altare, ubi omnes genuflectent.

Sacerdos verò facta genuflexione, aſcendet ad ſecundum gradum, & in ora ſuppedanei ſienuflexus tantiſper orabit dicens orationem, *Aures tuæ pietatis*, &c.

Deindè ſurgens aſcendet ad Altare, extendet Corporale in medio, aperiet Tabernaculum, genuflectet, extrahet Pyxidem, eamque deteget, ac ſtatim facta genuflexione, ponet aliquas particulas intra aliam Pyxidem ſuper Altare præparatam, (neque enim totum Sacramentum auferen-

dum

dum eſt ab Eccleſia,) tum genuflectet; poſteà vtramque Pyxidem cooperiet, & eam, quam extraxerat, reponet in Tabernaculo, quod Claue obſerabit poſt iteratam genuflexionem.

Tum acolythus accipiens è Credentia velum oblongum, imponet illud humeris Sacerdotis, qui facta genuflexione, accipiet ambabus manibus dicto velo coopertis, Sacrã Pyxidem dextra per nodum, ſiniſtra per pedem, eam tenens velo ſuo benè tectam, nè quid in via decidat; deindè procedet ad infirmum præcedentibus Acolythis cum Candelabris, & candelis accenſis, tum alter Accolythus cum Campanula; deinde cæteri fratres cum cereis accenſis; poſtremò Sacerdos Sacramentum geſtans elevatum antè pectus, oculis in eum defixis, & recitans alternatim cum circumſtantibus *Pſalmum Miſerere*, & alios *Pſalmus, & Cantica*: in aſcenſu autem ſcalarum, alter Acolythus ad ſiniſtram Sacerdotis elevabit veſtes eiuſdem; Si verò procedendum ſit extrà Conventus, Sacerdos incedet ſub Vmbella, ſeù Baldachino.

Jnfirmus interim, ſi poteſt, ſurget, & propè lectum genuflexus expectabit SS. Sacramentum: vel ſi cogatur in lecto remanere, linteum album, & amplum extendetur ſuper lectum, duo cerei ſuper menſam accendentur, & extendetur Corporale in medio.

Cum autem peruenerint ad locum, Acolythi deponent Candelabra ſuper Menſam,

& ibi genuflectunt, cæteri etiam, qui intorticia, vel cereos deferunt, circa menſam genuflectunt, niſi fortè ob anguſtiam loci expediat eos ad oſtium expectare; juniores verò ſtabunt loco remotiori ab infirmo, ut ſenioribus pateat locus ad eum propius accedendi; Sacerdos autem ingrediens locum, vel Cellam, ubi jacet infirmus dicet. *Pax huic domui* Acolytho reſpondente, *& omnibus habitantibus in ea*.

Tum Sacerdos deponet ſuper Corporale Sacramentum, & debita genuflexione adorabit, moxque accepto de manu Miniſtri aſperſorio ſine oſculis, aſperget ſemel infirmum, & ter cubiculum, dicens Antiphonā: *Aſperges me &c.* & primum verſum Pſalmi: *Miſerere mei Deus cum Gloria Patri: Sicut erat &c.* repetens in fine Antiphonam; *Aſperges me &c.* advertens ne terga vertat Sacramento, & reddito aſperſorio, dicet; *Adjutorium noſtrum &c.* cum verſu, & oratione, *Exaudi, &c. ut in Rit.*

His dictis, accedet ad infirmum, ut cognoſcat, an ſit bene diſpoſitus ad accipiendum Sacrum Viaticum, & utrum velit aliqua peccata confiteri, & illum audiet, atque abſolvet, quamvis priùs deberet eſſe ritè confeſſus, niſi neceſſitas aliter urgeat.

Poſteà facta de more *Confeſſione generali*, ſivè ab infirmo, ſivè ejus nomine ab alio, Sacerdos dicet: *Miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam, &c.*

Deindè facta genuflexione, accipit Sacramentum de Pyxide, ſeù vaſculo, atquè illud

illud elevans oſtendit in firmo, dicens; *Ecce Agnus Dei*, *&c.* & more ſolito ter, *Domine non ſum dignus &c.*

Et infirmus ſimul cum Sacerdote dicet eadem verba ſaltem ſemel, ſubmiſſa voce, tum Sacerdos dans infirmo Euchariſtiam, dicet; *Accipe Frater*, *&c.*

Si verò Communio non datur per modum Viatici, dicet more ordinario, *Corpus Domini noſtri*, *&c.* Quòd ſi mors immineat, & periculum ſit in mora, tunc dicto, *Miſereatur*, *&c.* prædictis precibus omnibus, vel ex parte omiſſis, ei ſtatim viaticum præbeatur.

Poſteà Sacerdos, depoſita Pyxide ſuper Corporale, genuflectit, eam cooperit, & abluit digitos nihil dicens, & infirmo datur ablutio; deindè dicit; *Dominus vobiſcum*, & orationem *Domine Sancte*, *&c.*

His expletis, ſi altera particula Sacramenti ſuperfuerit (quę regulariter ſemper ſupereſſe debet) genuflectit, ſurgit, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo ſignum Crucis ſuper infirmum, nihil dicens, & reverenter illud deferens, ordine, quo venerat revertitur ad Eccleſiam, dicendo Pſalmum: *Laudate Dominum de Cœlis*, *&* *Pſalmos*, *&* *Hymnos*, prout tempus feret.

Cum pervenerit ad Eccleſiam ponit Sacramentum ſuper Altare, adorat, deindè dicit, *Panem de Cœlo*, *&c.* *Dominus vobiſcum*, & orationē *Deus, qui nobis*, *&c.* manibus junctis.

Deindè annunciat *Indulgentias* à Summis Pontificibus conceſſas Sanctiſſimum Sacra-

mentum comitantibus; Poſteà cum Sacramento in Pyxide velo cooperta facit ſignum Crucis ſuper populum nihil dicens: poſtremò illud cùm genuflexione antè, & poſt in Tabernaculo reponit, & redit in Sacriſtiam ordine, quo venerat. *Rit. Rom. Paul. V. Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 17. num. 1. 2. & 3. & Beavv. mox citand.*

Si autem aliqua de cauſa, ſumpta fuerit una tantùm particula conſecrata, tùnc ei infirmo adminiſtrata, Sacerdos prædictis precibus recitatis, eum manu benedicit, & una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, latente Pyxide, &c. ad Eccleſiam, vel domum quiſq; ſuam revertatur. *Rit. Rom. ut ſuprà.*

Tandem, ſi in Sacello juxtà valetudinarium poſito dicatur Miſſa prò Communione miniſtranda, ſi ità videbitur, Celebrans peracta Communione, reponet tot particulas conſecratas in Pyxide ad hoc præparatas, quot erunt communicandi, ac in fine Miſſæ depoſita Caſula, & Manipulo, imponetur per Acolythum velum oblongum humeris ejus, ità ut ipſius extremitates tegant manus ejuſdem; deindè cùm debita reverentia accepta Pyxide cùm Sacramento, præcedentibus ſaltem duobus Fratribus in habitu ſuo cùm cereis accenſis, & Acolytho, &c. procedet ad communicandum, ut ſuprà notatum eſt, & Miniſtrata Communione, extinguentur cerei, & Celebrans referet Pyxidem, & ſuo loco reponet, &c. *Beavv. in Cærem. Eccl. p. 2. cap. 26. §. 4.*

De

De extrema Unctione, & animæ commendatione. Cap. V.

CUm igitur miniſtranda erit extrema Unctio, parabitur in cubiculo Ægroti ſuper Menſam Mappa aliqua munda, & ſuper eam Vas aquæ benedictæ, cum aſperſorio, & pelvicula cùm guſſipio, ſeù ſtuppa in ſeptem globulos diviſa; alia item pelvicula cùm mica panis, Vas aquæ ad lavandas manus Sacerdotis, cùm manutergio, & alio panno mundo ad tegendum infirmum, & cerea candela ad præbendum lumen ungenti.

In Sacriſtia verò paretur Crux cùm imagine Ctucifixi, ſinè haſta, Vas Olei infirmorum in ſua burſa violacea, eo anno conſecrati, & ſuperpelliceum cùm Stola violacea, & Rituali Romano; deindè convocatis Fratribus, ſi commodè fieri poteſt, vel ſaltem uno, qui Crucem, ut ſuprà præparatam deferat, procedet Sacerdos ad infirmum, ubi ad præſcriptum *Ritualis Romani* in adminiſtranda *Extrema Unctione*, ac *animæ commendatione* ſe geret. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 17. *num.* 4. & 5.

De qualitate Paramentorum in expoſitione, & Proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti, &c. Cap. VI.

IN Feſto Corporis Chriſti, per octavam, &c. clarè conſtat ex Rubricis, colorem

album eſſe adhibendum; ſed quia ſæpiùs in anno contingit Sacramentum exponere, opere pretium eſt aliquid dicere de qualitate Paramentorum.

Quandò igitur exponitur pro ſuffragiis defunctorum, Pallium Altaris, & Pluviale albi coloris adhibenda erunt, & idem dicendum videtur de aliis ornamentis Altaris, licèt parietes colore nigro veſtiantur.

In ſextis Feriis, & Dominicis Quadrageſimæ, ubi recolitur memoria Paſſionis Chriſti, color violaceus adhibendus eſt, & quidem etiam quoad Pluviale; in aliis autem Dominicis per annum, in quibus fieri ſolet Proceſſio, Pallium Altaris erit coloris, juxtà rationem officii, Pluviale verò coloris albi; idem ſervandum videtur, quotieſcumque Sacramentum exponitur poſt Miſſam Solemnem; Sed quando exponitur poſt Veſperas, cùm Divina officia tùnc temporis perſoluta ſint, ſatius eſſet (ſi commodè fieri poteſt) adhibere etiàm Pallium Altaris coloris albi. *Ex Cærem. Barnab. lib. 1. cap. 13. relat. à Tonell. lib. 3. cap. 2. §. 5.*

Quandò autem exponitur clauſum in Pyxide ob infirmitatem alicujus Magnatis, Palium Altaris erit coloris officio convenientis, Pyxis verò ſemper velo albo tegenda eſt, quod etiam dicendum de Stola, & Pluviali, ſi adhibeatur.

Quia verò aliquandò exponitur eodem modò prò iis, qui ſupplicio mortis plectendi ſunt, tùnc non erit incongruum ornare Altare Pallio violacei coloris; Velum tamen

men Pyxidis, ſtola, & Pluviale erunt albi coloris, ut ſupra notatum eſt; ſecùs dicendùm, ſi Sacramentum exponeretur viſibile in oſtenſorio, tùnc enim color albus omninò adhibendus eſſet; magna nimirùm differentia eſt intèr Solemnem Sacramenti expoſitionem, & ſolam Tabernaculi apertionem, ut per ſe patet. *Toncl. loc. cit.*

De Notandis in Miſſa coram Sacramento expoſito. Cap. VI.

GEneralitèr, quandò debet oſculari Altare, & genuflecti in hac Miſſa, ſeruanda eſt hæc regula. Cùm Celebrans eſt iàm in medio Altaris, ut poſt *Kyrie*, & antè *Offertorium*, quandò dictum eſt *Credo*, debet priùs oſculari Altare, poſteà genuflectere; cùm verò venit à cornu Evangelii, ut quandò poſt *Evangelium* non dicitur *Credo*, vel à cornu Epiſtolę, ut poſt *Communionem*, & poſt ultimam *Orationem*, tunc debet priùs genuflectere, poſteà Altare oſculari: ratio horum eſt, quia genuflexio, accedendo ad medium Altaris, debet fieri primo loco, recedendo ultimo. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib.* 3. *cap.* 2. §. 1.

Sacerdos numquàm ſumere debet Paramenta ad Altare, neque ibidem ea deponere, licet ſit Epiſcopus, ſed in Sacriſtia, vel in alio loco remoto, & ſeparato à Præsbyterio. *Bauldr. p.* 3. *cap* 17. *n.* 21.

Crux non debet teneri ſuper Altare quādiù expoſitum eſt Sacramentum, etiàm dum

celebratur, quam ſufficit amouere finita Miſſa, in qua Sacramentum exponitur, quæ etiam ſecundùm aliquos poteſt retineri in aliis miſſis.

Quando Sacramentum poſitum eſt in plano Altaris, ſivè in Pyxide, ſivè in oſtenſorio, ſi ibi celebrandum ſit, Calix ſtatuitur à parte Evangelii, non in medio, niſi ab offertorio uſque ad Communionem. *Tonel. lib.* 3. *cap.* 2. §. 1.

Quando Sacramentum exponitur ſuper Altare clauſum in Pyxidè, vel per ſolam Tabernaculi aperitionem, nihilominùs, ſi celebretur in eo Altari, ſeruentur omnia, ac ſi eſſet ſolemniter expoſitum, ut fit Feria quinta in Cœna Domini, quamuis Sacramẽtum ſit in Calice, palla, patena, & velo cooperto. *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 8. *nu.* 7. & *Cærem. epiſc. lib.* 2. *cap.* 23.

Quando Sacramentum eſt expoſitum non pulſatur campanula ad elevationẽ in Miſſa, præcipuè in paruis Eccleſiis; nàm dicta campanula pulſatur ſolùm ad excitandum populum ad adorationem Sacramenti, quod tunc eſt ſuperfluum, cum adſtantes jàm actu adorent expoſitum, & pulſare in hoc caſu campanulam, eſſet potiùs illos diſtrahere, quàm excitare. *Tonel. ut ſup.* §. 1.

Miſſa non ſatis decenter celebratur in eo Altari, in quo expoſitum ſit Sanctiſſimum Sacramentum, niſi tunc in ea reponendum ſit, & oratio abſolvenda, & in eo paritèr Sacello, ubi requieſcit SS. Sacramentum non eſſent Miſſæ celebrandæ. *Cær. ord. min. p.* 2. *c.* 2. *n.* 38. & *Cær. ep. lib.* 1. *cap.* 12.

Si

Digitized by Google

Si ſermo habeatur, brevior eſſe debet, & qui effectus audientiam moveat, capite ſemper detecto. *Cærem. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 9. Stabit autèm in cornu Evangelii aliquantulum versùs Sacramentum. *Pollac. in Aphor. p.* 1. *Cærem.* 22. *pag.* 111. *&* *Sac. Congr. Rit.* 16. *Febr.* 1630.

De Miſſa Privata coram Sacramento Expoſito. Cap. VIII.

SAcerdos Miſſam clebraturus in Altari, in quo ex poſitum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, ſtatim ac Presbyterium, ſeù Capellam dicti Altaris ingreditur, aliquantulùm conſiſtens, caput detegit, & perveniens antè infimum gradum, genuflectit utroque genu in plana terra, caput quoquè profundè inclinans; aliæ verò genuflexiones, præter hanc primam, & ultimam, fiet unico genu, abſquè capitis inclinatione, niſi aliter notetur.

Facta genuflexione, ſurgens recta aſcendit ad Altare, & poſito Calice in cornu Evangelii, antequàm extrahat Corporale de Burſa, genuflectit, poſtea aperto Corporali, & Calice ſuper poſito genuflectit iterùm, & accedit ad cornu Epiſtolæ, undè aperto libro redit ad medium Altaris, & genuflectit, nullaque inter poſita mora, aliquantulum retrahens ſe ad cornu Evangelii, advertens ne terga vertat Sacramento, deſcendit in planum, ibiquè genuflectens ſuper infimum gradum, unico tantùm genu,

caput tamèn eodem tempore inclinans, erectus incipit Miſſam morè ſolito; dicto verò Pſalmo, & facta Confeſſione, &c. non genuflectit antequàm aſcendat ad Altare, ſèd poſtquàm aſcenderit, antequàm incipiat orationem; *Oremus te Domine*; *&c.* & poſtquàm illam dixerit, oſculato Altari iterùm genuflectit; deindè accedit ad librum, & lecto Introito, rediens in medium, antequam incipiat *Kyrie eleiſon* genuflectit. *Bauldr. p. 3. cap. 17.*

Dicturus *Dominus vobiſcum*, oſculatur Altare, genuflectit, & vertit ſe ad populum in cornu Evangelii, ne renes vertat Sacramento, (quod ſempèr facit, quotiès ſe convertit ad populum) quo dicto, iterùm genuflectit, antequàm accedat ad librum. *Gav. in Ep. tract. 1. p. 2. tit. 3. in Append. n. 6. Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 11. n. 1. & Rubr. Miſſ. fer. 5. in Cœn. Dom. ac Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 23.*

Genuflectit antè, & poſt *Munda cor meum*, & antè *Credo*, quo dicto oſculatur Altare, genuflectit, & converſus ad populum ut ſuprà, dicit *Dominus vobiſcum*; & converſus ad Altare genuflectit iterùm, & poſteà dici *Oremus*. *Bauldr. ut ſup.*

Antequàm accedat ad cornu Epiſtolæ, ut vinum in Calicem infundat, & iterùm reverſùs ad medium genuflectit.

Dicto *Veni Sanctificator*, & benedictis oblatis non jungit manus, nèc caput inclinat, ſed genuflectit, deindè manibus junctis, recta incedens verſùs cornu Epiſtolæ, deſcendit in plana terra, ibiquè non ſtatim ſe convertit

vertit ad populum, ſed vertendo faciem ad parietem Altaris, & ſucceſſivè ad cornu Evangelii, nè terga vertat Sacramento, perficit circuitum, & sic conversùs ad populum lavat manus; quibus lotis, & abſterſis, rediens ad medium Altaris genuflectit. *Cær. Ord. Min. & Epiſc. ut ſup.*

Genuflectit antè, & poſt *Orate Fratres*, quod dicit in cornu Evangelii, nec complet circulum, ſed rediens per eandem viam, poſt genuflexionem proſequitur ſecreta, & cætera omnia uſquè ad Communionem, proùt in aliis Miſſis.

Poſt ſumptam purificationem, poſito Calice extrà Corporale ad cornu Epiſtolæ, genuflectit, deindè accepto Calice, & in eo facta ablutione digitorum, & digitis extenſis, rediens ad medium genuflectit iterùm; ibi que in medio Altaris ſumit ablutionem more ſolito. *Bauldr. loc. cit.*

Genuflectit antequàm diſcedat à medio dicturus *Communionem*, & genuflectit antè, & poſt *Dominus vobiſcum*; ſed in hoc casù priùs genuflectit, poſteà oſculatur Altare. *Tonel. lib.* 3. *cap.* 2.

Dictis orationibus accedit ad medium, genuflectit, oſculatur Altare; & versùs ad populum dicit *Dominus vobiſcum*, & *Ite Miſſa eſt*, & iterùm genuflectit, ſi verò dicturus eſt, *Benedicamus Domino*, converſus ad Altare poſt *Dominus vobiſcum*, priùs genuflectit antequàm illud dicat. Ad Benedictionem dicto *Placeat tibi ſancta Trinitas*, &c. oſculatur Altare, & dicto: *Benedicas vos omnipo-*

tens

Digitized by Google

omnipotens Deus, caput non inclinat, ſed genuflectit, & converſus ad populum in cornu Evangelii, illum benedicit more ſolito, & non perficit circulum, nequè redit ad medium Altaris, ut genuflectat, ſed in eodem cornu, ubi benedixit populum converſus ad Altare dicit: *Dominus vobiſcum*, & legit Evangelium, non ſignans Altare ad *Initium*, ſed librum ſolùm, aùt Tabellam, ſi adſit, ſi neutrum adſit, ſignat ſolùm ſeipſum, & hoc facit, non ſolùm quandò Sacramentum eſt in plano Altaris, ſed etiàm ſi eſſet altiùs Altari. *Gav. Bauldr. Tonel. & Cær. Ord. Min. loc. cit.*

Dicturus: *Et Verbum caro Factum eſt* genuflectit aliquantulùm versùs Sacramentum, quòd facit etiàm ad ſimilia verba, ad quæ ſolet genuflecti, tàm in cornu Evangelii, quàm in cornu Epiſtolæ. *Gav. in epit. tract. 1. p. 4. tit. 8. n. 9.*

Finito Evangelio, accedens ad medium, antèquam capiat Calicem genuflectit, quo capto deſcendit humeris verſis ad cornu Evangelii, ut in principio Miſſæ, & quandò eſt in plano, genuflectit utroque genu, caput quoquè profundè inclinans, & diſcedens caput tegit ibi; ubi adveniens detegerat, aliquantulùm conſiſtens. *Ton. loc. cit.*

Regula generalis eſt, quoties Celebrans accedit ad medium Altaris, aut ab eodem medio recedit, uel tranſit antè illud, toties genuflectit, unico tamen genu. *Bauldr. Gav. & Cær. ord. min. loc. cit. ex Rubr.*

De

Digitized by Google

De Miſſa Solemni coràm Sanctiſſimo Sacramento expoſito. Cap. IX.

QUotieſcunque exponitur Sanctiſſimũ Sacramentum, in primis Altare, in quo illud exponendum eſt Solẽni apparatu, proùt fieri ſolet in præcipuis Solemnitatibus, ornabitur; candelabra verò cùm candelis accenſis ſuper Altare, non deberent eſſe pauciora duodecim, ſemper ardentes dum Major Miſſa, ac Divinum officium Solemniter decantatur; Sed ubi ex paupertate tot non poterunt haberi, ad minus, ſex adhibeantur ſuper eodem Altari. *Cær. ord. min. p.* 1. *cap* 9. *&c.*

Quandò autem celebranda erit Miſſa Solemnis in Altari, ubi expoſitum ſit Sanctiſſimum Sacramentum, omnia præparentur in Altari, ſuper Credentiam, & in Sacriſtia ſicut in Feſtis Solemnioribus. *ex Rub.*

Celebrans verò, cum Miniſtris omnibus paramentis indutus, miniſtrante Diacono Nauiculam, & Thuriferario thuribulum, imponit incenſum, & benedicit more ſolito, tùm ab omnibus, facta profunda reverentia Imagini principali, quæ fuerit in Sacriſtia, procedunt ad Altare tecto capite, & ut Præsbyterium ingreſſi fuerint, ad præſentiam Sacramenti caput detegunt, & cum ad Altare peruenerint, utroque genu in plano Capellæ Sanctiſſimum Sacramentum adorant, profundam etiàm capitis inclinationem facientes. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 17.

Facta

Facta de more Confeſſione, Celebrans aſcendit ad Altare, ibique genuflectit cum Miniſtris, & dicit orationem, *Oremus te Domine &c.* & oſculato Altari, nec de nouo genuflectens, ſed aliquantulum retrocedens ferè in cornu Evangelii, ità ut nullo modo thus imponat in conſpectu Sacramenti, ſtans, quaſi conuertens faciem ad cornu Epiſtolæ, ibi imponit, & benedicit de more incenſum, Diacono Miniſtrante ſine oſculis.

Impoſito autem, ac benedicto thure, ſine ulla genuflexione deſcendit cum Miniſtris ad ſecundum gradum Altaris, advertens ne terga vertat Sacramento, (quod ſemper obſervabit in omni thurificatione, ſivè actione facienda coram Sacramento expoſito,) ubi genuflexus cum Miniſtris ſuper Suppedaneum, accipit thuribulum à Diacono ſinè oſculis, & ſtatim Sacramentum (loco Crucis, quæ tunc extare non debet in Altari) triplici ductu incenſat, inter poſita inter quemlibet ductum brevi morula, facta profunda inclinatione antè, & poſt; Diaconus verò, & Subdiaconus interim hinc indè genuflexi, aliquantulum elevant Planetam Celebrantis circa humeros, & cum ipſo inclinantur; Miniſtri autèm inferiores, & omnes alii circumſtantes ad Altare interim genuflectunt.

Deindè Celebrans ſurgens cum Miniſtris aſcendit cum thuribulo ad medium Altaris, & facta genuflexione incenſat Reliquias, & Altare, ut ſolet, ſed non *Crucem*; completa

pleta verò incenſatione Altaris, & reddito thuribulo in cornu Epiſtolæ, ut moris eſt, deſcendit, & ſiſtit ſe apud idem cornu, facie verſa ad populum, advertens nè dum ſe mouet, renes vertat Sacramento, & ibi à Diacono è contra ſtante ante illum in plano capellæ, & ad populum terga vertente incenſatur triplici ductu, cum profunda inclinatione, antè, & poſt *Cær. ord. min. p.* 1. *cap.* 11. *p.* 2. *cap.* 5. *&* *p.* 4. *cap.* 7. *&* 8. *Bauldr. loc. cit. Gav. tract.* 1. *p.* 2. *in Append. n.* 3. *&* 4. *& Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23. *& lib.* 2. *cap.* 23.

Poſtquàm Celebrans incenſatus fuerit, accedit ad librum, & legit *Introitum* more ſolito: dictoque *Kyrie eleiſon*, *&c.* accedit ad medium Altaris, advertens, quod quoties accedit, vel recedit à medio, aut tranſit antè Sacramentum, ſemper genuflectit unico genu, quod obſervare debent, & Miniſtri omnes. *Cær. ord. min. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 2. *Gav. ut ſup. n.* 5. *& Cærem. epiſc. lib.* 2. *cap.* 23. *Alcoc. tract.* 3. *pag.* 270.

Celebrans convertens ſe ad populum dicturus, *Dominus Vobiſcum*, ſeù alia, facta genuflexione, poſt oſculum Altaris, aut antè, prout dictum eſt ſupra, ſiſtit ſe renibus verſis ad Evangelii cornu; tùm facta iterum genuflexione in medio, manet ibidem, ſeù redit ad librum, &c. *Cær. ord. min. ut ſup. & Gav. loc. cit.*

Abſtinendum eſt ab oſculis manus, & rei quæ traditur; Diaconus, & Subdiaconus tamen non omittunt oſculum manus Celebrantis in fine Epiſtolæ, & antè Evangeliū. *Gav. ut ſup. n.* 7. *& Bauld. loc. cit.* Con

Concionator etiàm, & petit benedictionem, & oſculatur manum Prælati. *Alcocer. tract. 3. pag. 272.*

Regulariter Concionator à nemine petere debet benedictionem, niſi ab Epiſcopo, ſeù Prælato, cuius manum etiàm oſculatur, & petens benedictionem, dicit *Jube Domne &c. Bauldr. p.* 1. *cap.* 10.

Celebrans antè Evangelium imponit, & benedicit incenſum, & finito Evangelio, Subdiaconus defert librum oſculandum, nullam antè genuflexionem, vel reverentiã faciens in medio, ſed poſtea profundam facit Celebranti, & Sacramento genuflectit; Celebrans verò oſculato libro in loco ſuo, in cornu Epiſtolæ more ſolito incenſatur à Diacono. *Cær. ord. min. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *& Gav. ut ſup. tit.* 6. *n.* 16. *& Bauldr. loc. cit.*

Si concionandum eſt à Celebrante, fiat ab eo ſtante in cornu Evangelii, & aperto capite; Miniſtri autèm ſtabunt ad ejus dexteram extrà cornu Evangelii. *Gau. ſup. cit. in Append. n.* 8. *Lantuſc. de Euch. pag.* 286. *& Sac. Cong. Rit.* 16. *Febr.* 1630.

Poſt offertorium, antequàm ſe conuertat ad imponendum incenſum genuflectit, deindè imponit, & benedicit de more, dicẽs *Per interceſſionem &c.* mox in medium rediẽs genuflectit, ac ſurgens incenſat oblata, Diacono interim manu calicis pedem tenente, nec amovet Calicem è medio, ut ſolet, ſed Celebrante genuflexo, ut ſuprà, ter Sacramentum incenſante, ipſe aliquantulum retrò, pariter genuflexus caſulam elevatam tenebit

tenebit cum eodem antè, & poſt profundè inclinans, omnibus miniſtris Altaris interim genuflexis, etiàm Subdiacono ſtante in plano, & Patenam tenente; incenſato autèm Sacramento ſurget, & omnes Miniſtri cum eo, & aſcendens ad Altare, & facta genuflexione, incenſat Reliquias, ſi adſint, ac Altare ut ſupra, quo incenſato, & reddito thuribulo, deſcendit ad cornu Epiſtolæ, ubi thurificatur, ut initio Miſſæ dictum eſt; deindè ſtans in eodem loco lauat manus, quibus lotis, & terſis, redit ad medium Altaris, ibique genuflectit; poſteà dicit: *Suſcipe Sancta Trinitas*, *&c.* quo dicto rurſum genuflectit, & conuertens ſe, ut dicat: *Orate fratres*, vertit ſe ad latus Evangelii, non complens circulum, ſed rediens per eandem viam, iterum genuflectit, & proſequitur ſecreta, & reliqua omnia uſque ad Communionem, ſicut in aliis Miſſis Solemnibus. *Cær. ord. min. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. *&* 4. *Tonel. in Sac. Enchirid. lib.* 3. *cap.* 2. *Bauldr. & Cær. Epiſc. ut ſup.*

Poſt Communionem conuertens ſe, ut dicat *Dominus vobiſcum, orationem*, *&c.* eadem obſeruabit, quæ ſupra ſunt adnotata.

Dicto *Placeat*, *&c.* Celebrans oſculatur Altare, & dicto de more, ſinè capitis inclinatione, *Benedicat vos omnipotens Deus*, genuflectit, & converſus ad populum in cornu Evangelii illum benedicit, non perficiens circulum, neque rediens ad medium Altaris, ut genuflectat, ſed in eodem cornu dicit: *Dominus vobiſcum*, & legit Evangelium

lium, non ſignans Altare, ſed librum, aut tabellam, ut ſuprà dictum eſt, Miniſtris aſſiſtentibus, ut in aliis Miſſis Solemnibus, & *ad Verbum Caro factum eſt*: genuflectit cùm ipſis paululùm versùs Sacramentum. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 8. num. 9. & Bauldr. ut ſup.*

Finito ultimo Evangelio, Celebrans redit ad medium Altaris cùm Miniſtris, ubi facta genuflexione, retrahens ſe cùm ipſis ad cornu Evangelii, ne terga vertat Sacramento, deſcendit in planum, ibique cùm iiſdem Miniſtris, hinc, indè genuflectit in medio, ut in principio utroque genu; deindè recedit ab Altari, & redit cùm Miniſtris in Sacriſtiam ordine, quò venerunt, nec operiunt caput, donèc fuerint extrà præſentiam Sacramenti. *Bauldr. loc. ſupr. cit.*

Omnes Miniſtri cum Celebrante ſtant in Altari aperto capite toto Miſſæ tempore. *D.D. ſupr. cit.*

De Thurificatione Sanctiſſimi Sacramenti expoſiti. Cap. X.

VAriis modis thurificatur Sacramentū expoſitum; etenim aliquando incenſatur ſimul cùm Altari, aliquandò ſeparatim, & ſolum,

Thurificatur ſimul cum Altari, dum Miſſæ, aut Veſperæ celebrantur Solemniter ad Altare, in quo patet expoſitum.

Thurificatur ſolum, cum in Miſſa Solemni elevatur, cum exponitur, reconditur, aut defertur Proceſſionaliter, & in aliis hujuſmodi

modi caſibus. *Beav. in Cærem. Eccleſ. p.* 11. *cap.* 17. §. 4.

Quando igitur cum Altari incenſatur, Celebrans benedicit ſemper incenſum de more: at quando incenſatur ſolum, thus non benedicitur; utrobique verò abſtinendum ab oſculis, tum cochlearis, & Thuribuli, tum manus Celebrantis. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *in Append. num.* 3. *& Tonel. Sac. Enchir. lib.* 3. *cap.* 2. §. 2.

In Miſſa, quæ ſolemnitèr celebratur ad Altare, in quo expoſitum eſt, ſemper thurificari debet antè *Introitum*, & poſt *oblatorum* incenſationem, antequam thurificetur Altare. *Gav. ut ſup. num.* 3. & 9.

In Veſperis Solemnibus thurificatur ſimilitèr, antequam thurificetur Altare hoc ritu: Celebrans facta in plano antè infimum gradum cùm Miniſtris genuflexione utroque genu, aſcendit ad Altare, & facta iterum genuflexione, oſculatur illud in medio; deindè retrocedit aliquantulum in cornu ferè Evangelii, ità ut nullo modo thus imponat in conſpectu Sacramenti. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 8. *num.* 2.

Poſteà minaſtrante primò Aſſiſtente, ſi adſit, alioquin Thuriferario ſinè oſculis, Celebrans ſtans imponit, & benedicit thus de more; tum facta in medio genuflexione, deſcendit ad ſecundum gradum, aliquantulum retrahens ſe ad cornu Evangelii, ne terga vertat Sacramento, & antè medium Altaris in ora ſuppedanei genuflexus accipi Tthuribulum, & Sanctiſſimum Sacramen-

mentum triplici ductu thurificat, cum profunda inclinatione antè, & poſt, interpoſita intèr quamlibet ductum aliqua morula, Aſſiſtentes interim fimbrias anteriores Pluvialis hinc indè genuflexi elevabunt: quòd eis abſentibus, præſtabit Thuriferarius; deindè aſcendens ad Altare genuflectit; ſtatimque Reliquias, ſi adſint, & ipſum Altare thurificat, ut initio Miſſæ dictum eſt; ac reddito in cornu Epiſtolæ Thuribulo, redit ad medium Altaris, genuflectit, & declinans parumper ad latus Evangelii, advertens, ne renes vertat Sacramento, deſcendit in planum, ubi facta genuflexione utroque genu, cum profunda etiàm capitis inclinatione, ordine, quo venerat redit in Chorum cum Aſſiſtentibus, & aliis Miniſtris, ibique de more, incenſatur ipſe, Chorus, & populus. *Bauldr. p. 4. cap. 16. art. 8. num. 3. & Beavv. ut ſup. num 5.*

Caveat Celebrans, tàm in expoſitione, quàm depoſitione SS. Sacramenti, ne illud thurificet poſtquàm dixerit orationem, ſed tantum ſemel in expoſitione, dum adhuc eſt ſuper Altare, antequam in loco eminentiori ſit accomodatum, & ſemèl in depoſitione, antequàm ab eo loco, in quo eſt, ſuper Altare deponatur.

In Proceſſione verò, antequàm Celebranti tradatur, & poſt finem proceſſionis poſito ſuper Altare, debet prius incenſari antequam in alio loco ponatur, & antequàm oratio dicatur, nequè poſteà debet amplius incenſari. *Bauldr. p. 3. cap. 17. Gav. tract. 1.*

p. 4.

p. 4. tit. 12. & Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 9. 10. 12. & ex Rit. Rom.

De Miſſa, & expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti. Cap. XI.

IN expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, cantari poteſt Miſſa Solemnis de eo, cum unica *Oratione*, *Gloria*, & *Credo*, & ſi cantetur infrà octavam Corporis Chriſti, dicitur etiàm *Sequentia*, licet ea die non fieret officium de octava: Sed in Feſtis, & Dominicis Primæ, & Secundæ Claſſis debent in Cathedralibus, & Collegiatis cantari duæ Miſſæ, altera de die poſt *Tertiam*, altera de Sacramento poſt *Nonam*, vel ſola Miſſa de die cum commemoratione Sanctiſſimi Sacramenti. *Bauldr. p. 4. cap. 16. art. 11. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 13. Append. & Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 9.*

Si verò dicatur Miſſa privata de Sacramento, diebus tamen non impeditis, dicitur cum pluribus orationibus ſinè *Gloria*, & *Credo*, & ſi dicatur Miſſa de die, adderet Sanctiſſimi Sacramenti commemoratio, juxtà *Rubr.* de faciendis commemorationibus. *Tonel. lib. 3. cap. 2. §. 2.*

Quandò autem Sanctiſſimum Sacramentum eſt expoſitum, licet dicere ipſius Miſſam *Votivam*, quia adeſt ſufficiens cauſa, niſi aliud obſtet, ut feſtum Duplex, octava privilegiata, vel ſimile: & in Miſſa currenti poterit dici oratio de eodem, vel loco tertiæ ad libitum, vel addi, uti comme-

mora-

moratio, exceptis duplicibus primæ, & ſecundæ Claſſis. *Tonel. ut ſup. §.1. num 7.*

In Miſſa igitur ſivè Solemni, ſivè privata offeruntur ſuper Patena duæ hoſtiæ, quarum una ponitur ad ſiniſtram Celebrantis, hoc eſt ad cornu Evangelii ſuper Corporale è regione alterius hoſtiæ, quæ eſt in medio, & poſt conſecrationem non elevatur, cum unica tantum ſit elevanda, ſed poſt ſumptionem ſanguinis Celebrans (locato prius Calice à latere Evangelii) facta genuflexione, eam adaptat in oſtenſorio, quòd tunc, & non prius defertur per Miniſtrum ad Altare, illudque ſtatuit in medio Corporalis; deindè colligit fragmenta, & ponit in Calicem, & ſi in eo unitæ ſint ſpecies Sanguinis, reverenter ſumit antequam accipiat vinum purificationis; tum ſumit purificationem, & ablutionem more ſolito, cum debitis genuflexionibus, & accomodato Calice, quem ponit ad cornu Evangelii, abſoluit Miſſam, ſervatis iis, quæ ſuprà ſunt notata. *Tonel ſup. cit. §.2.*

Si verò dicatur Miſſa ſolemnis, aptata Hoſtia à Celebrante in Oſtenſorio adjuvante Diacono, Diaconus illud claudit, & ſtatuit in medio ſuper Corporali. *Bauldr. p. 4 cap. 16. art. 3.*

Si Hoſtia difficile aptàri poteſt in oſtenſorio, poterit aptari in Sacriſtia, & conſecrari in eodem Oſtenſorio, quod tunc locari debet ſuper Altare initio Miſſę, retrò poſt Calicem, vel ſaltem ad offertorium, & aperiri ad oblationem, & conſecrationem,

&

& tùnc debet etiam locari propè Hoſtiam à parte Epiſtolæ, nec ſufficit, quòd ſit ſuper Corporale, ſed debet eſſe etiam ſuper lapide conſecrato, ſaltèm tempore conſecrationis: quòd ſi ad conſecrationem non aperiatur, remanet tamen Hoſtia conſecrata, ſicut de particulis clauſis in Pyxide dictum eſt. *Tonel. loc. cit. num.* 4.

Si duæ magnæ Hoſtiæ haberi non poſſint, poterit conſecrari cùm Hoſtia magna, Particula, & in hoc caſu oſtendetur populo Hoſtia magna, ſed frangetur, & ſumetur Particula; non tamen poteſt ſumi particula in alia Miſſa conſecrata, quia omninò debet Sacerdos participare de proprio Sacrificio. *Dian. par.* 5. *& tract.* 13. *reſ.* 96. *Tamb. Meth. Miſſ. lib.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 17.

Poſt Conſecrationem accenduntur omnes candelæ, quæ non debent eſſe pauciores *duodecim*, ex cera alba ſemper ardentes; & ſi plures adhibeantur, non debent accendi ad adventum Principis, &c. & extingui ad ejus receſſum. *Synod. an.* 1645. *cap.* 8. §. 11. *& Ritual. Petr. Nicol.*

Finita Miſſa, Celebrans non deponit Planetam, niſi facienda ſit Proceſſio, (nam tunc deſcendens per gradus laterales in cornu Epiſtolæ, Planeta cum manipulo depoſita, acciperet Pluviale;) ſed facta in medio genuflexione, deſcendens genuflectit ſuper Suppedaneum, ubi aliquantulum orat; deindè ſurgens imponit Thus ſine benedictione, miniſtrante Thuriferario Thuribulum, & naviculam Diacono ſinè oſculis; & quan-

do adhibetur Pluviale, Subdiaconus genuflexus in ſuo loco, illud aliquantulum elevat, ne impediat Celebrantem, dum Thus imponit. *Tonel. loc. cit. num. 7. & Bauldr. ut ſupr.*

Celebrans, impoſito thure modo, & loco, ut ſuprà dictum eſt, genuflexus accipit thuribulum de manu Diaconi ſinè oſculis, & incenſat Sacramentum triplici ductu, cum profunda inclinatione ante, & poſt, & dum incenſat, elevatur Pluviale, ſivè Planeta ab eo Miniſtro, qui eſt à dextris Celebrantis; deindè inchoatur à Cantoribus Hymnus. *Pange lingua, &c. Ritual. Flor.* vel *Tantum ergo. Bauldr.*

Dum canitur Hymnus, Diaconus, ſivè alius Sacerdos cum Stola adaptat Sacramentum in ſuo loco, ità oportunè, ut cum dicitur: *Tantum ergo Sacramentum*, ſit expoſitum adorationi, & finito Hymno, Celebrans poſt verſum: *Panem de Cœlo, &c.* Surgit, & dicit: *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus, qui nobis, &c.* cum concluſione, *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Tonel. loc. cit. num. 9. & Ritual. Rom. Paul. V. de Proceſſ. SS. Sacram.*

Ad verſum, *Panem de Cœlo, &c.* infrà octavam Corporis Chriſti, & tempore Paſchali additur. *Alleluja. Rit. Rom. ut ſup.*

Caveat Celebrans, ne poſt concluſionem parvam orationis, ideſt poſtquam reſponſum fuerit *Amen*, aliquid addat. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 12. num. 7. ex Rit. Rom.*

Dicta oratione ut ſuprà, Celebrans genu-

nuflexus orat aliquantulum, deindè ſurgit, & deſcendens in planum, genuflectit cùm aliis utroque genu, & redit in Sacriſtiam, caput tegens extrà Præsbyterium; Si verò fuerit dicta Miſſa privata, poſtquàm oravit aliquantulùm, ſurgit, aſcendit ad Altare, genuflectit, accipit Calicem, & deſcendens modo alibi explicato, genuflectit in plano utroque genu, & redit in Sacriſtiam, ut ſuprà. *Tenel. loc. cit.*

Nota, quod dicto versù *Genitori*, &c. cantatur versùs *Panem de Cælo*, &c. à duobus Cantoribus genuflexis, & nunquam à Celebrante. *Bauldr. p. 4. cap. 16. art. 3.*

Semper Oſtenſorio ſupponatur Corporale, ſeù Palla benedicta. *Bauldr. loc. cit.*

De Modo expenendi SanctiſſimũSacramentum per octavam Corporis Chriſti, & extrà eam antè Miſſam Solemnem. Cap. XII.

FInita Hora, quæ Miſſam præcedit, Celebrans, & Miniſtri induti paramentis coloris Miſſæ convenientis, procedunt ad Altare ordine conſueto, ubi facta genuflexione, tantiſper orabunt; deindè Diaconus aſcendet ad Altare, ubi præmiſſa genuflexione, & Corporali extenſo, Tabernaculum aperiet, & facta genuflexione, Sanctiſſimum Sacramentum extrahet, atquè in medio Altaris ſuper Corporale reverenter collocabit; tum facta denuò genuflexione, deſcendet ad dexteram Celebrantis, qui ſurgens cùm Subdiacono, imponet thus in

Thuribulum ſinè benedictione, & ſtatim ſuper infimum gradum cùm Miniſtris genuflexus, accipiens à Diacono Thuribulum ſinè oſculis, incenſabit triplici ductu Sacramentum, caput profundè inclinans antè, & poſt incenſationem, deindè incohabitur à Cantoribus hymnus: *Pange lingua, &c.*

Incenſato Sacramento, Diaconus ſtatim aſcendet ad Altare, & facta genuflexione, Oſtenſorium cum Sacramento reponet in loco præparato, & facta iterum genuflexione, redibit ad dexteram Celebrantis, qui finito Hymno in Choro, ſurget, & dicta oratione, ut alibi dictum eſt, cum Miniſtris Sacris genuflectet, & Miſſam incipiet.

Si verò Hoſtia conſecrata fuerit in Pyxide, Diaconus eam de Tabernaculo extrahet, (genuflexo interim Celebrante cum aliis Miniſtris) ponet ſuper Corporale, aperiet, genuflectet, & Hoſtiam collocabit Celebrans in Oſtenſorio, abluet digitos, purificatorio abſterget, genuflectet, & ad locum ſuum redibit; Diaconus autem ſtatim ut Celebrans impoſuerit Hoſtiam in Oſtenſorio, illud claudet, & clauſa etiam Pyxide genuflectet, ac eam in Tabernaculo reponet, factaque iterum genuflexione, illud claudet, & Oſtenſorium in medio collocabit, ut ſuprà; poſteà genuflectet, & ad Celebrantem redibit, miniſtrabit incenſum, & omnia fient, ut ſuprà. *Bauldr. p. 4. cap. 16. Art. 8. Gav. tract. 1. p. 2. tit. 10. num. 32. & tit. 13. Append. & Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 4. num. 2.*

Non

Non exponitur SS. Sacramentum cum ſolemnitate à Regularibus, ſinè licentia ordinarii. *Sacr. Congr. Rit. 26. Febr.* 1628. *&* 27. *Maii* 1603.

De modo exponendi SS. Sacramentum extrà Miſſam abſque Miniſtris, ſivè cum eis.
Cap. XIII.

SI exponendum ſit SS. Sacramentum antè, vel poſt aliquam horam, aut quandò opus erit, Hebdomadarius Alba, Stola, & Pluviali albi coloris indutus, præcedente Thuriferario, capite tecto ad Altare procedet: ubi cum pervenerit, detecto capite genuflectet ſuper infimum gradum, ac tantiſper orabit, mox aſcendet ad Altare, Corporale in medio explicabit, Tabernaculum aperiet, genuflectet, extrahet Oſtenſorium cum Hoſtia conſecrata, atque in medio Altaris reverenter ſuper Corporale collocabit. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 10.

Si verò Hoſtia conſecrata ſit in Pyxide, eam de Tabernaculo extrahet, ponet ſuper Corporale, aperiet, genuflectet, & Hoſtiam collocabit in Oſtenſorio, utrumque claudet, abluet digitos, Purificatorio abſterget, genuflectet, Pyxidem in Tabernaculo reponet, iterum genuflectet, claudet, & Oſtenſorium in medio collocabit ut ſupra; tum genuflectens deſcendet ſuper ſecundum gradum, & retrahens ſe aliquantulum in cornu Evangelii, ibidem ſtans, mittet incenſum in Thuribulum abſque benedictione, & nihil

Digitized by Google

hil dicens; deindè ſuperpedaneum in medio Altaris genuflexus, accipit Thuribulum ſinè oſculis, ter incenſat Sacramentum profundè inclinans, antè, & poſt. *Ex Cærem. Ord. Min. ut ſup. num. 2.*

Interim à Cantoribus intonatur Hymnus *Pange lingua*, *&c.* vel *Tantum ergò*, *ut ſuprà.*

Mox, reddito Thuribulo aſcendet ad Altare, genuflectet, & Oſtenſorium cum Sacramento ponit in ſuo loco Eminentiori, ità oportunè, ut cum dicitur: *Tantum ergo, &c.* ſit expoſitum adorationi; finito verò Hymno, & dicto per Cantores verſu *Panem de Cœlo, &c.* (cui infrà octavam Corporis Chriſti, & Tempore Paſchali additur Alleluja) Sacerdos ſurget, & dicet *Dominus vobiſcum*, & orationem, *Deus, qui nobis ſub Sacramento, &c.* cum concluſione, *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum*; deindè facta genuflexione debita, in Sacriſtiam redibit. *Tonel. lib. 3. cap. 2. §. 2.*

Si autem contingat, ut SS. Sacramentum exponatur ad modicum tempus, ob aliquam privatam cauſam, ut propter gravem infirmitatem alicujus Magnatis, &c. tunc exponitur clauſum in Pyxide, albo velo tecta ſuper portam Tabernaculi, ardentibus in ſufficienti numero candelis ſuper Altare, ornatum pallio officio conveniente, & incenſatur, ut ſuprà, ſed nullæ preces dicuntur, quod etiam ſervatur, quandò clauditur. *Bauldr. p. 4. cap. 16. Art. 13. & Sac. Congr. Epiſc. 7. Sept. 1598.*

Quan-

Quando in expoſitione SS. Sacramenti adſunt Miniſtri Aſſiſtentes Pluvialibus induti, procedunt ad Altare cum Celebrante capite tecto, & illi aſſiſtunt, & miniſtrant, quandò opus eſt; ſed Cæremoniarius, aut alius Sacerdos cum Cotta, & Stola, oſtenſorium cum Sacramento collocabit ſuper Corporale in medio Altaris, & poſt thurificationem, illud collocabit in loco ſuo altiori, & hoc ſemper cum debitis genuflexionibus, & quamvis in aliquibus Cæremonialibus præſcribatur, quod primus Aſſiſtens hoc præſtet, tamèn ſic videtur faciendum, quando non adeſt Diaconus, &c. cum ſine Stola non tractandum, vel transferendum ſit Sacramentum. *DD. ſup. cit. ex Rit. Rom.*

De modo deponendi SS. Sacramentum ſinè Miniſtris extrà Miſſam. Cap. XIV.

HOra competenti Sacerdos indutus Alba, Stola, & Pluviali albi coloris, præcedente Thuriferario, &c. procedet ad Altare; cum autèm peruenerit ad Præsbyterium, nudabit caput, & genuflectet utroque genu in plano, ſtatimque ſurgens aſcendet ad ſecundum gradum, ubi genuflexus tantiſper orabit; tum ſurget, & retrahens ſe aliquantum in cornu Evangelii, miniſtrāte Thuriferario Nauiculam, & thuribulum, ſtans imponet incenſum in Thuribulo ſinè benedictione, & nihil dicens: deindè genuflexus in medio accipiens Thuribulum ſinè oſculis, Sacramentum incenſabit tripli-

ci ductu, cum profunda inclinatione antè & poſt, Thuriferario interim extremitatem dextram Pluvialis elevante. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 3. cap. 2. §. 2.*

Sacerdos poſt incenſationem reddet thuriferario Thuribulum, & tùm à Cantoribus intonatur: *Pange lingua*; Dum verò cantatur, Sacerdos aſcendet ad Altare, genuflectet, & Sacramentum è ſuo loco, cum debita reverentia deponet ſuper Altare in medio Corporalis, ita ut, cum dicitur: *Tantum ergò Sacramentum* ſit accomodatum ſuper Corporale, & expoſitum adorationi, ut alibi dictum eſt.

Finito Hymno, & à Cantoribus genuflexis dicto verſu (cui infra octauam Corporis Chriſti, & tempore Paſchali additur *Alleluja*, ut ſupra dictum eſt,) Sacerdos ſtans in ſecundo gradu dicit, manibus junctis, *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus, qui nobis ſub Sacramento, &c.* cum concluſione, *qui viuis, & regnas per omnia ſæculu ſæculorum. Ex Rit. Rom.*

Sacerdos, dicta oratione, genuflectit, & accipit velum ſuper humeros; deindè aſcendens ad Altare iterùm genuflectit, vertit oſtenſorium, & velatis manibus illud accipit dextra nodum, ſiniſtra pedem, & convertens ſead populum à parte Epiſtolæ cum Sacramento illum benedicit, nihil dicens hoc ritu.

Cum ſtat antè populum, oſtenſorium antè pectus tenet, imagine Hoſtiæ ad populum converſa: tum elevat illud paulatim cum

cum decenti mora, uſque dum pars illa, quam tenet dextrà, reſpondeat oculis, non verò ſuprà caput, & eodem modo illud demittit infrà pectus; mox iterum recta illud attollit uſque ad pectus, deindè ad ſiniſtrum humerum ducit, & reducit ad dexterum, & rurſum ante pectus reducit, ibique aliquantulum ſiſtit, quaſi peracta ad omnes Mundi partes Cruce, eam etiam venerandam omnibus præbeat; tunc girum perficiens verſus cornu Evangelii, oſtenſorium collocat ſuper Corporale in medio Altaris. *Bauldr. p.* 4. *cap.* 16. *art.* 3. *&* *Tonel. lib.* 3. *cap.* 2. §. 3.

Depoſito SS. Sacramento à Sacerdote, ſuper Altare, ipſe ſtatim genuflectit, & Tabernaculum aperit, ac iterum facta genuflexione, extrahit Pyxidem, eam aperit, & etiam oſtenſorium, genuflectit, & Sacramentum ponit in ea, cooperit, digitos abluit, purificatorio abſtergit, genuflectit, in Tabernaculum reponit, & antequam oſtiolum claudat, iterum genuflectit; Si verò Tabernaculum ſit adeò Magnum, ut oſtenſorium capiat, facta genuflexione, & eo aperto oſtenſorium reponit, genuflectit, & claudit, ut ſupra, &c. quo facto, Thuriferarius amovet velum ab humeris ejus, qui deſcendens in planum, facta prius genuflexione, redit in Sacriſtiam ordine, quo venerat. *Ibidem.*

Dum Sacerdos benedicit populũ cũ Sacramento nihil prorſus dicit, ut ſupra dictũ eſt, muſicis quoque, & Cantoribus ſilentibus;

poſſunt tamen pulſari organa ſuaui ſono, & gravi, ut ad elevationem. *Bauldr. ut ſup. & Gav. tract. 1. p. 4. tit. 12.*

De modo deponendi SS. Sacramentum cum Miniſtris Sacris antè, vel poſt Miſſam ſolemnem. Cap. XV.

SI ante Miſſam deponendum ſit Sacramẽtum, Celebrans cum Miniſtris indutis ſuis paramentis, procedit ad Altare more conſueto, & ingreſſi Præsbyterium, caput detegunt, ac facta genuflexione in plano utroque genu, ſurgunt, & aſcendunt ad ſecundum gradum, ubi præmiſſa brevi oratione, iterum ſurgunt, & miniſtrante Diacono Naviculum ſine oſculis, & Thuriferario thuribulum, Celebrans imponit thus ſine benedictione, & nihil dicens, Subdiacono interim fimbriam Pluvialis elevante, ne Celebrantem impediat, dum thus imponit; impoſito verò thure, Celebrans genuflexus accipit thuribulum de manu Diaconi, & incenſat Sacramentum triplici ductu cum profunda inclinatione antè, & poſt, Diacono, & Subdiacono interim aliquantulum retrò Celebrantem genuflexis, hinc, inde fimbrias pluvialis elevantibus, & cum eo ſe pariter inclinantibus; Deindè à Cantoribus inchoatur hymnus *Pange lingua, &c.* & interim Diaconus, ſivè alius Sacerdos cum ſtola, deponit è ſuo loco altiori Sacramentum in medio Altaris, ità opportunè, ut cum dicitur *Tantum ergo*, ſit accomodatum

ſuper

ſuper Altare, ut alibi dictum eſt.

Finito Hymno, & à Cantoribus dicto verſu *Panem de Cælo, &c.*

Celebrans ſurgit, & ſtans manibus junctis, dicit, *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus, qui nobis ſub Sacramento, &c.* cum concluſione, *Qui viuis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorũ*, Diacono, & Subdiacono hinc inde genuflexis librum ſuſtinentibus; dicta autem oratione, Celebrans genuflectit, & aſcendens ad Altare, dat benedictionem cum Sacramento, ut ſupra notatum eſt; quo facto Diaconus reponit Sacramentum in Tabernaculo, & incipitur Miſſa, &c. Si verò Sacramentum deponendum ſit poſt Miſſam, idem ritus ſervatur, & in Miſſa obſervantur, quæ ſupra ſunt notata, &c. *Tonel. in Sacr. Ench. lib. 3. cap. 2. §. 2. & §. 3.*

Dum Sacerdos dat benedictionem cum Sacramento, Diaconus, & Subdiaconus hinc indè genuflexi, & inclinati facie verſa ad Sacramentum, elevant partes anteriores Pluvialis. *Bauldr. p. 4. cap. 16. art. 3.*

Depoſito Sacramento à Sacerdote ſuper Altare, ipſe ſtatim facta genuflexione deſcendit, & genuflectit in ſecundo gradu; tunc Subdiaconus, vel alius amovet ab eo velum, aſcendente interim Diacono ad Altare, qui, facta genuflexione, aperit Tabernaculum, & in eo poſito oſtenſorio, genuflectit iterum, antequam oſtiolum claudat.

Si verò Tabernaculum ſit adeò parvum, ut oſtenſorium non capiat, facta genuflexione, & aperto Tabernaculo extrahit Py-

xidem, qua aperta, & aperto ſimul oſtenſo-rio, genuflectit, & Sacramentum ponit in illa, & antequam eam claudat, genuflectit, claudit, & in Tabernaculum mittit, & antequam oſtiolum claudat, genuflectit iterum.

Caveat autem, dum mittit Sacramentum in Pyxidem, ne illud tangat, quod ſi fortè tetigerit, abluat digitos in vaſe purificationis, quod debet eſſe ſuper Altare. *Ton. ut ſup.*

Si antè depoſitionem Sacramenti dicendæ ſunt preces, regulariter dicuntur eæ, quæ ſequuntur Litanias poſt *Septem Pſalmos Pænitentiales*, niſi aliter imperetur à Superiore, & quando aliæ dicendæ ſunt, concluduntur ſemper cum eadem concluſione, quæ eſt in fine ſupradictarum precum, ſcilicet dicto *Per Dominum noſtrum*, *&c.* additur *Dominus vobiſcum*, *Exaudiat nos*, *&c.* *Fidelium animæ*, *&c.* etiam ſi in aliquibus Ritualibus in præcibus particularibus talis concluſio omittatur, ſed dictæ preces omitti poterunt, & dici ſolùm Hymnus: *Pange lingua*, *&c.* vel *Tantum ergo Sacramentum*, *&c.* vel quid ſimile cum verſu: *Panem de Cælo*, & *oratione*; præcipuè, ſi populus ſatis fuerit detentus. *Bauldr. par.* 4. *cap.* 16. *Artic.* 11. *&* 12.

Poſt depoſitionem SS. Sacramenti, die ſequenti aſſumitur Hoſtia à Sacerdote jejuno, immediatè poſt Communionem, & ſumptionem Sanguinis, antequam ſe purificet, & lunula oſtenſorii purificabitur, Prius diligẽter diſcuſſa, ne ullum in ea fragmentum

mentum remaneat, nec decet, nequè licet ſu pradictam Hoſtiam in partes diviſam diſpenſare prò Communione laicorum. *Bauldr. & cap. art.* 14. *& Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 3. *ut ſup.* 9. *n.* 13.

De modo exponendi, & deponendi SS. Sacramentum in Oratione 40. *horarum.* *Cap. XVI.*

QUandocunque juſtis de cauſis celebrãda erit oratio 40. horarum, tota Eccleſia, & Altare, in quo Sacramentũ eſt exponendum, atquè etiàm alia omnia debent adornari ſolemniori, quo fieri poterit apparatu; in loco verò altiori ponetur Baldachinum velis prætioſis ornatum, ac multa luminaria diſponentur ſuper, & circum Altare, aliaque tàm prò Celebrante, quàm pro Miniſtris, Proceſſione, &c. præparabit Sacriſta, prout alibi dictum eſt, & dicetur, ac juxtà ritum, & conſuetudinem loci. *Beavv. in Cær. Eccl. p.* 3. *cap.* 12. §. 6.

Finita Miſſa Solemni, fiet Proceſſio per Eccleſiam, aùt per Clauſtrum, vel extra juxtà conſuetudinem locorum eodem modo, quo infrà.

Cum autèm Celebrans redierit ad Eccleſiam, & locum, ubi Sacramentum exponi debet, illudque in manibus Diaconi depoſuerit, ac genuflexus adoraverit, Subdiaconus velum oblongum ab humeris ejus auferet, tradetque Cæremoniario, vel Thuriferario, ut ad Credentiam deferat; tum

tum Celebrans, Diacono miniſtrante Naviculam, & Thuriferario thuribulum, imponet incenſum, ut ſupra, & ter incenſabit Sacramentum, cum profunda inclinatione antè, & poſt, genuflexus cum Miniſtris in inferiori gradu Altaris, ac Diaconus accepto, & reddito thuribulo, collocabit illud in loco præparato cum debitis genuflexionibus: interim Cantores cantabunt: *Pange lingua. Rit. Flor.* vel *Tantum ergo. Bauldr.* ℣. *Panem de Cœlo, &c.* deindè Celebrans ſurget, & dicet *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus qui nobis, &c.* cum concluſione *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum*, nihil aliud addens; poſteà genuflexus orabit per brevem moram, ac cum Miniſtris revertetur in Sacriſtiam, ordine quo venerat. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 9. & 10. Alcocer. tract. 3. pag. 272.*

Dum Sacramentum eſt expoſitum, duo ex Fratribus in tabella per Superiorem deſignandis, incipiendo à Majoribus, uſquè ad minores, continuè, cum oratio celebrabitur, ſuperpelliceis induti; Sacerdotes verò etiam Stolam albam habentes, flexis genibus intrà Præsbyterium, ſeù planum Capellæ aſſiſtere debent unuſquiſque per horæ ſpatium. *Cær. Ord. Min. p. 1. cap. 9. n. 4.*

Loco conſpicuo *Horologium* antè orantes collocetur, quod hora tranſacta rurſum vertatur, & alter ex aſſiſtentibus aliquo tintinnabulo finitæ horæ ſignum dabit, ut reliqui duo jam in Sacriſtia oportunè parati ad conficiendam horam ſuam accedant per ordinē. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 6.*

Du-

Durante oratione, caveatur, nè quis (maximè ſæcularium) intrà Præsbyterium accedat, neque etiam ad accedendos, vel emungendos cereos, hoc enim munere fungentur aliqui ex Noſtris ſuperpelliceo induti. *Ib. Cær. loc. cit. n.* 7.

Privatæ Miſſæ in eo Altari regulariter nõ celebrabuntur; ſi tamen aliqua ex cauſa celebrari debeant, advertant Sacerdotes, ut genuflexiones obſervent, ut ſuo loco dictum eſt. *Ib. n.* 8.

Quando Sacramentum eſt expoſitum, ſi ſermo habeatur, brevior eſſe debet, & qui affectus audientium moveat, capite ſemper detecto. Aliqui velum antè SS. Sacramentum apponunt, ut Concionator ſedere, & tegere caput valeat, ſed hoc videtur nimis contrà Rubricas, cum Celebrans *fer. 5. in Cæn. Dom.* debeat, uti iiſdem Cæremoniis coram SS. Sacramento incluſo in Calice cooperto, ac ſi eſſet omninò expoſitum. *Bauldr. p.* 1. *cap.* 10. *& Cær. Ord. Min.*

In fine orationis fiet proceſſio, & cantabitur Hymnus *Pange lingua*, ut in principio, & ſemper Fratres è Choro bini, & bini procedent hinc indè cum debitis genuflexionibus in Choro, & cum tranſeunt antè Sacramentum; Cum verò Celebrans redierit ad Altare, Sacramento ſuper illud per Diaconum poſito, imponet thus, & illud ſolito more incenſabit; interim Cantoribus incipientibus. *Tantum ergo, &c.* quod ſemper proſequentur cum, *Cum genitori &c.* uſque ad finem cum verſu *Panem*

de

Digitized by Google

tum Celebrans, Diacono miniſtrante Naviculam, & Thuriferario thuribulum, imponet incenſum, ut ſupra, & ter incenſabit Sacramentum, cum profunda inclinatione antè, & poſt, genuflexus cum Miniſtris in inferiori gradu Altaris, ac Diaconus accepto, & reddito thuribulo, collocabit illud in loco præparato cum debitis genuflexionibus: interim Cantores cantabunt: *Pange lingua*. *Rit. Fior.* vel *Tantum ergo*. *Bauldr.* ℣. *Panem de Cælo*, *&c.* deindè Celebrans ſurget, & dicet *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus qui nobis*, *&c.* cum concluſione *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum*, nihil aliud addens; poſteà genuflexus orabit per brevem moram, ac cum Miniſtris revertetur in Sacriſtiam, ordine quo venerat. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 9. *&* 10. *Alcocer. tract.* 3. *pag.* 272.

Dum Sacramentum eſt expoſitum, duo ex Fratribus in tabella per Superiorem deſignandis, incipiendo à Majoribus, uſquè ad minores, continuè, cum oratio celebrabitur, ſuperpelliceis induti; Sacerdotes verò etiam Stolam albam habentes, flexis genibus intrà Præsbyterium, ſeù planum Capellæ aſſiſtere debent unuſquiſque per horæ ſpatium. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 4.

Loco conſpicuo *Horologium* antè orantes collocetur, quod hora tranſacta rurſum vertatur, & alter ex aſſiſtentibus aliquo tintinnabulo finitæ horæ ſignum dabit, ut reliqui duo jam in Sacriſtia oportunè parati ad conficiendam horam ſuam accedant per ordinẽ. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 6. Du-

Durante oratione, caveatur, nè quis (maximè ſæcularium) intrà Præsbyterium accedat, neque etiam ad accedendos, vel emungendos cereos, hoc enim munere fungentur aliqui ex Noſtris ſuperpelliceo induti. *Ib. Cær. loc. cit. n.* 7.

Privatæ Miſſæ in eo Altari regulariter nō celebrabuntur; ſi tamen aliqua ex cauſa celebrari debeant, advertant Sacerdotes, ut genuflexiones obſervent, ut ſuo loco dictum eſt. *Ib. n.* 8.

Quando Sacramentum eſt expoſitum, ſi ſermo habeatur, brevior eſſe debet, & qui affectus audientium moveat, capite ſemper detecto. Aliqui velum antè SS. Sacramentum apponunt, ut Concionator ſedere, & tegere caput valeat, ſed hoc videtur nimis contrà Rubricas, cum Celebrans *fer. 5. in Cœn. Dom.* debeat, uti iiſdem Cæremoniis coram SS. Sacramento incluſo in Calice cooperto, ac ſi eſſet omninò expoſitum. *Bauldr. p. 1. cap.* 10. *& Cær. Ord. Min.*

In fine orationis fiet proceſſio, & cantabitur Hymnus *Pange lingua*, ut in principio, & ſemper Fratres è Choro bini, & bini procedent hinc indè cum debitis genuflexionibus in Choro, & cum tranſeunt antè Sacramentum; Cum verò Celebrans redierit ad Altare, Sacramento ſuper illud per Diaconum poſito, imponet thus, & illud ſolito more incenſabit; interim Cantoribus incipientibus. *Tantum ergo, &c.* quod ſemper proſequentur cum, *Cum genitori &c.* uſque ad finem cum verſu *Panem*

de

Digitized by Google

de Cælo &c. Adhuc genuflexis. Deindè Celebrans ſtans, dicet manibus junctis *Dominus vobiſcum*, & orationem *Deus qui nobis, &c.* cum concluſione *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum*, ut in *Rit. Rom.*

Tum facta genuflexione, aſcendet ad Altare, & dabit benedictionem cum Sacramento nihil dicens, ritu quo ſuprà notatum eſt; quo facto, Diaconus cum debitis genuflexionibus, Sacramentum recludet in Tabernaculo; deindè ad Sacriſtiam revertentur, ordine, quo venerunt. *Cær. Ord. Min. par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 12. *& cap.* 10. *nu.* 5. *Tonel. ut ſup.* §. 4. *& Rit. Rom.* P. *V.*

****
***
**
*

SA-

SACRARUM CÆREMONIARUM
SILVA
De Proceſſionibus
LIBER SEXTUS.

De Proceſſionibus in generali.
Cap. I.

QUando habendæ ſunt Proceſſiones, ſeù Sacræ ſupplicationes, hora competenti, dato aliquò ſigno Campanulæ, omnes convenient, & ſi fiant ante Miſſam, præparatis à Sacriſta omnibus neceſſariis, dictaque hora Miſſam præcedente, Celebrans indutus Alba, Stola, & Pluviali coloris convenientis, & Miniſtri Sacri ſuis paramentis ſinè Manipulis, præcedente Thuriferario cum Thuribulo, quem ſequetur alius Subdiaconus paratus Alba, & Tunicella, deferens Crucem, cum Ceroferariis hinc indè candelabra cum candelis accenſis geſtantibus, medius inter Sacros Miniſtros procedet ad Altare capite cooperto, ubi cum iiſdem faciet debitam reverentiam, ac ſtatim Diacono miniſtrante naviculam,& Thuriferario thuribulum, imponit incenſum cum benedictione; thure verò impoſito inchoabitur à Cantoribus Hymnus, vel quid aliud pro qualitate Proceſſionis; Tùm facta Altari debita reverentia excepto Subdiacono de Cruce, Thuriſera-

riſerarius omnium primus incipiet procedere, leviter movens thuribulum fumigans, operculo ad duos circiter digitos elevato, quaſi viam ſternens cum odore incenſi; hinc ſequetur Subdiaconus cum Cruce medius inter Ceroſerarios, ſic tenens Crucem, ut imago Crucifixi terga vertat Clero ſubſequenti; deindè procedent alii, ſubdiaconum ferentem Crucem omnes ſequentes ordine ſuo, præcedentibus junioribus, tum Cantores; denique Celebrans medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à ſiniſtris fimbrias Pluvialis ei elevantes, tenebitq; Celebrans manus decenter compoſitas, digitis inſertis, vel junctis, niſi deferat Reliquias, vel aliquid aliud, & quando per gradus contingit Celebrantem aſcendere, ipſi Miniſtri altera manu fimbrias anteriores Pluvialis, altera etiam veſtes ejus attollent; ubi autèm locorum anguſtia non permittet eos cum Celebrante incedere, ipſi eum præcedent, quod & Ceroſerarii pariter obſervabunt, præcedentes Subdiaconum ferentem Crucem, & alii juniores reſpectu ſeniorum idem præſtabunt; advertent etiam idem ſemper ſervandum latus incedendo proceſſionaliter, a quo ſtare debent in Choro, undè ſi ob id mutatio, ſeù tranſitus ab una parte in aliam fieri debeat, fiat in ingreſſu, aut egreſſu alicujus portæ à Cæremoniario deſignandæ. In reditu verò proceſſionis, Thuriferarius, & Subdiaconus de Cruce, una cum Ceroferariis, conſiſtent juxtà Præsbyterium in medio plani verſus

verſus Altare, donec Celebrans cum Miniſtris ad eos pervenerit, tunc enim facta Altari debita reverentia, excepto Subdiacono Crucem ferente, revertentur in Sacriſtiam ordine, quo venerunt; tum Celebrans depoſito Pluviali, ſumet manipulum, & planetam, & Diaconus, & Subdiaconus manipulos ſuos prò Miſſa more ſolito cantanda. *Ex Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 12. & 13. p. 2. cap. 16. p. 4. cap. 13. Gav. tract. 1. p. 1. tit. 19. Beavv. Rit. Paul. V. & ex Rubr. 19. Gen. Miſſal.*

Dominicis diebus, ſi Proceſſio fiat antè Miſſam, fiet poſt Aſperſionem Aquæ benedictæ. *Rubr. Miſſ. in die Palm. &c.*

Quotieſcumque fit Proceſſio poſt Miſſam, *(quod magis conforme eſt Rituali Romano)* Pluviale Celebrantis defertur ad Altare, ac ultimo Evangelio finito, Celebrans deponit Planetam, & manipulum in cornu Epiſtolæ, & Pluviale accipit juvantibus Miniſtris, qui ſimiliter deponunt manipulos ſuos. *Patet in Rubr. Miſſ. & ut ſup. cit.*

Si Proceſſio poſt meridiem, vel antè veſperas fiat, Diaconus, & Subdiaconus minimè aderunt, ſed Cantores, &c. excipitur tamen Proceſſio SS. Sacramenti, & ea quæ fit in translatione inſignis Reliquiæ, nam in iis Miniſtri Sacri aderunt parati. *Rit. Paul. V. de Proceſſ. ex Rubr.*

Si Proceſſio debeat fieri ſolemniter, & Veſperæ non fuerint ſolemnes, Celebrans, Cantores, Ceroferarii, Thuriferarius, &c. ſub finem veſperarum parabuntur in Sacriſtia

criſtia, & cum dicetur verſus: *Benedicamus Domino*, omnes parati procedent ad Altare. *Beavv. in Cærem. Eccleſ. p. 2. cap. 28.*

In Proceſſionibus, quæ ſolemniter fiunt pro Gratiarum actione, Celebrans impoſito incenſo antè infimum gradum Altaris, inchoabit ibidem Hymnum. *Te Deum laudamus. Rit. Rom. ut ſup.*

Si autem dictus Hymnus cantetur in fine veſperarum ſolemnium, Celebrans cùm Miniſtris ſi adſint, dicto verſu *Benedicamus Domino*, rediens ad ſedem ſuam paratus Pluviali officio coloris convenientis, illum inchoabit; poterit etiam, ſi eſt ante Altare ibidem illum inchoare, & ibi remanere, &c.

Si idem Hymnus cantetur in fine Miſſæ Solemnis, Celebrans depoſita Planeta, & Manipulo in cornu Epiſtolæ, accipit Pluviale juvantibus Miniſtris ut ſuprà, qui deponunt etiam manipulos ſuos, deindè ibunt antè Altare, &c. *Beavv. ut ſup. n.* 14.

Nullus alius, præter Celebrantem, & Miniſtros, debet Alba parari, vel Pluviali in quacunque Proceſſione: excepta Proceſſione SS. Sacramenti, quæ fit in feſto, & infra octavam Corporis Chriſti, in qua omnes Albis, & Pluvialibus induere poſſunt; in hac tamen, & ſimili prudenter agendum eſt; nè quicquam inconſideratè innovetur *Beavv. loc. ſup. cit. n.* 29.

Quandò Reliquiæ Sacræ, vel Imagines, Sanctorum in Proceſſione deferuntur, debent immediatè deferri antè Celebrantem, facie ad Crucem converſa. *Beavv. ut ſup. n.* 16.

Si

Si in Proceſſionibus viſitetur aliqua Eccleſia, omnibus in ea ingreſſis, facta genuflexione, & hinc indè ſtantibus, Cantores cantabunt Antiphonam de Patrono cum verſus, & Celebrans dicet orationem cum parva Concluſione, & ſi debeat pro loci conſuetudine Miſſa cantari, finita Antiphona, & dicta Oratione, ſine mora inchoabitur Miſſa. *Rit. Rom. ut ſup. de Proceſſ. S. M.*

Quando cantantur ſolemniter Litaniæ in Proceſſionibus tempore Jubilei, vel alias prò neceſſitatibus publicis, Celebrans cum Miniſtris procedit indutus paramentis violaceis, præterquam in Proceſſionibus Corporis Chriſti, & quæ fiunt Solemnibus diebus, vel in gratiarum actione, quibus diebus utitur colore propriæ Solemnitati congruente. *Rit. ut ſup.*

In Proceſſionibus deferatur Crux, quæ Crux velum habeat, aùt Pallium pendens ab ea. *Sacr. Congr. Rit.* 14. *Ian.* 1617. Non tamèn vexillum pendens ab ea ſit triangulari forma, nec factis Militaribus inſignitum, ſed ſacris Imaginis. *Rit. Rom. in Rubr. Proceſſ.* & Crucifixus terga populo vertat. *Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. & *p.* 4. *cap.* 23. *num.* 1.

In Proceſſionibus ordinariis noſtrarum Eccleſiarum non defertur Thuribulum, & ſi deferatur, antè Crucem deferatur, præterquam in Proceſſione SS. Sacramenti.

Proceſſione incipiente, Fratres rectè à ſubſellis ſuis accedent bini ordine ſuo, ad unum, & eumdem locum, ubi debet reve-

rentia

rentia fieri, & SS. Sacramento bini genufle-ctent; vel eo abſente, inclinabunt ſe profundè Cruci, & tranſeuntes antè Celebrantem, bini etiam facient ei reverentiam. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 6. n. 21. & cap. 13. n. 2.*

Advertant Fratres, ut hinc indè numero pari ſituque, & inceſſu æquali, ac uniformi utrinque ſibi reſpondeant, & inter præcedentes, & ſubſequentes, æqualis diſtantia *octo*, vel *decem* pedum ſemper interſit, & ſi præcedentium numerus fuerit impar, duo ultimi medium habebunt Superiorem, vel alium antiquiorem. *Cær. Ord. Min. ut ſup. cap. 13. n. 3.*

In Proceſſionibus, in quibus deferuntur candelæ, qui ſunt à dextris, in dextera, qui verò a ſiniſtris in Siniſtra manu eas habebunt, & altera manu librum, vel pectori admotam tenebunt. *Cær. Ord. Min. p. 4. ut ſup. cap. 15. n. 5. & Gav.*

In Proceſſionibus, in quibus non defertur SS. Sacramentum, omnes extrà Eccleſiam capita ſua cooperient, etiàm Crucem ferens, & Ceroferarii; intrà Eccleſiam verò ea nudabunt. *Beavv. ut ſup. n. 27.*

Ad verſum *Gloria Patri, &c.* vel ad ultimam ſtropham Hymnorum, nullus inclinabit ſe, cum Chorus progredietur, ſed tantum nudabunt caput. *Idem.*

Quoties egrediendum, vel ingrediendum, ſivè per locum anguſtiorem tranſeundum, junior ſeniorem præcedet; tranſeuntes autem antè Altaria, &c. quæ per vias eriguntur, nec ſe vertent, nec inclinabunt, nec diſ-

coope-

Digitized by Google

cooperient caput; neque etiam capita nudabunt perſonis inſignibus, quæ occurrunt in via, ed eas enim non debent oculos divertere, nec ſe tingent aqua benedicta; traneuntes autem antè Altare SS. Sacramenti genuflectent, ſicut, & antè Altare, ubi elevatur, uſquè ad depoſitionem Calicis, & antè Altare ubi Miniſtratur, ut alibi dictum eſt, & hoc poteſt occurrere, ſi viſitetur aliqua Eccleſia, vel in reditu ad Eccleſiam: providere tamen debent Sacriſtæ, nè tunc in iis locis Miſſæ celebrentur. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 13. *n.* 1. *&* 2.

In Proceſſionibus Generalibus alicujus Civitatis, &c. quibus Fratres adeſſe debent, noſtris Ceremoniis modeſtè prætermiſſis, Cæremoniarius, captato tempore oportuno, magiſtros Cæremoniarum illarum Civitatum conſulet, docebitque Fratres quomodò in his ſe gerere debeant, nè poſteà ulla confuſio accidat. *De Off. M. Cærem.*

Quo ad Diſciplinam in Proceſſionibus ſervandam, ſciendum, eſtq uod Fratres, tam intrà, quam extrà clauſtra, modeſtè, graviter, reverenter, ac devotè ſe gerere debent, bini, & bini ſuo loco procedentes, Sacris præcibus ità ſint intenti, ut remoto riſu, mutuoque colloquio, & vago oculorum aſpectu, populum etiam ad piè, devotèque præcandum invitent. *Cærem. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 13. *n:* 11. *& Rit. Rom. Paul. V. de Proc.*

In omnibus Proceſſionibus ſemper laici à Clericis, fæminæ à viris ſeparatæ, orantes proſequantur. *Ritual. Rom. ut ſup.*

Edendi

Edendi, ac bibendi abuſum, ſecumve exculenta, & poculenta, &c. deferendi in Sacris Proceſſionibus, omninò tollatur. *Id. Rit.*

Dùm cantantur Hymni, vel Pſalmi, attendatur, ut debito ſervato Choro decantentur abſquè ulla confuſione, aures ſibi invicem præbendo, nè quid intoni reſiliat, quod ſi Litaniæ cantentur, expediet, ut circà medium Proceſſionis à duobus cantentur, reliquis omnibus reſpondentibus. *Ord. Min. p. 4. cap. 13. n. 7.*

Cùm in reditu Proceſſionis Fratres Chorum ingredientur, facta priùs debita reverentia Altari, & ſibi invicem, ſtatim ſua ſedilia repetent, omneſque nudis capitibus ſtantès ad alterutrum, tranſeunti Prælato, ſeù Superiori reverenter ſe inclinabunt. *Beavvais ſup. cit. n. 28.*

Si facienda ſit ſtatio in medio Eccleſiæ, vel antè Altare, omnes ſtabunt nudis capitibus, & converſis faciebus ad invicem; demptis ferente Crucem, & Ceroferariis cùm Acolythis, qui ſtabunt converſa facie ad Altare: Similitèr Celebrans, Miniſtri, & Cantores parati ſtabunt versùs ipſum Altare. *Ibid.*

Finita Antiphona, ſeù Hymno, vel alia re, quę tùnc cantabitur, Celebrans ſtans junctis manibus, vel genuflexus, ſi hoc exigant preces, dicet versùm, aùt versùs, &c. & ſempèr ſurget ad *Dominus vobiſcum cum oratione*; vel *orationibus* dicendis cùm *breui Concluſione*, ut alibi dictum eſt, &c. Deindè facta cùm Miniſtris debita reverentia Altari

tari revertitur in Sacriſtiam capite cooperto, cæteris præcedentibus de More, &c. *Beavv. ut ſup. n.* 10.

De Proceſſione SS. Sacramenti in Feſto Corporis Chriſti, & per Octauam. Cap. II.

CUm celebranda erit Proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti, hoc modo procedendum erit; Præparabit Sacriſta in Calice pro Miſſa Solemni duas Hoſtias: Item Tabernaculum oſtenſorium, Crucem Proceſſionalem cum ſuo velo, aut pallium pendēs ab ea; congruum funalium, ſeù cereorum numerum, duo Thuribula, velum oblongum album pro Celebrante, Paramenta ſolemnia albi coloris, Pluviale, & Baldachinum album; Item Albam, & Tunicellam tantum albi coloris pro altero Subdiacono, qui Crucem deferre debet; Pluvialia, vel ſaltem ſuperpellicea pro Sacerdotibus, ſi adfuerint, qui deferre debent Baldachinum, omniaque neceſſaria magnæ cum diligentia oportunè ſuper Credentiam diſponet. *Cær. Ord. Min. par.* 1. *cap.* 121. *num.* 1. *par.* 4. *cap.* 13.

In Miſſa Solemni, quæ per Superiorem celebrabitur, duæ Hoſtiæ conſecrabuntur, quarum vna ſumetur à Celebrante, altera collocabit in ſuo Tabernaculo oſtenſorio, quod ſuo velo tectum ſtatim poſt ſumptionem Sanguinis, Subdiaconus afferret via breviori de Credentia ad Altare, illucque deponet in cornu Epiſtolæ propè Corporale,

le, amoto priùs velo, & facta genuflexione, tum iterum facta genuflexione accedet ad librum; Diaconus autem accedet interim ad dexteram Celebrantis cùm debitis genuflexionibus, & Calice palla cooperto, & paululum remoto verſus latus Evangelii, ponet ipſum oſtenſorium ſuper Corporale, atquè illud aperiet; ſtatimque Celebrans, facta cum Sacris Miniſtris genuflexione, aptabit ſua manu Sacram Hoſtiam in lunula oſtenſorii, ità ut imago Hoſtiæ adorantibus appareat, Diacono interim illum juvante, ubi opus erit, & poſita Hoſtia intrà oſtenſorium, Diaconus ſtatim illud claudet, teget albo velo, ac in medio Altaris collocabit, & cum Celebrante, ac Subdiacono mox genuflectet; tùm Celebrans ſumet purificationem, & ablutionem, atque Miſſam proſequetur, diligenter obſeruans cum Miniſtris, quæ dicta ſunt de Miſſa coram Sacramento expoſito. *Cær. Ord. Min. ut ſup. nu. 2. Rubr. Miſſ. F. 5. in Cœn. Dom. & Rit. Rom. Paul. V.*

Completa Miſſa, Celebrans genuflectet cum Miniſtris in medio Altaris: tùm per gradus laterales Epiſtolæ deſcendet in planum ab eodem latere. cavens nè terga vertat Sacramento, ubi deponet Planetam, & manipulum juvantibus Miniſtris, qui etiam ipſi deponent manipulos, & induetur ab iiſdem Pluviali albo; deindè medius inter eos accedet per planum Præsbyterii ad medium Altaris antè infimum gradum, & ibidem genuflexione facta in plano utroque genu,

cum

cum capitis inclinatione, ſurgens aſcendet ad ſecundum gradum in ora ſuppedanei, & genuflexus cum Diacono à dextris, & Subdiacono à ſiniſtris tantiſper orabit; poſteà cum ipſis ſurget, & ſtans aliquantum in cornu Evangelii, miniſtrante Diacono Naviculam, & Thuriferarii thuribula, imponet incenſum in duobus thuribulis nihil dicens, ſinè oſculis, & ſinè benedictione: deindè genuflexus in medio in ſupremo Altaris gradu, accipiet de manu Diaconi Thuribulum, & ter incenſabit Sacramentum, facta antè, & poſt, profunda inclinatione, Miniſtris hinc indè genuflexis, fimbrias Pluvialis elevantibus, & cum eo pariter inclinantibus; quo tempore cantari poterit; *O Sacrum Conuiuium*, vel *Tantum ergo Sacramentum, &c. Cærem. Ord. Min. ut ſup. num. 3. & Gav. in Epit. tract. 1. par. 4. tit. 12. num. 3.*

Incenſato Sacramento, Diaconus acceptum ſinè oſculis Thuribulum reddet Thuriferario, & velum oblongum allatum de Credentia per Acolythum imponet humeris Celebrantis, quod connectet aciculis, ne decidat; deindè aſcendet ad Altare, ubi genuflectet aliquantulum à latere Epiſtolæ, & Tabernaculum geſtatorium cum SS. Sacramento accipiet utraquè manu, videlicet dextrà infra nodum, ſiniſtra verò pedem, ità ut Imago Hoſtiæ reſpiciat ſeipſum, dum accipit, tùm ad Celebrantem converſus, eidem adhuc genuflexo tradet in manibus, quas teget velo, quod à collo pendet, &

ſtatim ipſe Diaconus genuflectet. *Cær. Ord. Min. loc. cit & Gav. ut ſup. n.* 4.

Celebrans accepto reverenter oſtenſorio, ſcilicet dextera nodum ipſius tenens, & ſiniſtra pedem, juvantibus Miniſtris, & brachia ipſius ſuſtentantibus, ſurgens aſcendet ad Altare, mutato prius loco à Diacono, & Subdiacono, ac fimbrias Pluvialis elevantes, ſe conuertet cum ipſis ad populum, Sacramentum antè faciem tenens, ſicquè ſtabunt in medio ſuppedanei, nec priùs deſcendent indè, quàm alii omnes tranſierint: interim Cantoribus genuflexis inchoantibus Hymnum *Pange lingua*, & alios hymnos, &c. *ut in Rit. Rom. Paul. V. clarè conſtat. Beauvais in Cær. Eccl. p.* 3. *cap.* 12. *n.* 6.

Proceſſio autem ordinabitur in hunc modum per Cæremoniarum; Præcedet Subdiaconus cum Cruce, eam ſic deferens, ut Crucifixus terga vertat populo, medius inter duos Ceroferarios cum Candelabris, & candelis accenſis; ſequentur Fratres bini, & bini (poſt Confraternitates, ſi adfuerint,) priùs facta Sacramento genuflexione, omnes nudis capitibus, cereos quoquè manu geſtãtes, altera pectori admota, ſcilicet, qui adeſt à dextris in dextera, qui verò à ſiniſtris, in ſiniſtra manu eos habebit; incedent autèm graui, & æquali paſſu, benè compoſiti, & debita cum modeſtia, omninò uniformes, & à ſe mutuò debitam ſervantes diſtantiam, & ſi præcedentium numerus fuerit impar, duo ultimi mediùm

habe-

habebunt Superiorem, vel alium antiquiorem, & in circulo Proceſſionis rectiùs proceditur à latere Evangelii ad latus Epiſtolæ. Tamèn ſtandum erit locorum conſuetudine. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 4. *&* *p.* 4. *cap.* 13. *num.* 1. *&* 5. *&* *Gav. ut ſup. num.* 5. *&* 6.

Sequentur deindè, qui ſunt parati per ordinem, præcedentibus iis, qui Tunicellas, ſequentibus, qui Dalmaticas, poſteà, qui Planetas, deniquè qui Pluvialià deferent; his ſuccedet, qui librum Rituali, & burſam cum Corporali defert: deindè duo Thuriferarii, qui continuò Sacramentum ipſum incenſabunt, immediatè antè Celebrantem procedentes, ut fit in incenſatione perſonarum ductis Thuribulis, uel hinc indè moventes manibus dextris Thuribula de iiſdem pendentia, & effumantia, quaſi ſternendo viam Sacramento cum odore incenſi; qui modus videtur magis uſitatus, & congruus, ſemper ſimul greſſus moventes, ac pariter ſimul Thuribulum elevantes, caventes nè unquàm terga vertant Sacramento. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. *&* 9. *&* *Gav. nt ſup. tit.* 8. *nu.* 12.

Procedet poſteà Celebrans ſub Baldachino, medius inter Miniſtros ſacros, (qui fimbrias Pluvialis elevatas à lateribus tenebunt,) SS. Sacramentum ante faciem tenens elevatum, quod inceſſu gravi, & maxima cum reverentia portabit, alternatim cum Miniſtris recitans ſubmiſſa voce ea, quæ ab aliis cantantur. *Cær. Ord. Min. loc.* *cit.*

Digitized by Google

tit. & p. 4. cap. 13. n. 7. Gav. ut ſup. tit. 12. nu. 5. Alcocer. tract. 3. pag. 273.

Propè SS. Sacramentum quatuor ſaltem intorticia deferantur, & deferri debent à quatuor ex antiquioribus Fratribus illa, ut ſuprà geſtantes. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 13. num. 6.*

Prælati habent locum poſt Celebrantem, ſi adfuerint, cum intorticiis pariter accenſis, primò digniores, deindè minùs digni. *Cær Ord. Min. p. 1. cap. 13. n. 4.*

Haſtas Baldachini, quæ ſunt anteriores in facie Celebrantis, Nobiliores geſtant, poſteriores minùs nobilibus dantur. *Ità Cær. Papæ lib. 2 cap. 14. Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 14. & Cær. Ord. Min. loc. cit.*

Cæremoniarius nullum locum certum habere poteſt, nec candelam deferre, ſed omnibus debet providere, & ſedulo invigilare, ut pari paſſu, & gravi inceſſu, debitaque diſtantia, omnes, ac ſinguli progrediantur, celeri quadam, ſed gravi iteratione, ſi opus ſit, diſcurrendo, ut omnia; præcipuè, abſquè ulla confuſione, & eodem ritu cantentur, atque dicantur; ideò poterit ipſe in medio ſolus procedere ſuperpelliceo indutus. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 1. nu.. 8. & cap. 13. num. 7.*

Notandum, quod ſi Proceſſio non fiat extrà Eccleſiam, convenit ut Fratres ad primos duos verſus: *Tantum ergo Sacramentum, &c.* genuflectant converſi ad Sacramentum, Miniſtris, &c. exceptis; Extrà Eccleſiam verò minimè. *Cær. Ord. Min. par. 1.*

cap.

Digitized by Google

cap. 12. *num.* 11. *& Pollac. in Aphor. p.* 2. *Cær.* 8. *pag.* 157.

Dum ſit Proceſſio SS. Sacramenti, ſi Celebrans, & Miniſtri omnes, nec non, & Thuriferarii, &c. tranſeant antè Altare, in quo elevetur Hoſtia Sacra, &c. iter proſequentur, & miniſterium ſuum; ſed Sacriſta prævidere debet, ne Miſſæ celebrentur, ubi Proceſſionaliter tranſeundum erit; tamen ſi ibi celebrare oporteat, dum Hoſtia, &c. elevatur, Miniſter tintinnabulo non utatur. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. *& DD. Comm.*

Notent Cantores, quod incipiunt Hymnum, *Pange lingua*, vel *Tantum ergo* genuflexi, & ſimiliter adhuc genuflexi cantant. ℣. *Panem de Cœlo, &c. Bauldr. p.* 4. *cap.* 16. *art.* 3.

Si Proceſſio fuerit longior, poterit collocari SS. Sacramentum in aliquo Oratorio præparato, ſuppoſito Corporali, ritu quo dicetur, ſed hoc fieri non debet ad Altaria, quæ fortè per viam occurrunt nimis frequenter, ſed tantum ſemel, aut bis ad Celebrantis arbitrium. *Alcocer. tract.* 3. *pag.* 273.

Cùm verò Celebrans ad illud Altare, pervenerit, genufleſtunt omnes, excepto ipſo Celebrante, Subdiacono de Cruce, & Ceroferariis, ac ſtatim Diaconus antè Sacramentum genuflexus, aliquantulùm à dextris Celebrantis, accipit utraque manu Oſtenſorium, dextrà videlicet paulò infrà nodum, ſiniſtra pedem, & ſtatim Celebrans genuflexus, Sacramentum adorabit; Diaconus verò mox, ut reverenter acceperit,

ſurget, ac illud deponet in medio Altaris ſuper Corporale; tum facta genuflexione, redibit ad dexteram Celebrantis, qui ſurgens cùm Subdiacono, miniſtrante Thuriferario Thuribulum, & Diacono Naviculam ſinè oſculis, imponet incenſum ſinè benedictione, & nihil dicens: tum genuflexus cum Sacris Miniſtris, anteriores fimbrias Pluvialis illi elevantibus, incenſabit triplici ductu Sacramentum cum profunda inclinatione antè, & poſt, ut alibi dictum eſt.; interim Cantores inchoabunt: *Tantum ergo*, *&c.* cum ſuo verſu *Panem de Cœlo*, *&c.* tum ſurgens Celebrans, ex libro, quem Sacri Miniſtri adhuc genuflexi antè illum ſuſtinent (quod facient ſemper in ſimili caſu) dicet: *Dominus vobiſcum*, & orationem, *Deus qui nobis*, *&c.* cum concluſione, *Qui vivis*, *& regnas per omnia ſæcula ſæculorum*. *Rit. Rom. Paul. V. Alcoc. ut ſup. & DD. alibi cit.*

Finita oratione, Celebrans genuflectet, & ſtatim ſinè ulla incenſatione, recipiet Oſtenſorium de manu Diaconi, ſicut initio Proceſſionis; mox ſurget, & una cum Miniſtris ad Crucem ſe convertet, eoque ſic ſtante, Cantores genuflexi reſumunt cantum, ac omnes ſimul ſurgunt, & eodem tempore genuflectunt Sacramento, & poſteà ſimul ſe convertunt ad Crucem, quæ ſtatim procedere incipit.

Cum autem Proceſſio ad Eccleſiam redierit, Subdiaconus ferens Crucem, recta perget ad Altare cum Ceroferariis, qui nul-

la

la facta genuflexione, accedet cum illis ad latus Epiſtolæ, & Crucem deponet congruo loco: ipſi verò Candelabra deponent ſuper Credentiam, ac propè Altare genuflectent; qui autem deferunt faces, in duas alas diviſi, verſus Altare ſe collocabunt, reliqui quoque hinc, indè per ordinem genuflectent, adhuc cereos accenſos tenentes, ità ut inter eos Celebrans, & Miniſtri facilè tranſire poſſint; cum verò Celebrans antè cancellos, vel ad gradus Altaris pervenerit, amovetur Baldachinum per Miniſtros ad hoc deputatos, & qui illud deferebant eodem loco genuflectent. *Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 12. num. 5. & part. 4. cap. 13. n. 1. & Gav.*

Cum Celebrans pervenerit antè gradus Altaris, Sacramentum in manu Diaconi deponit cum debitis reverentiis; nam Diaconus antequàm Sacramentum accipiat, utroque genuflexo reverenter illud adorat; Celebrante interim verſus eum immobiliter ſtante; deindè accepto Tabernaculo Sacramenti, utraque manu aliquantulum illud elevatum verſus Celebrantem tenens, conſiſtit, donec ab illo adoretur utroque genuflexo; tum Diaconus Altare aſcendens, Oſtenſorium in medio Altaris ſuper Corporale collocabit, Celebrante interim in gradu Altaris inferiori genuflexo manente, atquè Subdiacono pariter ad ejus ſiniſtram genuflexo. *Cærem. Ord. Min. p. 1. cap. 12. num. 6.*

Facta à Diacono genuflexione redibit

ad Celebrantem, qui unà cum Subdiacono ſurget, & miniſtrante Diacono Naviculam, & Thuriferario Thuribulum, Celebrans imponet incenſum in Thuribulum abſquè benedictione, & nihil dicens: deindè genuflexus accipiet de manu Diaconi Thuribulum ſine oſculis, & ter incenſabit SS. Sacramentum, cum profunda inclinatione, antè, & poſt, retento adhuc velo, Miniſtris hinc indè genuflexis fimbrias Pluvialis elevantibus, & cum eo ſe pariter inclinantibus; Cantoribus genuflexis interim incipientibus: *Tantum ergo, &c.* quod proſequentur cum *Genitori, &c.* uſquè ad finem, cum verſu *Panem de Cœlo, &c.* cum *Alleluja*; deindè Celebrans ſurget, & ſtans manibus junctis, dicet: *Dominus vobiſcum*, & orationem: *Devs qui nobis, &c.* (Miniſtris hinc indè adhùc genuflexis, librumque ſuſtinentibus) cum concluſione, *Qui vivis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum*, ut patet in *Ritual. Rom. Paul. V. Cærem. Ord. Min. ut ſup. num. 7. Alcoc. Tract. 3. pag. 273. Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 12. num. 7. Tonell. lib. 3. cap. 2. §. 3. & 4. &c.*

Dicta oratione, Celebrans aſcendet ad Altare, ubi facta genuflexione, accipiet Tabernaculum Oſtenſorium ambabus manibus velo oblongo coopertis, Diacono minimè adjuvante, illudque tenens antè faciem elavatum, ad populum ſe convertet, & ſemel benedicet in modum Crucis, nihil dicens, eodem ritu, quo ſuprà notatum eſt.

Celebrans depoſito Sacramento ſupèr Altari, genufleƈtit, & deſcendet in planum, ge-

genuflectens ſuper infimum gradum, & ſtatim removetur per Subdiaconum velum ab humeris eius; Diaconus verò cum debitis genuflexionibus reponet Sacramentum intrà Tabernaculum, ut alibi dictum eſt; quo facto, Celebrans ſurget, & omnibus pariter conſurgentibus, tunc, & non priùs extinguuntur cerei; omnibus ordinatè recedentibus; ultimus omnium procedet Celebrans, cum Miniſtris capite cooperto, & in Sacriſtia debitis cum reverentiis ſacras veſtes deponunt. *Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. *& p.* 4. *cap.* 13. *num.* 10. *Alcocer. Gav. & Tonel. loc. ſup. cit. & Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 33.

De Proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti iu Cæna Domini. Cap. III.

POſtquàm Celebrans communicauerit, Subdiaconus Calicem alterum de Credentia ad Altare deferet ſinè velo longo, ſed cùm velo tantùm Calicis ejuſdem parvo, patena, & palla; tùm Celebrans, antè ablutionem digitorum, ponit Hoſtiam reſeruatã in hoc Calice, quem Diaconus palla, & patena cooperit, & deſupèr velum expandit album, & in medio Altaris collocat; deindè fit Communio Cleri antè Altare, tùm populi extrà Cancellos. *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 8. *num.* 5. *ex rubr. Miſſal. fer.* 5. *in Cæna Domini Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 23. *& Sac. Cong.* 27. *Sept.* 1608. Finita Miſſa fit Proceſſio, quæ non debet fieri extrà Eccleſiam; ſicùt

nèc in ſequenti feria 6. *ex Decr. Sac. Congr.* 6. *Aug.* 1591. *Gav. ut ſup. n.* 11.

Fit autem hæc Proceſſio more ſolito; Celebrans nimirùm, completa Miſſa, antè gradus Altaris deſcendens, & retrahens ſe extrà cornu Epiſtolæ, deponit Caſulam, & manipulum, (quæ etiàm deponunt Diaconus, & Subdiaconus) & Pluviali albo induitur: tùm ſic indutus procedit ante mediũ Altaris, ubi facta genuflexione, ſtans, & ferè in cornu Evangelii, aliquantulùm contrà latus Epiſtolæ converſus, miniſtrante Diacono Naviculam, ac Subdiacono fimbriam Pluvialis elevante immitit incenſum in duobus Turribulis ſine benedictione, & oſculis, ut alibi dictum eſt; deindè in medio genuflexus tèr Sacramentum incenſat, facta profunda inclinatione antè, & poſt ſimul cùm Miniſtris. *Cærem. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 1. *Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23. *& lib.* 2. *cap.* 23. *& Gav. ut ſup. n.* 12. *Cærem. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 2. *& Alcocer. tract.* 4. *pag.* 299.

Poſt incenſationem, Subdiaconus velum oblongum ſibi ab Acolitho, vel Cæremoniario porrectum, in humeros Celebrantis imponit, quòd connectet aciculis, vel firmat ſpinulis, nè decidat; interim verò Diaconus cùm debitis genuflexionibus ad Altare aſcendens, accipit Calicem cùm Hoſtia conſecrata, & Celebranti genuflexo porrigit, ità ut ipſe Celebrans Siniſtra nodum teneat, & dexteram ſuperponat Calici, quem Diaconus tegit extremitatibus veli pendentis ab humeris, & ſtatim accepto Sacramento

Digitized by Google

to ſurgit, ac Diaconus tùnc reverenter genuflectit. *Cær. Ord. Min. p.* 1. 13. *n.* 2. *& Gav. ut ſup. ex Rubr. Miſſal. ut ſup.*

Mox Celebrans tenens Calicem elevatum antè pectus ad populum ſe convertit, Miniſtris, ut ſuprà Pluvialis fimbrias hinc indè elevatas tenentibus, & interim à Cantoribus inchoatur Hymnus, *Pange lingua glorioſi &c.* & tùnc præcedente alio Subdiacono parato cùm Tunicella ſinè manipulo, cùm Cruce velata, medio intèr Ceroferarios, procedunt omnes cùm iutorticiis albis, ſeù cereis accenſis bini; primò juniores, deindè per ordinem ſeniores, ultimus omniv m Celebrans medius intèr Miniſtros, duobus Acolithis continuò Sanctiſſimum Sacramentum modo ſuprà præſcripto inceſſantibus. *Cær. Ord. Min. ut ſup. nu.* 3. *Gav. loc. cit. Cærem. Epiſc. & Alcocer. ut ſup.*

Convenit ut à Sacerdotibus hodie, & ſequenti die, haſtç Baldachini deferantur Pluvialibus, vel ſaltèm ſuperpelliceis ſinè ſtola indutis. *Cærem. Ord. loc. cit. Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 25. *&* 26. *& Gav. ut ſup. n.* 13. 14 *&* 15.

Cùm perventum fuerit ad locum præparatum, deferens Crucem in loco congruo, non quidèm in ipſo loco, in quo reponi debet Sacramentum, ſed è conſpectu ſe ſiſtit; reliqui verò hinc indè ordine ſervato, nimirùm juniores propè Crucem, ſeniores verò loco proximiores, quo Sacramentum reponi debet. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 5.

Celebrans cùm ad locum pervenerit, aliquantulum ſubſiſtit antè gradus, omnibus interim

Digitized by Google

interim (exceptis deferente Crucem cùm Ceroferariis, qui ſempèr ſtare debent) circumcircà genuflexis, Choro cantante, *ut ſup.* vel ſi completus fuerit *Hymnus*, cantetur, *O Salutaris Hoſtia*, vel *Tantum ergò Sacramentum*, &c. quoties opus fuerit repetendo, donèc fuerit repoſitum, & incenſatum Sacramentum; deferentes quoque Baldachinum ſiſtunt, & à deputatis haſtæ Baldachini accipiuntur, qui ipſum loco congruo reponũt. *Cær. Ord. Min. loc. cit. & Gav. ut ſup. n.* 18.

Diaconus genuflexus Calicem cùm Sacramento de manu Celebrantis ſtantis accipit, removendo velum oblongum deſupèr poſitum, aliquantulùm antè ipſum conſiſtẽs; donèc reverenter genuflectat, & adoret: tùm ponit illùm primò ſuper Altare, & facta genuflexione deſcendit, & curat imponi incenſum ſine benedictione a Celebrante, ſtans ut dictum eſt; amoto interim velo per Subdiaconum ab humeris Celebrantis, quia non eſt daturus in fine benedictionem; quo facto, Celebrans genuflexus triplici ductu Sacramentum incenſat cùm profunda inclinatione ante, & poſt, Miniſtris hinc indè paritèr genuflexis, ac fimbrias Pluvialis elevantibus, & cùm eo ſe inclinantibus; interim cantatur. *Tantum ergò Sacramentum*, &c. Sed non dicitur ℣. Nequè *Oratio*, &c. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 8. *Gav. loc. cit. & Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 23. *ex Rubr. Miſſal. ut ſup.*

Incenſato Sacramento à Celebrante, & reddito thuribulo Diacono, & Diaconus Thuriferario, Diaconus aſcendit ad Altare, &

&

& reponit Calicem cùm Sacramento in capſula, facta genuflexione antè, & poſt, & Clave claudit; Clavis autem nulli ſæculari dari debet, quantumvis Nobili, *ex Decr. Sac. Rit. Congr.* 30. *Jan.* 1610. Sed ei potiùs, qui celebraturus eſt ſequenti die, vel Magiſtro Cæremoniarium, ſi adſit, aut Sacriſtæ, quòd commodius erit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num.* 7. *&* 9. *& Gav. loc. cit.*

Diaconus clauſa capſula, redit ad dexteram Celebrantis, & genuflectit, at ubi aliquantulùm oraverint, Celebrante ſurgente, reliqui quoque conſurgent, & in Chorum recta via procedentes, procedunt Thuriferarii, poſt eos ſequitur deferens Crucem mediùs intèr Ceroferarios, deindè reliqui bini per ordinem extinctis cereis. *Cęrem. Ord. Min. loc. cit. ut ſup. num.* 9. 10.

De Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti feria Sexta in Paraſceve. Cap. IV.

CIrcà finem adorationis Crucis accenduntur candelæ ſuper Altare, (quæ debent eſſe ex cera communi,) & eæ quæ ſuper Credentiam habentur pro Acolythis, & item eæ, quæ ſunt in Sacello, ubi repoſitum fuerat pridiè SS. Sacramentum, & ibidem præparatur velum album oblongum pro Celebrante, Baldachinum album, Cerei, ſeù intorticia, & alia hujuſmodi neceſſaria. *Cærem. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 14. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 9. *& Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 25.

In

In Sacriſtia paretur alius Subdiaconus, qui alteram Crucem diſcoopertam deferat (non quæ adorata fuit) Amictu, Alba, Cingulo, & Planeta plicata nigri coloris, aut ſaltem induatur Alba, &c. ſinè manipulo: item parentur Ceroferarii, & duo Thuriferarii: ut ſup. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 2. & Gav. ut ſup. num. 14. & Alcoc. tract. 4. pag. 312.*

Diaconus indutus Stola latiori nigri coloris, præcedente Cæremoniario, accipiens ex Credentia burſam Corporalium cum purificatorio, deferet ad Altare, & more ſolito extendit Corporale, & juxtà illud ponit purificatorium ad cornu Epiſtolæ loco ſolito, & tunc etiam transfertur à Cæremoniario Miſſale ad cornu Evangelii cum cuſſino; deindè Diaconus, finita adoratione Crucis, eam reverenter accipit, & reportat ad Altare, quo caſu reverentiam nemini facit; Sed Celebrans aſſurgit tranſevnti Cruci, cui genuflectit ſimul cum Subdiacono; interim Acolythi removent tapetum cum pulvino; Diaconus verò collocata Cruce in medio Altaris ad Celebrantem redit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 3. & Gav. loc. cit. n. 12. ex Rubr. Miſſ. fer. 6. in Paraſcev.*

Pro Proceſſione igitur facienda diſtribuvntur cerei, ſeù intorticia, accendenda ſolum, ubi perventum fuerit ad locum Sacramenti; Celebrans accipit Caſulam nigri coloris, ac Subdiaconus Planetam nigram plicatam, Diaconus verò Stolam latiorem nigram; procedunt autem primò duo Thuri-

ferarii

ſerarii cum Thuribulis, & prunis accenſis, ſed ſinè incenſo in eis poſito, quia nondum eſt proceſſio ſacra, ſed aditus ad eam deſtinatus per breviorem viam; ſequitur Subdiaconus cum Cruce inter duos Acolythos deferentes Candelabra cum cereis accenſis, reliqui per ordinem, ultimus Celebrans medius inter Miniſtros tecto capite, donèc perveniat ad locum Sacramenti. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 4. & Gav. ut ſup. num.* 14. *ex Rubr.*

Cùm perventum fuerit ad locum Sacramenti, deferens Crucem, & alii ſiſtunt ſe, ut ſuprà, ibique omnes genuflexi orant, exceptis Subdiacono, qui defert Crucem, & Cæroferariis: interim accenduntur cerei, ſeu intorticia, quæ non extinguuntur, niſi poſt ſumptionem Sacramenti. *Cær. Ord. ut ſup. num.* 5. *& Gav. loc. cit. num.* 15.

Deindè Diaconus cum debitis genuflexionibus aperit capſulam, in qua reconditum eſt Corpus Domini: poſteà Celebrans ſurgit, & abſque benedictione imponit incenſum in duobus Thuribulis, Diacono Naviculam miniſtrante ſine oſculis, quæ omninò omittuntur in hoc officio, & genuflexus ter incenſat Sacramentum, facta cum Miniſtris, pariter genuflexis, ante, & poſt profunda capitis inclinatione; & ſtatim à Subdiacono imponetur humeris ejus velum oblongum album, non nigrum; tum Diaconus extrahens Calicem de capſula, ſtatim dat ad manus Celebrantis genuflexi, & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circumdat, & ſtatim genuflectit, Celebrans

brans verò accepto Sacramento ſurgit, & convertit ſe ad populum, aſſiſtentibus ſibi Diacono a dextris, & Subdiacono à ſiniſtris; tunc omnes ſurgentes ad Altare procedunt ordine, quo venerunt, & defertur ut ſuprà, Baldachinum album ſuper Sacramentum, Thuriferariis, ut dictum eſt, continuè Sacramentum incenſantibus: interim cantatur Hymnus, *Vexilla Regis prodeunt. Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 6. Gav. loc. cit. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 25. & 26. ex Rubr. Miſſ. ut ſupr.*

Cum ad Altare pervenerint, Subdiaconus Crucis, eam deponit, nàm adeſt iam Crux in Altari inter Candelabra, & in latere Epiſtolæ genuflectit, Ceroferarii etiam deponunt Candelabra ſuper credentiam, & genuflectunt, Baldachinum quoque a deputatis, ut ſuprà, aſportabitur, Clerus verò in plano Capellæ circumdat Altare genibus flexis, ſimiliter omnes alii ſuis locis. *Cer. Ord. Min. loc. cit. n. 7 & Gav. ut ſup.*

Cum verò Celebrans antè infimum gradum pervenerit, ſtans, ſiſtet ſe, & interim Diaconus genuflexus accipit Calicem de manu ejus, amotis priùs veli extremitatibus, & deponit ſuper Altare, ideſt ſuper Corporale extenſo, genuflectit, & deſcendit; Subdiaconus verò acceptum velum ex humeris Celebrantis Acolytho ſuper Credentiam reponendum porrigit, & redevnte Diacono, Celebrans ſurgens imponit incenſum, mox genuflexus triplici ductu Sacramentum incenſat cum profunda inclinatione

tione antè, & poſt, deindè reliqua proſequitur, ut in Miſſali, & ut ſuo loco notatur. *Cær. Ord. Min. ut ſup. & Gav. loc. cit. n. 16. ex Cær. Epiſc. & Rubr. Miſſ. &c.*

De Proceſſione in Feſto S. Marci, &c. Cap. V.

CLerus, & populus, hora ſtatuta, mane in Eccleſia congregati, omnes contrito, & humili corde Devm, flexis genibus, pauliſpèr præcentur. Sacerdos Pluviali, cùm Miniſtris, uel ſaltèm Superpelliceo, & Stola violacei coloris ſit indutus: (cuius coloris habitu in reliquis Proceſſionibus sẽper utatur, præterquàm in Proceſſionibus Corporis Chriſti, & quæ fiunt Solemnibus diebus, vel in Gratiarum actione: quibus diebus utitur colore propriæ Solemnitati congruenti) Cæteri verò Sacerdotes, & Clerici Superpelliceis induti, ſequentem Antiphonam ſtantes concinant. Antiph. *Exurge Domine adiuva nos, & libera nos, proptèr nomen tuum.* Pſalm. *Devs aurebus noſtris audivimus: Patres noſtri annuntiauerunt nobis. Gloria, &c.* Reperitur Antiph. *Exurge Domine, &c.*

Deindè genuflectant omnes, & duo Clerici antè Altare majus genuflexi, deuotè Litanias cantare incipiant, cæteris eadem voce reſpondentibus. Cùm autèm cantatum erit. *Sancta Maria Ora pro nobis*; Surgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litaniaſque proſequentes, præcedente Cruce, & ſequente Clero, ultimo loco Sacerdos

cerdos paratus, ut ſup. dictum eſt, cùm Miniſtris, provt res, vel locus poſtulet; Sacris veſtibus indutis.

Si proceſſio ſit longior, vel repetantur Litaniæ, vel Litaniis abſolutis uſquè ad præces excluſivè, dicantur aliqui Pſalmi, ex *Pæn.* ſeù *Grad.* Hymni verò, vel Cantica lætitiæ in iis, vel in Rogationibus, aut aliis pænitentiæ cauſa inſtitutis Proceſſionibus, non dicatur.

Præter nomina Sanctorum, quæ ſunt in Breviario Romano, non licèt alia ſuperaddere, licet ſancti ſint Eccleſiæ Patroni, aut titulares. *Sac. Cong. Rit.* 22. *Martij* 1631.

Si ad unam, vel plures Eccleſias in via ſit divertendum, ingreſſi Eccleſiam, intermiſſiſque Litaniis, vel Pſalmis, cantatur Antiph. cum versù, & oratione S. Patroni illius Eccleſiæ. Deindè egredientes, reſumptis præcibus, eodem ordine procedunt uſquè ad Eccleſiam, ubi cum Præcibus, & orationibus omnibus Proceſſio terminatur; ut in fine *Breuiarii Romani poſt Pſalm. Pænit.*

In Litaniis minoribus Rogationum ſerventur omnia, ut ſuprà in Litaniis majoribus. *Ritual. Rom. Paul. V.*

Qui non interſunt litaniis Clerici debent eas recitare privatim poſt *Laudes, & flexis genibus*, ob mærorem quem color violacevs repræſentat. *Bauldr. p.* 4. *cap.* 12.

Notationes.

Litaniæ non dicuntur minores, aut majores, quia integrè repetantur, vel non repe-

repetantur à Choro, ſed quia majores, ut in feſto *Sancti Marci*, in maiori loco, ſcilicet *Romæ*, & à maiori, ideſt à *Magno Gregorio*, & prò magno, & grauiſſimo morbo inventæ ſunt: Minores autem, ut in Rogationibus, in minori loco, ſcilicet *Vienna*, & à minori ideſt à *ſimplici Epiſcopo* propter peſtem, & terremotus ordinatæ ſunt, & poſteà ceſſante periculo per Eccleſiam confirmatæ. *Durand. lib. 6. cap. 11. n. 4. pag. 389.*

In Litaniis Maioribus, ut in feſto *S. Marc.* alicubi, Chorus repetit, quæ Cantores integrè dicunt, ut in Sabbato Sancto, & Vigilia Pentecoſtes, qua in re ſtandum erit locorum conſuetudini, & in longioribus Proceſſionibus. *Gav. in epit. tract. 1. par. 4. tit. 18. in append. tit. 4. n. 6.*

Litaniæ minores, quæ dicuntur in Proceſſionibus Rogationum, & in Pœnitentialibus Pſal. in Choro, non integrè dicuntur à Cantoribus, ſed alternatim, ſcilicet, Choro reſpondente *ora pro nobis*: quod idem ſeruandum eſt in Litaniis majoribus in Feſto *S. Marci*, ut patet in *Rit. Rom. Paul. V. Gav. ut ſup.*

Litaniæ verò majores in Sabbato S. & vigilia Pentecoſtes, integrè dicuntur à Cantoribus, eaſque Chorus integrè repetit. *Rub. Miſſ. Sabb. S. vig. Pent. & Gav. loc. ſup. cit.*

In Proceſſione procedet Subdiaconus cũ Cruce Alba, & Tunicella violacea indutus, medivs inter Ceroferarios cum candelabris præcedente Thuriferario cum Thuribulo fumigante: ultimò Celebrans cum Pluviali

li habens Diaconum à ſiniſtris. *Beavv. in Cær. Eccl. p.* 3. *cap.* 10.

De Proceſſione Cordigerorum Ordinis Minor. S. Franciſci. Cap. VI.

DE Proceſſione Cordigerorum, ſemel quolibet Menſe, die Dominico celebranda, illud tantum videtur dicendum, quod in ea cantetur Hymnus *Devs morum, &c.* & ſi longior fuerit via, verſus repetantur quoties opus fuerit, & ſemper ad Altare *S. Franciſci* terminetur Proceſſio, ſiuè antè Miſſam, ſivè poſt, aut poſt veſperas fiat. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 14. *n.* 1.

Cum autèm ad prædictum Altare pervenerint Fratres, omnes ordinatè ſuo loco genuflectent, & à Vicario Chori, ſeù à Cantoribus intonabitur Antiphona: *Salue Sanctæ Pater, &c.* & in fine Cantores duo ſolitum verſum cantabunt. *Ora pro nobis B. P. Franciſce,* ℞. *Vt digni, &c.* tum Sacerdos dicet orationem, *Devs qui Eccleſiam tuam B. Patris Franciſci, &c.* cum *long. Concluſ.* ℞. *Amen* dicet *Dominus vobiſcum*, & ℞. & *cum ſpiritu tuo*, cantores intonabunt ſolemniter *Benedicamus Domino, &c.*

Interim Sacerdos aſcendet ad Altare, & facta debita reverentia, accipiet Reliquiam, quam geſtavit in Proceſſione, (quæ erit de Divo Franciſco, vel alia authentica cum velo ſuperpoſito à parte poſteriori) & in medio Altaris vertet ſe ad populum, tum intonato à Cantoribus Pſal. *Laudate Dominum*

Digitized by Google

num omnes gentes, *&c.* omnes redibunt in Sacriſtiam ordine, quo venerunt.

Si autem ſit conſuetudo, ut Reliquia oſculetur à populo, poterit retineri, & tunc remanebit Sacerdos cum Miniſtris ad Altare, &c. organo interim reſonante, ſi adſit, uſque ad finem, qua ab omnibus oſculata, ad Sacriſtiam cum Miniſtris revertetur.

Ubi tandem fieri ſolet Proceſſio Generalis eorumdem Cordigerorum ſemel in anno, eà ſolemnitate celebretur, quam poſtulat conſuetudo locorum. *Cær. Ord. ut ſup.*

Sacerdos non benedicit populum cum Reliquia, quia regulariter populus cum ſolo Sacramento benedicitur. *Tonel. lib.* 3. *cap.* 2. §. 4. *n.* 6.

De receptione Prælati in loco ſuæ Iuriſdictionis, Principis, ſeù Principiſſæ. Cap. VII.

SI Cardinalis, Patriarcha, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus ad aliquam ex noſtris Eccleſiis venerint, quæ in loco eorum Reſidentiæ, vel Iuriſdictionis ſit, Altare paramentis coloris tempore congruentis decentèr ornetur; Suprà verò Altare ſex cerei accendantur; antè Altare in plano intrà Presbyterium ſit aliquod genuflexorium cùm ſuo tapete, & pulvinis. *Cær. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 15. *n.* 1.

Superior localis, aùt alius Pater parabitur Pluviali albo ſupèr ſuperpelliceum, & Amictum, vel ſaltem ſuperpelliceo; Acolythus ſimilitèr erit indutus Superpelliceo, quicum

vaſe

vaſe aquæ benedictæ propè Superiorem à ſiniſtris ejus à tergo ſe ſiſtet, & cùm aliis Fratribus ad fores Eccleſiæ expectabunt. *Id. Cær. ut ſup. n. 2. & Beavv. in Cær. Eccl.*

Cùm venerit Prælatus, Aſperſorium cùm oſculis, & debitis reverentiis Prælato ipſe Superior porriget, omneſque Fratres hinc, indè in duas alas iàm conſtituti, cùm debitis, ac profundis inclinationibus eum recipient, & ordinatè ad Altare procedent, ultimus autèm omnium propè Prælatum erit Suprior loci, &c. organo interim reſonante, &c. ubi verò ante Altare perventum fuerit, omnes hinc inde medium habentes Prælatum genuflexi cùm eo orabunt; qui ſi celebrare volverit, præparatis ſuprà Altare paramentis, & aliis neceſſariis ſuper Credentiã, miniſtrabitur ei, proùt opus fuerit. Quòd ſi ſolemniter venerit, ac cum Pontificali apparatu, pulſabuntur campanę, uſquedùm Eccleſiam intraverit, *ex Cærem. Ord. Min. ut ſup. & ex Beavv. ut ſup.*

Cùm verò Prælatus volverit recedere, Superior loci, ut ſuprà cùm Fratribus deducent eum uſquè ad fores Eccleſiæ, vel Conventus, ſi ad Conventum acceſſerit. *Cær. Ord. ſup. cit. n. 3. & Beavv. ut ſup.*

Si Prælatus in loco ſuæ Diæceſis, ac Iuriſdictionis, prò concione audienda acceſſerit ad Eccleſias noſtras, Baldachinum ei paretur (ſi illud ipſe volverit) à latere Evangelii, vel è conſpectu Prædicatoris, aùt in alio loco congruo, proùt Eccleſiæ ſtructura poſtulaverit; quòd ſi volverit Miſſam auſcultare

auſcultare, obſerventur, quæ ſupra de Miſſa coram Prælatis ſunt adnotata. *Beavv. & Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 4.

Quando verò aliquis Magnus Princeps, vel Principiſſa in locis ſuæ Ditionis accedēt ad Eccleſias Noſtras paratis Cuſſinis, & genuflexorio, iuxtà conſuetudinem loci, Superior, miniſtrante Acolytho vaſe aquæ benedictæ, aſtantibus etiàm aliis Fratribus, eum, vel eam excipiat in ipſo ingreſſu ad Eccleſiam oportunis exhibitis inclinationibus, & cùm voluerit egredi, ſimilitèr proſequatur eum, vel eam ad januam Eccleſiæ; & ſi voluerit Miſſæ intereſſe obſervabitur, quòd ſuprà fuit traditum in Miſſa coram Principibus, & ſi in Miſſis, aut veſperis ſolemnibus aderit, idem obſervabitur, quod ſuis locis dictum eſt. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 5. *& ex Beavv. loc. cit.*

De Receptione Cleri, vel alii ordinis, &c. ad noſtras Eccleſias Proceſſionaliter venientis. Cap. VIII.

SI Clerus, vel aliùs ordo ad Eccleſias noſtras Proceſſionaliter venerit, accenduntur in Altari candelæ in ſufficienti numero, & pulſantur campanæ, & organa, & aliquis propè labrum, ſeù vas aquæ benedictæ in ingreſſu Eccleſiæ poſitum ſtat cùm Aſperſorio, ſingillatim Clerum aſpergendo, tranſeunte verò Epiſcopo Aſperſorivm porriget cum debitis oſculis. & inclinationibus: atquè etiàm decens erit, ſi terminetur Proceſſio in

Eccleſiis noſtris, quod Epiſcopum, ſeù Capitulum, vel Vicarium Generalem, aliqui Patres ex antiquioribus, & dignioribus reverenter recipiant. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 13. n. 8. & Beavv. ut ſup.*

Si verò ſit Proceſſio Corporis Chriſti, quę antè Eccleſias noſtras tranſeat, convenit, ut præter alios conſuetos apparatus, etiàm Altare conſtruatur. *Cærem. Ord. ut ſup. num. 9.*

Nota, quòd in receptione Prælati, Cleri, &c. ut ſuprà attendenda eſt conſuetudo loci, ad removenda inconvenientia, tàm ex una, quàm altera parte, cum regularitèr, quòd ſuprà notatum eſt, à Regularibus fiat tantùm honoris gratia, *ut deducitur ex Ceſpedeſ. tract. de exempt. Regul. dub. 220. cap. 13.*

De Receptione Solemni Miniſtri Generalis, & Provincialis Ord. Min. Cap. IX.

CVM primùm Miniſter Generalis ad aliquem Conventum acceſſerit, Solēnitèr erit recipiendus, & tunc Tapetum in primis cum ſuo pulvino ad januam Eccleſiæ in ipſo ferè veſtibulo præparabitur; Antè Altare majus erit genuflexorium ſimilitèr panno aliquo, ſivè altero Tapeto coopertum cũ cuſſinis; Ad cornu Evangelii ſedes aliqua reclinatoria; In Altari ſuper Candelabris *Sex* candelæ albæ: Burſa cùm Corporali intus, Patena cùm purificatorio, & in Credentia pelvicula cùm ampulla aquæ, & manutergio; Is, cui id commiſerit Superior localis,

localis, parabitur Pluviali albo ſuper cottam, & Amictum; Acolythus, & duo Ceroferarii, ſimiliter præſtò aderunt, & fratres omnes, dato ſigno, in Sacriſtia congregabuntur. *Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 16. n. 1.*

Cū propè Eccleſiam fuerit P. Generalis, campanis, &. organis ſolemniter tactis, & candelis ſuper Altare accenſis, antè illius acceſſum, ad Eccleſiæ januam erit procedendum, Acolythus aquàm benedictam cum Aſperſorio deferet, Ceroferarii Candelabra cùm candelis accenſis habebunt, medivm tenentes Cruciferum jàm Pluviali paratum, Crucem ſine haſta geſtantem, (ſed ſi extrà Eccleſiam ſit procedēdum Proceſſionaliter, Alter deferet Crucem cùm haſta, & velo,) & deindè omnes Fratres ordine ſuo ad januã Eccleſiæ intrà ipſam Eccleſiam in duas alas conſtituentur. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. n. 2.*

Decet quidem intervenire etiàm Patres Dominicanos (tamquàm in plus cæteris cõmunicantes cum noſtro ordine Seraphico, ut patet in ordinis utriuſque Patriarchis) ſi conventus habeant, quòd ſi fiat, hoc ordine inſtituatur Proceſſio: omnes incedant commixtim, unus ſcilicet ex noſtris, & alter ex Dominicanis, ità tamèn, ut hi teneant manum dexteram.

Cum venerit P. Generalis, omnes ei inclinationem facient, & tùnc Superior loci Aſperſorium accipiens ab Acolytho, qui tradet ſine oſculis, porrigit illud Provinciali pariter ſine oſculis, & Provincialis P. Generali cùm oſculis, & Aſperſorii, & manus

 antè,

antè, & poſt, qui P. Generalis ſeipſum, & alios aſpergit, & Aſperſorium reddit.

Deindè Cruciferus Crucem illi ad cuſſinum genuflexo adorandam offert, nullam tamèn ei tunc inclinationem faciẽs; ſed poſt quàm P. Generalis illam adorauerit, illi ſe inclinabit, & ſtatim cum Ceroferariis recedet, & hoc iuxtà antiquvm Religionis uſum: Sed rectiùs fiet, ſi P. Generalis privs Crucem adoret, (eam devotè oſculando) per Guardianum Pluviali paratum oblatam, & ſtatim Cruce Crucifero cotta induto reddita: mox incenſum de more miniſtratũ benedicat, tum aſpergat ut ſuprà, Aſperſorivm porrigente Guardiano, à quo deindè incenſetur, & verſ. & orat. ad Altare, cantet idem Guardianus. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 3.*

Poſt adorationem Crucis, Vicarius Chori intonat Antiphonam: *Salue Sancte Pater, &c.* qua finita, dicitur *Te Devm laudamus*, &c. & dum cantatur, proceſſionalitèr ad Altare procedunt omnes, & propè illud cùm pervenerint, in duas alas hìnc indè ſe diſtribuvnt; P. autem Generalis in genuflexorio aliquantiſper orat; qui verò Crucem ferebat, ad Altare accedens, ea depoſità in cornu Epiſtolæ, extrà Altare tamen, dextrùm brachium verſus Altàre, & ſiniſtrum versùs populum habens, librum autem ſuper Altare tenens ſtat, & cantufinito cum organo (ſi motecta aliqua fortè decantata fuerint) aliquantulum ad Patrem Generalem conversùs, Verſiculos ſequentes cantabit. *Ora*

pro

Digitized by Google

pro nobis B. P. Franciſce ℟. *Vt digni, &c.* ℣. *Domine exaudi, &c.* ℟. *Et clamor meus, &c.* ℣. *Dominus vobiſcum, &c.* ℟. *Et cum ſpiritu tuo*, & accedens ad librum, dicit *Oremus*, & orationem: *Deus qui Eccleſiam tuam B. P. Franciſci, &c.* cum parva concluſione: *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* ℟. Amen. *Id. Cær. loc. ſup. cit. num.* 4. Quo facto, P. Generalis ſurgens; Ad Altare accedit, ubi ſtola alba ad collum ejus ponitur; interim verò deputatus ad Communionem, vel Sacriſta preſtò aderit ſuperpelliceo, & Stola indutus, & Cuſtodiam Sanctiſſimi Sacramenti aperit, Piixdemque ſuper Altare ponit, explicàto jàm corporali, & ſuper eo Patena poſita: interim Thuriferarius adeſt, & genuflectunt omnes; deindè ſurgens P. Generalis, ſtans, incenſum in thuribulum ſine benedictione, & oſculis imponit, & genuflexus ter incenſat Sacramentum cum profunda inclinatione antè, & poſt, intonante interea Vicario Chori: *Tantum ergò Sacramentum, &c.* tùm P. Gener. ſurgens, illud viſitat; non tangit autem, niſi neceſſitas urgeat, & tunc purificetur de more; viſitatione verò facta SS. Sacramenti, itèrùm incenſum imponit, ut ſuprà, & incenſat, & cantatur *Genitori, genitoque, &c.* deindè duo ex junioribus cantabunt verſū: *Panem de Cælo, &c.* ℟. *Omne delectamentum, &c.* & deputatus ſtando ſubjungat: *Dominus vobiſcum, Oremus*, & orationem: *Deus qui nobis ſub Sacramento, &c.* cum parua concluſione, *Qui vivis, & regnas per omnia*

ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen*. Deindè P. Generalis cum Sacramento adſtantes benedicit, nihil dicens, juxtà morem ſolitum. *Cær. Ord. ut ſup. n. 5.*

His abſolutis,, ſtolam deponit, &c. & retrahit ſe extrà planum Capellæ, ubi Fratribus hinc indè adſtantibus, & alternatim reſpondentibus incipit Antiph. *Si iniquitates*, & Pſalm. *De profundis*, *&c.* quo finito cum *Pater noſter*, & ſuis *verſiculis* ſolitis, Aſperſione facta, ſubiungit oratio *Deus veniæ*, *&c.*

Poſtmodum redit ád Altare, cui facta debita reverentia, in ſede ibi ad cornu Evangelii parata ſedet, & Provincialis primus, ſi adſit, alioquin digniores, poſteà minus digni, deinceps ad obedientiam oſculo manus præſtandam, Provincialis quidem inclinatione, cæteri verò genuflexione exhibita, accedent omnes; Deniquè ſurgens à ſede, præmiſſa brevi oratione, & convenienti reverentia Altari, Conuentum intrabit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 6. & Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 2.* In Receptione verò Provincialis, hæc eadem obſervantur, ut ſuprà, excepta Crucis adoratione, & cantu Antiphonæ *Salue Sancte Pater*, *&c.* & obedientiæ publica demoſtratione *Cærem. Ord. Min. vbi ſup. nu. 7.*

* * *

SA-

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA.

De notabilibus particularibus in Miſſis Solemnibus, privatis, votivis, feriarum, & vigiliarum: Item de Benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, &c.

LIBER SEPTIMUS.

De Nonnullis obſervationibus circa Miſſarum Celebrationem. Cap. I.

IN Feriis Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, ſi Duplex, vel Semiduplex, vel dies Feſti habentis octavam occurrat, in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Miſſæ, una de feſto poſt *Tertiam*, alia de Feria poſt *Nonam*, ut patet in *Rubr. Gen. Miſſ.* 3. *num.* 1. Sed hoc intelligitur ſolum, ſi fiat officium diei octavæ, non verò infrà octavam; ut declaratum eſt à *Sac. Rit. Congr. Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *num.* 1.

In Vigiliis autem, & Feriis Q. Temporum, vel Feria ſecunda Rogationum, quæ veniunt infrà octavam, Miſſa dicitur de Vigilia, vel Feriis ſupradictis cum commemoratione octavæ: præterquàm infrà octavam Corporis Chriſti, in qua in Eccleſiis

Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Miſſæ, una de octava poſt *Tertiam*, alia de Vigilia poſt *Nonam*: in Miſſis autem privatis dicitur Miſſa de octava cum commemoratione Vigiliæ; Si autem in die Vigiliæ, vel prædictis Feriis, fiat officium de aliquo Feſto, tùnc dicitur Miſſa de Feſto cum commemoratione octavæ, & Vigiliæ, vel feriarum prædictarum, ut clarè conſtat in *Rub. Miſſ. ſup. cit. num.* 2. *Gav. loc. ſup. cit. nu.* 2. *&* 3. *& Tonel. in Sacr. Ench. lib.* 2. *cap. unic. num.* 30.

Si Vigilia occurrat in die alicujus feſti ex majoribus primæ claſſis, in Miſſa non fit commemoratio de ea, ſicut nec in officio. *Rubr. Miſſ. loc. cit.*

Miſſa Vigiliæ in Adventu occurrentis dicitur cum commemorat. Feriæ Adventus, licèt de eà non ſit factum officium: vigilia Nativitatis excepta. *Rub. Miſſ. cit. num.* 4.

Si in Quatuor Temporibus, & Quadrageſima occurrat vigilia, dicatur Miſſa de feria cum commemoratione vigiliæ. *Rub. Miſſ. ut ſup. num.* 5.

In Feriis Adventus, quandò repetitur Miſſa Dominicæ; poſt Graduale omittitur *Alleluja*, cum *verſu*, & à Septuageſima ad feriam 4. Cinerum omittitur *Tractus*, ut ſuis locis notatur, & patet in *Rubr. Gen. Miſſ.* 10. *n.* 4. *&* 5.

Notandum eſt, quòd in Feriis Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, & Vigiliarũ, ſi Duplex, aut Semiduplex Feſtum, vel dies octavę occurrat in Eccleſiis Cathedralibus

&

& Collegiatis, cantantur duæ Miſſæ, ſed ambæ cantari debent Choro præſente, nec ſufficit, ſi alterà dicatùr priuatim abſente Choro, nec poteſt omitti altera ex duobus cantandis ob celebrationem Capituli Canonicorum, neque etiam ex neceſſaria negotiorum cauſa, & Capitulari. &c. quod ità ſtrictè obſeruandum cenſuit. *Srcr. Rit. Congr. die* 16. *Maii* 1626. *&* *die* 16. *Januar.* 1627. Sed *Rubr. &c.* non obligat *Collegiatas Regularium*, ubi nulli ſunt Canonici, ſed *Collegiatas tantum Canonicorum. Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 3. *Append.* 1. *num.* 7.

Notandum inſupèr, quòd, quandò præſcribuntur duæ Miſſæ cantandæ, una de feſto, alia de feria, ſi in officio facta fuerit, aliqua commemoratio de ſimplici, aùt de die infrà octavam, fiet etiam in Miſſa de feria: Si verò facienda ſit commemoratio feriæ, aut Vigiliæ, fiet in Miſſa de feria, & non in Miſſa de Sancto. *Gav. ut ſup. p.* 1. *tit.* 7. *num.* 4. *& Tonel. lib.* 1. *cap.* 3. §. 12. *n.* 14 *&* 15.

In Vigilia Aſcenſionis in Cathedralibus cantantur duæ Miſſæ, de Vigilia, & de Rogationibus, quòd ſi occurrat feſtum 9. lect. cantari debent tres, de feſto poſt *Tertiam*, de vig. poſt *Sext.* quia non jejunatur, & de Rogationibus poſt *Nonam. Gav. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 15. *num.* 8.

Si Vig. Nat. Domini venerit in Dominica 4. ejus Evangelium non legitur in fine Miſſæ vig. tum quia ſufficienter lectum in Sabbato præcedenti, tùm quia non fuit lectum in officio. *Rubr. Miſſ. Dom.* 4. *Adu.*

Si Vig. Nat. Dom. venerit ut ſup. in Dom. Miſſa cantanda erit poſt Aquæ benedictæ aſperſionem; quia eo die non jeiunatur; ſi verò aliis diebus infrà Hebdomadam, Miſſa dicitur poſt *Nonam. Gav. p.* 4. *tit.* 3. *ex Rubr.*

Si Feſtum Annuntiationis B. M. Virg. in eos dies incidat, qui ocurrunt à Dominica Palmarum, uſquè ad Feriam 3. Paſchatis incluſivè, quamvis in antiquis Rubricis generalibus, ratione tituli Eccleſiæ, vel concurſus populi, cōcedatur poſſe cantari aliam Miſſam de Feſto, ultrà Miſſam correſpondentem officio, tamen, ex nova Rubrica in recognitione Miſſalis ibidem poſita, non poteſt cantari Miſſa de B. Virg. in iis diebus; in aliis autem feriis Quadrageſimæ poterit cantari ſinè commemoratione feriæ, & in ejus fine legitur Evangelium S. Joannis: quod ſemper obſeruatur in Miſſa de feſto diſtincta à Miſſa de feria maiori, quandò ambæ cantantur, &c. *Gav. p.* 4. *tit.* 15. *n.* 4.

Si autem hoc Feſtum incidat in Paraſceve, non tenentur Fideles ad Miſſam audiendam: *ità Sacr. Rit. Congr.* 9. *Maii* 1606. *&* 19. *Febr.* 1622. neque in eadem die diſtribuenda eſt Euchariſtia aliis, quàm infirmis, etiàm ratione feſti. *Sacr. Congr. loc. cit. Gav. p.* 4. *tit.* 9. *num.* 24. *& tit.* 10. *num.* 29. *& Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 5.

Ubi celebratur Feſtum *SS. Roſarii ex Decr. Greg. XIII.* (nempè in iis locis, ubi adeſt Capella, aut *Altare Roſarii*) nè dicatur Miſſa, quæ nomine *Roſarii* circumfertur, conceſſa tantùm ordini Prædicatorum; & aliis pro-

prohibita *ex Decr. Sac. Cong.* 25. *Jun.* 1622. Sed dicatur Miſſa, & officium, ut in feſto *S. Mariæ ad Nives*, vel ut in die *Nat. ejuſdem*, mutatis verbis incongruis, nimirum dicẽdo loco, *Nativitatis*, *Feſtivitatis*. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 6.

Poteſt dici Miſſa de *Sancto*, cujus memoria eo die in Martyrologio notatur, quamvis de eo nulla fiat commemoratio, & dicitur cùm *Gloria in excelſis Cærem. Ord. Min. cap.* 19. *num.* 14.

Capellani Monialivm poſſunt dicere Miſſam de *Sancto*, de quo fit *officium* à Monialibus, ſed cùm *Miſſali Romano*, ut in proprio vel in communi Sanctorum. *Sac. Cong.* 20. *Nov.* 1628. *Gav. p.* 3. *tit.* 10. *n.* 20.

Si verò nulla ſit Miſſa in *Miſſali Rom.* quæ concordet cùm officio Monialium, ut de *Nomine Jeſu*, (quæ apud nos habemus) de *Spinea Corona*, & ſimilibus, eo caſu Miſſam de *Circumciſione Domini*, ſeù Miſſam *de Cruce*, vel *Paſſione* recitare poterunt. *Gav. ut ſup.*

Miſſæ certis Regularibus conceſſæ tantũ, puta dè Sanctis Ordinis eorum, aùt aliis, quæ non habentur in *Miſſ. Rom.* non poſſunt ab aliis dici, nec etiàm in ipſorummet Regularium Eccleſiis. *Sacr. Congr.* 19. *Nov.* 1622. & 1628.

In Altari privati Oratorii, cui conceditur, *ex privil. Apoſt.* celebratio Miſſæ, exceptis ſolemnioribus feſtis, non poteſt celebrari in *Nat. Domini*, *Epiphania*, *Paſchate*, *Pentecoſte*, *Annunciatione*, *Aſſumptione B. M. Virg.* *Feſto SS. Apoſt. Petri*, & *Pauli*, & *omnium*

Sanctorum, *ex Decr. Sac. Cong.* 17. *Nov.* 1607. Nomine verò *Paſchatis*, & *Pentecoſtes*, intelligitur *prima tantum dies*. *Gav. in Ep. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 20. *n.* 15. *Tonel. lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *n.* 4. & 5. & *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 2.

Si quis adderet, vel detraheret ex cæremoniis, etiam devotionis cauſa; præſumens id eſſe melius, tunc peccaret mortaliter: quia in *Bulla Pii V.* dicitur, ne præſumant. *Mol. de Inſtr. Sacer. tract.* 3. *cap.* 11. §. *ult* & *Gav. ut ſup. p.* 3. *tit.* 10. *n.* 21.

Si inchoata Miſſa veniat Epiſcopus, vel eo major aut Princeps, vel ſimilis, neque alia Miſſa celebrari poſſit, ſi antè conſecrationem veniant, poterit Miſſa repeti à capite; quod idem poterit fieri etiam ultrà primam vicem, ſi major cauſa ſuperveniat. *Gav. loc. ſup. cit. n.* 22.

Miſſa poteſt interrumpi, & diſcontinuari ob aliquam cauſam, puta Concione, publicatione Edictorum, quæ fiunt à Parochis, vel ad Confeſſionem audiendam muribundi, cuſtodita, ſi opus ſit, interim ab alio Euchariſtia; vel ad ungendum infirmùm, cui nullum aliud Sacramentum miniſtrari poteſt; non autem interrumpi debet, ut Sacerdos audiat apud Altare, etiam brevem Confeſſionem alicujus communicaturi. *Gav. ut ſup. n.* 23.

In Miſſis privatis, niſi aliud exigat ratio feſti, non convenit accendere quatuor candelas in Altari, ne quidem Vicariis Generalibus, licet ſint Protonotarii, ſicut nec eiſdem miniſtrari duobus Capellanis. *Ità decrevit Sacr. Rit. Congr.* 7. *Aug.* 1627. Quod

Quod apud nos, ut ſup. reſpectivè obſervandum erit.

In Nocte *Nat. Dom.* omnes tres Miſſæ privatæ ſimul poſſunt celebrari ſtatim a media nocte, quia illa nox prò die ab Eccleſia reputatur. *Gav.loc.cit.Pollac.ut ſup.n.14. Tonel. lib.1. cap.2.§.1.n.12. & 4. Dian. Laym. Vaſquez. Suar. Delug. & alii cit. à Paſqualig. quæſt. 404. n. 3.*

Qui in *Nativit. Dom.* unam tantum dicit Miſſam, *tertiam* dicere debet, cujus oratio concordat cum officiò. *Gav. loc. ſup. cit.*

Sed juxtà *Dian.* qui unam tantum Miſſam velit celebrare, ſivè in noctè, ſivè in die, poteſt dicere quam velit ex tribus. *Ledeſ. & Enchar. Dian. in ſum. de Cel. Miſſ. num. 4. pag. 120.*

Prima Miſſa non poteſt dici ſeparatim ab aliis de noctè, niſi cum Matutino Solemniter de more cantato. *Gav. ut ſup.*

De Feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, & Benedictione, ac diſtributione Candelarum. Cap. II.

SI hoc Feſtum venerit in Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, vel Quinquageſimæ, fit tantùm Benedictio, & Candelarum diſtributio, facta priùs Aſperſione aquæ benedictæ, antequàm Celebrans aſcendat ad Altare; & Miſſa dicitur de Dominica, niſi Eccleſia dicata ſit in honorem *B. M. Virg.* (quòd intelligitur de quacunque Eccleſia de quocumque titulo in honorem

B. Vir-

Digitized by Google

B. Virginis) de qua eo caſu erit Miſſa cantanda: cantata altera de Dominica. *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 14. *n.* 2.

Paretur Altare colore violaceo, ſed Pallium violaceum ità accomodetur ſupèr album, ut facilè antè Miſſam demoveri poſſit, ſi cantanda ſit Miſſa de B. Virg. ut dictum eſt. *Gav. loc. cit. n.* 1. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 20. *n.* 2. *& Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 16.

Præparanda igitùr erit Candelarum ceræ albæ ea copia, quæ ſufficiens videbitur prò Eccleſiæ qualitate, Patrum, aliorumque juxta conſuetudinem loci. *Cær. Epiſc. loc. cit.*

Candelæ benendicendę collocētur in cornu Epiſtolæ ſuper aliqua parva menſa, & ibidem ponatur vas cùm aqua benedicta, & aſperſorio, ac thuribulum cùm navicula, & incenſo. *Gav. ut ſup. n.* 3. *Alcocer. tract.* 4. *Cęr. Ord. Min. & Cær. Epiſc. lib. cit. cap.* 17.

Poterunt etiàm candelæ collocari in medio antè Altare, ut in *Rubr. Miſſ.* vel ad cornu Epiſtolæ intèr Miſſale, & cornu, aùt propè Candelabra. *Gav. loc. ſup. cit. & tit.* 6. *n.* 3.

Ponantur etiàm ſuper Menſam vaſa prò abluendis manibus, & mappa pro abſterſione manum Celebrantis, qui diſtributis candelis, antequàm dicat orationem, eas ablure debet in angulo Altaris ad cornu Epiſtolæ *Cær. Ord. Min. p. cit. cap.* 21. *n.* 2. *& Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 16.

Ponatur tandem Miſſale apertum in cornu Epiſtolæ ſupèr Altare *Gav. ſup. loc. cit. tit.* 14. *n.* 3. *Alcoc. ut ſup. & Cærem. Ord. Min. p. cit. cap.* 10. *n.* 3.

Hora

Hora competenti, idèſt dicta *Hora Tertiæ* Sacerdos indutus Pluviali violaceo, vel ſinè Caſula, cùm Miniſtris indutis Albis ſinè Dalmaticis, ſinè manipulis, at in præcipuis Eccleſiis cum Planetis plicatis antè pectus, procedit ad Altare medius jntèr Miniſtros fimbrias Pluvialis elevantes, præcedentibus Acolythis cùm Candelabris, & candelis. *Cer. Ord. Min. p. 2. cap* 20. *n.* 4. *&* 8. *& cap.* 21. *n.* 4. & 6. *& Cerem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 16. *&* 17.

Cùm verò pervenerint ad gradus, facta debita reverẽtia Altari, Acolythi deponunt candelabra ſupèr Credentiam! tùm Sacerdos cùm Miniſtris, ſalutatis hinc indè Patribus, ſi adſint, aſcendit ad Altare, & ipſe oſculato priùs in medio, accedit ad librum in cornu Epiſtolæ: ubi ſtans inter utrumque Miniſtrum (quòd debet ſempèr ſervari, quãdocùmque eſt cùm Pluviali) versùs ad Altare, & non ad populum, manibus junctis, quas non deducit, ſed junctas tenet, etiàm ad oremus, & orationes (quòd ſervatur in orationibus omnivm benedictionum quoàd manus junctas,] dicit in tono orationis Miſſæ ferialis; *Dominus vobiſcum*, *&c.* proùt in Miſſali patet. *Cer. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 20. *num.* 4. *cap.* 21. *n.* 7. *& cap.* 22. *n.* 3. *& Cer. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 17.

Quandò autem Sacerdos benedicit manu dextrà Candelas, ponit ſiniſtram ſuper Altare: Diaconus verò interim elevatà dextris fimbriam anteriorem Pluvialis. *Cer.* 7. *Ord. Min. ut ſup. cap.* 20. *n.* 4. *cap.* 21. *n.* 7. *& cap.* 22. *n.* 3. *&*

Circà

Circà finem ultimæ orationis Acolythorum alter accipit de Credentia, vel parva menſa vas aquæ benedictæ, cum aſperſorio, & una cum Thuriferario accedit ad Celebrantem propè Diaconum. *Cær. Ord. Min. loc. cit.*

Finitis orationibus, Celebrans ponit incenſum in Thuribulum, & benedicit more ſolito, miniſtrante Diacono Naviculam, & Thuriferario thuribulum: deindè ab altero ex Acolythis porrecto Aſpergillo Diacono ſinè oſculis, illud Celebranti porrigit cum debitis oſculis, & reverentiis antè, & poſt: Celebrans vero accepto aſperſorio à Diacono, ter aſpergit Candelas, ſcilicet, in medio, à dextris, & à ſiniſtris dicendo ſubmiſſa voce Antiphonam, *Aſperges me, &c.* ſinè cantu, & ſinè Pſalmo; & reddito Aſperſorio, ac accepto thuribulo, ter adolet incenſo eo modo, quo aſperſit nihil dicens: Diaconus autem in aſperſione, & incenſatione elevat à dextris fimbriam Pluvialis. *Gav. p.* 4. *tit.* 6. *n.* 3. *tit.* 7. *n.* 4. *& tit.* 14. *n.* 3. *&* 4. *&c. Alcocer. & Cær. Ord. Min. loc. cit. & cap.* 21. *n.* 9. *&c.*

Completa Benedictione, ut in Miſſali, Celebrans accedet ad medium Altaris, Diacono, & Subdiacono hinc indè comitantibus: tum facta ſimul mediocri inclinatione Cruci, ſtatim convertet ſe ad populum in medio Altaris, remanente Diacono à latere Epiſtolæ, & Subdiacono à latere Evangelii, qui elevabit fimbriam Pluvialis, dum fiet diſtributio Candelarum, Diaconus

verò

Digitized by Google

verò porriget candelas Celebranti, oſculando tantum eas: tum dignior ex Clero, & apud nos Dignior ex Patribus invitatus à Cæremoniario, vel eo abſente à Thuriferario, accedet ad Altare in ſuo habitu Chorali ſinè Stola, ubi facta debita reverentia Altari, & Celebranti, aſcendet ad ſecundum gradum, ſeù viciniorem ſuppedaneo, & ibi ſtans à Sacriſta, vel ab altero ex Acolythis, ſive à Diacono accepta una ex Candelis benedictis, cæteris pulchriore, illam cum debita reverentia tradit Celebranti ſtanti ſuper ſuppedaneo in medio Altaris verſa facie ad populum, cum Miniſtris hinc indè eodem modo converſis, cùm oſculo ipſius Candelæ tantum ab utroque & non manus: dum verò Celebrans illam accipit, non genuflectit, ut patet in Miſſali, ſed acceptam dat alteri ex Acolythis, vel Cæremoniario tenendam, ut faciliùs diſtribuere poſſit Candelas. *Gav. p. 4. tit. 7. num. 5. & tit. 14. num. 4. Cærem. Ord. Min. ut ſup. cap. 20. num. 5. & Cer. Epiſc. lib. 2. cap. 16. & 17.*

Poſteà Celebrans ſtans in medio antè Altare, ut ſup., aperto capite diſtribuit Gandelas, primum Digniori, à quo ipſe acceperat, qui candelam tantum auſculatur, ſicut de Prælatis dicitur, tum facta debita reverentia Altari, & Celebranti, revertetur in Chorum. *Alcocer. tract. 4. pag. 277. & Cær. Epiſc. ut ſup. cap. 17. ex Rubr.*

Deindè accedent Diaconus, & Subdiaconus ſimul, & à parte ſua genuflectent, accipient cum debitis oſculis candelam a

Cele-

Celebrante, tum factis debitis reverentiis, redibunt ad officium ſuum; Poſteà accedent omnes Miniſtri Altaris, & alii Patres, & Fratres per ordinem, ultimò laici ſæculares, omnes genuflectentes, & Candelam, ac manum Celebrantis oſculantes, exceptis Prælatis, ut dicetur, & cum Celebrans inceperit diſtribuere Candelas, à Choro cantatur Antiphona. *Lumen, &c. Rub. Miſſ.*

Aperto capite diſtribuit Celebrans candelas, Cineres, & Ramos, *ex Decr. Sac. Rit. Congr. 18. Iulij 1626. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 21. num.* 11.

Diaconus à ſiniſtris Celebrantis ſtans, miniſtrat ei Candelas; eas tantùm oſculando, depoſita interim ſua ſuper Altare: alter autem Acolythus miniſtrabit Diacono Candelas ſinè oſculis. *Gau. p. 4. tit. 7. n. 5. & Cær. Ord. Min. ut ſup. cap. 22. n. 6.*

Incedent bini, & bini Patres, & Fratres gravi, & decoro inceſſu, ac maxima humilitate, & reverentia ad accipiendam candelam benedictam, cùm debitis reverentiis Altari, & Celebranti ante, & poſt, genuflexi illam recipientes; quam Prælati, & Canonici recipient ſtantes, ſolùmque inclinantes, & candelam deoſculantes. *Gav. ut ſup. tit. 6. n. 5. & tit. 14. nu. 4. Cær. Ord. min. ut ſup. & Cęrem. epiſc. lib. 2. cap. 27.*

Clerus accipit Candelam ad gradus Altaris, ſed populus congruentius recipit extrà gradus ad cancellos. *Gav. loc. cit.*

Poſt diſtributionem Candelarum, Celebrans lavat manus, ut ſup. dictum eſt: deindè

indè dicit orat. ut in Miſſali, accedentibus Acolythis cumCandelabris more ſolito. *Gav. ut ſup. tit. 6. n. 5. & Cær. ep. lib. 2. cap.* 16.

Interim accenditur candela Celebrantis, & pariter omnium aliorum, maximè de Clero, niſi à principio fuiſſent accenſæ, & ordinatur per Cæremoniam Proceſſio circumcircà Eccleſiam, vel aliàs, juxtà ritum Eccleſiarum. *Cær. Epiſc. loc. cit.*

Finita oratione Celebrans ponit incensũ in thuribulum, miniſtrante Diacono, & Thuriferario, &c. cum benedictione de more. *Gav. ut ſup. tit. 7. n. 6. & Cær. Epiſc. loc. cit. ex Rubr.*

In Proceſſione præcedit Thuriferarius cum Thuribulo fumigante, ut quaſi viam ſternat Crucifixo ſequenti, vel quaſi Chriſtus trahat poſt ſe ſequentes in odorem unguentorum ſuorum. *Gav. loc. ſup. cit.*

Advertendum eſt, quod Thuriferarius in tota Proceſſionē neminem thurificare debet, quod eſt intelligendum, etiam de aliis Proceſſionibus. *Alcocer. tract. 4. pag.* 278.

Subdiaconus portans Crucem, non debet eſſe diſtinctus ab eo, qui miniſtrat, ſed ipſemet miniſtraturus Celebranti Crucem deferet medius inter Acolythos cum candelabris, & candelis accenſis. *Gav. ut ſup. & Alcoc. cit. Cær. Ord. min. p. 2. cap. 20. n. 6. & cap. 22. n. 7. & Cær. Epiſc. ut ſup.*

Thuriferarius, Subdiaconus, & duo Acolythi deferentes candelabra, deponunt ſuas candelas, ut facilius geſtent alia, &c. *Gav. loc. ſup. cit.*

In Proceſſione ſequitur Clerus per ordinem, ultimò Celebrans capite cooperto habens Diaconum à ſiniſtris, cum candelis in manibus ſuis tàm Celebrans, quàm Diaconus. *Gav. Cær. Ord. min. p. 2. cap. 22. n. 7. & Cær Epiſc. loc. ſup. cit. ex Rub.*

Poſt Proceſſionem celebratur Miſſa, & candelæ tenentur in manibus accenſæ ad Evangelivm, & ad elevationem uſquè poſt Communionem. *ut patet in Rubr. Miſſal.*

Si autem hoc feſtum venerit in Dom Sept. Sexag. & Quinq. & cantetur Miſſa de Dominica, candelæ non tenentur accenſæ, nec ad Evangelivm, nequè ad elevat. &c. *Gav. ut ſup. tit. 14. n. 10. Cęrem. Ord. Min. p. 2. cap. 20. nmu. 7. & Cęrem. Epiſc. lib. 2. cap. 16.*

A Miniſtris Altaris candelę non tenentur in Miſſa, à Celebrante dum cantatur Evangelivm tantùm. *Gav. loc. cit. n. 7.*

Standum erit à Choro, etiam cum candelis accenſis poſt elevationem, non genuflectendum. *Gav. loc. cit.*

De Benedictione in Miſſa Feria 4. Ciuerum. Cap. III.

QUarta Feria antè primam Dominicam Quadrageſimæ, quæ à Cinerũ Aſperſione, Cinerũ appellatur; quia officiũ. & Miſſa eſt de Feria, Altare, & omnia ſimplicius parantur, quàm in Feſtis Solemnioribus, & nulla paretur Menſa à cornu Epiſtolæ, ut aliàs, ſed tantùm parva Menſula à la-

à latere Evangelii, ubi ponuntur vaſa pro abluendis manibus, cum mica panis, & mappa prò abſterſione manuum Celebrantis, in angulo Altaris diſtributis Cineribus *Cęr. Ord. Min. p. 2. cap. 21. num. 2. & Cęrem. Epiſc. lib. 2. cap. 18.*

Vas cum aqua benedicta, & aſperſorio, ac thuribulum cum Navicula, & incenſo ponentur in angulo Altaris ſuper parva Menſa; vas autem cum Cineribus Mundis, ex Ramis Olivarum, ſivè aliarum arborum benedictis anni præteriti combuſtis, collocabitur ſuper Altare in eodem cornu Epiſtolæ, inter Miſſale, & cornu. *Gav. in Ep. tract. 1. p. 4. tit. 6. n. 2. & 3. & Cęr. Epiſc. lib. 2. cap. 19.*

Cineres debent eſſe aridi, non in modum luti. *Sac. Congr. Rit.* 13. *Maii* 1603. *Gav. ut ſup.*

Finita Nona, Sacerdos indutus Pluviali violaceo, cum Miniſtris indutis Planetis plicatis antè pectus, ſivè in Albis, procedit ad Altare ad benedicendum Cineres medius intèr Miniſtros, præcedentibus Acolythis cùm Candelabris, & candelis accenſis: ubi cùm pervenerit, facta Altari debita reverentia, aſcendit ad ejus medium, quo oſculato, accedit cùm Miniſtris ad cornu Epiſtolæ, & ibidem ſtãs verſus Altare, medius intèr ipſos hinc indè aſſiſtentes benedicit Cineres, dicens; *Dominus vobiſcum, oremus*; & *Orationes manibus junctis*: poſteà impoſito incenſo in thuribulo, ter aſpergit Cineres aqua benedicta, dicendo Antiphonam, *Aſperges*

perges &c. ſinè cantu, & ſinè Pſalmo, & ter adolet incenſo, prout in *Miſſale* eodem ritu, quo dictum eſt ſuprà de candelis, quià ſunt communia huic Benedictioni, ideò de Miniſtris aliqua prætermiſſa ſunt, nè eadem fruſtra repetantur. *Gav. loc. cit. tit. 7. nu. 2. 3. & 4. & 14. n. 3. Car. Ord. Min. ut ſup. nu. 7. 8. & 9. & Cer. epiſ. lib. 2. cap. 18. & 19.*

Finita Benedictione, Celebrans cũ Diacono, & Subdiacono accedens ad medium Altaris inclinabit ſe Cruci, & converſus ad populum, habens Diaconum à dextris tenentem vas Cinerum manu dextrà, ſiniſtra verò anteriorem Pluvialis fimbriam, & Subdiaconum à ſiniſtris etiàm ſuſtinentem Pluviale, ſtabit in medio ſuppedanei: tùm Dignior Sacerdos de Choro accedet ad Altare, ut dictum eſt ſup. in Benedictione candelarum, & factis debitis reverentiis, aſcendet ad ſecundum gradum, ſeù viciniorem ſuppedaneo, ubi ſtans imponit Cineres ſuper caput inclinatum ipſivs Celebrantis ſtantis manibus junctis verſus populum (& non genibus flexis) formans ſignum Crucis, & dicens; *Mememto homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris*; (qua forma utetur Celebrans, dum Cineres imponet tàm viris, quã mulieribus.) *Cær. epiſc. & Gav. ut ſup.*

Si verò non adſit alius Sacerdos, ipſemet Celebrans flexis genibus coràm Altari, ſibi ipſi Cineres imponit in capite nihil dicens, quaſi à Chriſto illos recipiens, & cantatur, ſtatim à Choro Antiphona, *Immutemur habitu, &c. Gav. loc. cit. & Rubr. Miſſal.*

Simi-

Similitèr, ſi adſint Diaconus, & Subdiaconus, & non ſint Sacerdotes, non debet Celebrans, nec ab uno, neque ab altero Cineres recipere, ſed ſibi ipſi imponet ut ſup. *Gav. & Rubr. Miſſ. loc. cit.*

Celebrans, acceptis Cineribus ibidem ſtãs, ut ſuprà, eidem digniori, à quo accepit, caput inclinanti, ſtanti, vel genuflectenti (pro ejus qualitate) Cineres imponet; mox Diacono, & Subdiacono paratis, & aliis Miniſtris Altaris, ac cæteris per ordinem, qui bini, & bini accedent gravi, & decoro inceſtu, ac maxima humilitate capite inclinato, genuflexi, & manibus junctis, ac debitis cùm reverentiis ad recipiendum ſuper caput Sacros Cineres, quos Prælati cùm reverentiis debitis recipient capite inclinato, ſed ſtantes. *Gav. loc. cit. n. 3. & 5. Alcocer. tract. 4. pag. 280. Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 4. & 5. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 18. & 19.*

Celebrans imponit Cineres capitibus accipientiùm per modùm Crucis: fœminis etiã non ſuprà velum, ſed ſuprà capillos, ſi commodè fieri poteſt. *Gav. ut ſup. n. 5. & Cær. Ord. Min. p. cit. n.* 10.

Completa Cinerum impoſitione, Celebrans converſus ad Altare, & facta Cruci reverentia cum Miniſtris, accedit ad cornu Epiſtolæ, & in angulo Altaris cum aqua, & mica panis tergit manus; poſteà dicit. *Dominus vobiſcum*, *oremus*, & *orationem*, prò ut in *Miſſali* patet: deindè dicitur Miſſa, &c. *Gav. Alcocer. Cær. Ord. Min. & Cær. Ep. ut ſup.*

Digitized by Google

De Benedictione antè Miſſam in Dominica Palmarum. Cap. IV.

IN Dominica Palmarum, Benedictio, & diſtributio illarum, ſimile eſt ferè in omnibus, Benedictioni, ac distributioni Candelarum; remiſſiùs tamèn aliquantò paratur Altare, &c. *Cær. epiſc. lib. 2. cap. 21.*

Præparantur igitur in menſa, ſeù ſupèr Altare in cornu Epiſtolæ Palmæ, vel Rami olivarum, ſivè aliarum arborum, ea quantitate, quæ videbitur, & alia neceſſaria, ut ſuprà in Benedictione Candelarum dictum eſt. *Gav. in epit. tract. 1. par. 4. tit. 7. & Cær. epiſc. ut ſup.*

Completa hora Tertia, Sacerdos indutus Alba, Stola, & Pluviali violaceo, vel ſinè caſula, cum Miniſtris ſacris ſimiliter indutis cum manipulis ſuis, quia cantaturi ſunt Epiſtolam, & Evangelivm [& ubi licet Planetis plicatis] procedit ad Altare more ſolito: ubi cum pervenerit, facta debita reverentia, ſtatim Acolythi deponunt Candelabra ſuper Credentiam, & aſperſione aquæ benedictæ facta, Sacerdos cum Miniſtris aſcendit ad Altare, quo oſculato, accedit cum eis ad cornu Epiſtolæ, ipſis privs Cruci hinc, indè genuflectentibus: deindè medius eorum dicit ſubmiſſa voce Antiph. *Hoſanna, &c.* qua à Choro decantata, ibidem ſtans junctis manibus, non vertens ſe ad populum, dicit in tono feriali, *Dominus vobiſcum, Oremus*, & *Orationem*

ut

Digitized by Google

ut in *Miſſ. Gav. ut ſup. n. 2. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 22. n. 1. 2. & 3.*

Interim Subdiaconus Planetam deponet, & cantabit Epiſtolam loco ſolito, qua finita, recipiet de more benedictionem Celebrãtis, & Planetam reſumet, & aſſiſtet Celebranti legenti Evangelivm in cornu Epiſtolæ, niſi velit omittere. *Gav. loc. cit.*

Diaconus ſimilitèr, dum cantabitur in Choro Reſponſorium, deponet Planetam, ſumptaque latiori Stola, deferet librum in medivm Altaris, miniſtrabit incenſum, dicet *Munda cor mevm, &c.* & cantabit Evangelivm more conſueto: quo finito, Subdiaconus deferet librum oſculandum Sacerdoti, qui, & incenſatur à Diacono: tum reddito thuribulo, depoſitaque Stola latiori, reſumet ſuam Planetam, & Celebranti aſſiſtet, ut ſuprà. *Gav. & Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. & Rubr. Miſſ.*

Poſt hæc, Sacerdos ſtans in eodem cornu Epiſtolæ, benedicit Ramos, dicens *Dominus vobiſcum*, *Oremus*, *Orationes*, & *Præfationem* manibus junctis, aſſiſtentibus hinc, indè Miniſtris, qui cum eo in eodem loco dicunt. *Sanctus*. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 4. ex Rubr. & Cær. Epiſc. ut ſup.*

Finitis orationibus, Celebrans ponit incenſum in thuribulo; deindè ter aſpergit Ramos, & ter adolet incenſo, provt in *Miſſali*, eodem ritu, quo ſupra in Benedictione Candelarum. *Gav. ut ſup. num. 3. & 4. & tit. 14. n. 3.*

Completa Benedictione, Dignior ex Pa-

X tribus

tribus accedit ad Altare, & dat Ramum benedictum Celebranti ſtanti, ut dictum eſt ſuprà de Candelis; poſteà Celebrans depoſito Ramo in manu Acolythi, ſeù Cæremoniarii, diſtribuit Ramos, primum Digniori, à quo ipſe accepit, deindè Diacono, & Subdiacono paratis, & aliis per ordinem, ultimò laicis ſæcularibus, eodem ritu, ut ſuprà in diſtributione Candelarum, & proùt in *Miſſali* patet; cùm verò Celebrans inceperit diſtribuere Ramos, à Choro cantatur Antiph. *Pueri Hebreorum, &c. Rub. Miſſ.*

Finita diſtributione Ramorum, Celebrãs in cornu Epiſtolæ, more ſolito, lavabit manus: deindè in eodem cornu medius inter Miniſtros, dicet *Dominus vobiſcum*, & *orationem*, ut in Miſſali. *Gav. & Cær. Ep. ut ſup.*

Poſteà ſit Proceſſio eodem ritu, quo ſup. de Proceſſione Candel. dictum eſt, & provt in *Cær. Episc. Miſſ. & Rit. Rom.*

Crucem verò deferet, ut ſupra, Subdiaconus miniſtrans, qui in reverſione Proceſſionis, cum Cantores intrauerint Eccleſiam, vertet imaginem Crucifixi ad Celebrantem, & percutiet portam ſemel in ima parte, cum ima parte haſtilis: ità modeſtè, ut illam tantùm tangat ſine ſtrepitu. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 7. & 8. Cær. Ep. loc. cit. & Cær. Pap. lib. 2. cap. 39.*

Aliqua notanda in Miſſa Dominicæ Palmarum circà Paſſionem cantandam. Cap. V.

FInita Proceſſione celebratur Miſſa, & rami tenentur in manibus, cum cantatur

tur *Paſſio*, & *Evangelium* tantùm. *Rub. Miſſ.*

Paſſio cantari debet à tribus Diaconis diſtinctis ab eis, qui ſunt ad Altare, indutis Amictu, Alba Cingulo, & Stola Diaconali coloris violacei, cum ſuis manipulis ejuſdem coloris. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 7. num. 9. Alcoc. tract. 4. pag. 289. Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 22. nu. 12. Cær. Ep. lib. 2. cap. 21. & Cær. Pap. lib. 2. cap. 45.*

Procedunt autem iſti Diaconi de Sacriſtia circa finem *Tractus* hoc ordine: antecedit Cæremoniarius, ſiuè Acolythus, tùm ille, qui Evangeliſtæ perſonam agit, portans ſibi librum antè pectus, deindè qui turbarũ, ultimò qui Chriſti, manibus junctis; Facta autem Altari genuflexione, accedunt ad cantandam Paſſionem verſus cornu Evangelii in plano Capellæ, ſeù in pulpito, ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum, medium locum relinquentes illi, qui agit perſonam Chriſti, & dexterum Evangeliſtæ; Romæ verò communior uſus eſt, ut Evangeliſta medium teneat locum; & illius dexteram ille, qui Chriſtum repræſentat, & in Capella Papæ unus tantum adhibetur liber, in quo tres Diaconi ſingillatim cantant, quæ cantare debent, quo fit, ut Evangeliſta, qui plus aliis cantat, medium teneat locum: dum autem cantant tenent manus junctas, & nullam petunt benedictionem, nec deferuntur luminaria, nequè thus adhibetur; omnis namque ſolemnitas in tanta meſtitia tolitur. *Gav. loc. ſup. cit. & n. 10. Alcoc. loc. cit. Cær. Ord. Min. & Cær. Ep. ut ſup.*

Notæ illæ ✠ C. S. ſignificant Chriſtum, Chroniſtam, & Synagogam, vel Chriſtum Cantorem. *Gav. ut ſup.*

Dum Diaconi cantant Paſſionem; ſi non adſint, qui cum Cottis teneant libros, apponantur Legilia, quod etiam commodiùs erit. *Ex Cær. Ord. Min. & Epiſc. ut ſup.*

Circà locum eſt advertendum, quòd Paſſio cantari poteſt ad Aquilonem in cornu Evangelii in plano Capellæ, & etiàm in eodem cornu versùs populum: antè Altare versùs illud, ſcilicet uno ſtante in medio, altero à dextris, & altero à ſiniſtris in pulpito, vel ubi alitèr ſit conſuetudo; ſed quomodocumque cantetur, omnes cantores ſtare debent eodem modo converſi, Si commodè fieri poterit; Celebrans verò ſivè cantet, ſivè legat, ſemper manet ad Altare in cornu Epiſtolæ verſus illud. *DD. ut ſup.*

Celabrans igitur ſtans in cornu Epiſtolæ & accepto de manu Diaconi ramo, quem tenet ſiniſtra, legit ſubmiſſa voce Paſſionē paululum conversùs ad Diaconos cantantes (ſi commodè ſieri poteſt) habens Diaconum Miſſæ à dextris, & Subdiaconum à dextris Diaconi tenentes ramos dextra, ſiniſtram verò pectori admotam, & faciem ad illum aliquatenus convertentes, nec in morte Chriſti genuflectent, ſicuti nec Celebrans niſi cum Cantoribus. *Gav. ut ſup. & tit. 9. 4. & 5. Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 13. & Cær. Epiſc. & Pap. ut ſup.*

Poſtquàm Celebrans legerit totam Paſſionem, etiam illam partem, quæ eſt in to-

no

no Evangelii, convertet ſe cum Miniſtris ad Cantores, ſtans in cornu Epiſtolæ, ut in aliis Evangeliis, tenens ramum dextra, & ſiniſtram pectori admotam, ſtans Diaconus à ſiniſtris ejus in ſecundo gradu, & Subdiaconus à ſiniſtris Diaconi cum ramis in dextera, & antequam cantentur hæc verba: *Emiſit Spiritum*, Celebrans cum Miniſtris accedet ad medium Altaris, & deſcendet ad ſecundum gradum, ubi genuflexus cum ipſis hinc indè, profundè inclinabitur, donec Cantores ſurrexerint. *Beavv. in Cær. Eccl. Gav. & Cær. Ord. ut ſup.*

Signum ſurgendi poſt pauſam, quæ erit unius *Pater noſter*, datur à Diacono, qui Evangeliſtam agit, eo ipſo, quod ſurgit, ſinè ſtrepitu manus ſuper librum: nullo verò modo datur ab ipſo Celebrante. *Gav. & Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 25.*

Cum ſurrexerit Celebrans cum Miniſtris, depoſitis priùs Ramis in manu Cæremoniarii, aſcendit ad Altare. Diaconi verò cantata Paſſione uſque ad illam partem, quæ legi debet in tono Evangelii, facta Altari genuflexione, redeunt in Sacriſtiam ordine, quo venerunt. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 14.

Interim Subdiaconus defert librum Celebrantis ad cornu Evangelii: Diaconus verò depoſita Planeta plicata, eaq; ſivè alia duplicata, ſuper humerum ſiniſtrum poſita, & ſub brachio dextero colligata, ſivè cum Stola latiori, poſito libro in medio Altaris, miniſtrat incenſum de more: dicit *Munda*

da cor meum, *&c.* & petit benedictionem; deinde pergit cum Subdiacono ad locum conſuetum, incenſat librum, & cantat Evã-gelium, hinc indè aſſiſtentibus Acolythis, manibus junctis ſine Candelabris; in fine autem reſpondetur *Laus tibi Chriſte*, & datur liber oſculandus Celebranti initio poſtremæ partis, cum ejuſdem incenſatione. *Gav. ut ſup. tit. 7. n. 10. ex Rubr. Alcoc. tr. 4. pag. 291. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 21.*

Paſſio cantari poteſt etiam à Diacono, & Subdiacono Miſſæ, dummodò ille Subdiaconus habeat etiam Diaconatus ordinem, & cantaturus Paſſionem, Planetam plicatam deponat, & ſumat Stolam Diaconalem, moxquè ea finita, deponat, reſumendo Planetã, Diaconus autem Miſſæ deponet paritèr ſuã Planetam, & in loco conſueto cantabunt Paſſionem, inter ſeipſos voces, & partes dividentes, niſi adſit alius Diaconus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 22. n. 12.*

Si autem deſint Diaconi ad cantandam Paſſionem, & adſit ſolus Diaconus Miſſæ, ipſe ſolus, depoſita Planeta (ſi habeat) totam Paſſionem, & partem finalem eiuſdem cantabit in loco conſueto, ut ſupra, interim ſtante Subdiacono poſt librum, & Acolythis hinc indè ſine luminaribus, manibus junctis; cantata verò Paſſione, redibit ad Altare, ubi facta genuflexione, omnia præſtabit ut ſupra, deindè cantabit Evangelium. *Gav. ut ſup. n. 9. & Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 15.*

Poterit tandem ſecundum aliquos, in parvis

parvis Conventibus, & locis cantari Paſſio à Celebrante, à Diacono, & Subdiacono Miſſæ, ſi habeat etiam ordinem Diaconatus ut ſupra & tunc perſonam Chriſti faciet Celebrans, Diaconus Evangeliſtæ, & turbarum Subdiaconus, cum Stolis, ut ſuprà, & in loco conſueto, & cantata Paſſione, redibunt ad Altare, omniaquè facient de more: Celebrans verò cantabit in ſuo loco in cornu Epiſtolæ cùm caſula. *Alcoc. tract. 4. pag. 291.*

Nullo verò modo cantari poteſt Paſſio, nèc debet à non ordinatis ad Sacrum Diaconatus ordinem; cantet potiùs ipſe Celebrans totam Paſſionem, ſi velit, eo modo, quo poteſt. *Alcoc. ut ſup.*

Omnia, ut ſuprà ſunt notata, aliis diebus obſervabuntur, dum Paſſio erit cantanda, excepta Feria Sexta, vt dicetur. *Gav. & Cær. Ord. Min. & Epiſc. ut ſup.*

In Miſſa privata Celebrans legit Paſſionẽ in cornu Evangelii, ut in aliis Miſſis, & cum pervenerit ad illam partem, quæ gerit vicem Evangelii, dicit in medio, *Munda cor meum*, *&c.* & in eodem cornu Evangelii legit de more. *Gav. ut ſup. tit. 7. n. 10. & Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 22. n. 15.*

Notandum autèm eſt, quòd ad legendam Paſſionem in Miſſa privata, non extinguvntur luminaria in Altari, ut ex profeſſo probat *Paulus Comitolus in reſponſ. Moral. lib. 1. quæſt. 49. Gav. p. 4. tit. 7. n. 21.*

Tandèm notandum, quod qui benedicit, Candelas, Cineres, & Ramos, debet etiam cantare Miſſam ſequentem. *Sac. Cong. 26. Febr. 1628.*

 Ce-

De Feria quinta in Cæna Domini. Cap. VI.

CElebrans cùm Miniſtris accedit ad Altare, more ſolito, ſed conſecrat duas Hoſtias, quarum una ſumit de more, altera reſervat prò die ſequenti, in quo non dicitur Miſſa, conſecrat etiam in ſufficienti numero particulas prò Communione facienda, & alias prò infirmis reſervandas; ſumpto autèm Sanguine à Celebrante, antequam ſe purificet, Diaconus tegit palla Calicem, & collocat versùs cornu Evangelii ſupèr Corporale: tùm Subdiaconus, facta genuflexione, vadit ad Credentiam, & defert Calicem vacuum deſupèr tectum patena, palla, & velo parvo albo, quem tradit Diacono in cornu Epiſtolæ, defert autèm ad Altare ſinè velo oblungo; mox Diaconus eum diſcooperit, & porrigit Celebranti, qui in eò ponit alteram Hoſtiam conſecratam, quem Diaconus primò palla, tùm patena, denique parvo velo cooperit, & in medio Altaris ſupèr Corporale collocat propiùs Crucem; deindè Pixidem in medio Altaris collocat cùm debitis genuflexionibus, & fit Communio Cleri antè Altare, tùm populi extrà cancellos. *Gav. in epit. tract. 1. p. 4. tit. 8. n. 4. & 5. Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 23. Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 23. & Rubr. Miſſ. Fer. 5. in Cæna Domini.*

In hac Miſſa fit Communio Cleri, in memoriam, quòd Chriſtus communicavit Apoſtolos, quòd ſempèr ſervari debet. *Sacr. Cong. 27. Sept.* 1608.

Ce-

Celebrans genuflectit quandocumquè accedit, vel recedit à medio Altàris, vel tranſit antè Sacramentum: licèt in Calice lateat, & ſub velo, quod in ſimilibus caſibus obſervari debet. *Gav. ut ſup. n. 7. & Cærem. Epiſc. & Rubr. Miſſal. loc. cit.*

In fine dat benedictionem à latere Evangelii, nequè perficit circulùm, nè terga vertat Sacramento: eadem obſervant Miniſtri; ad Evangelivm autèm non ſignat Altare ad Initium, ſed librum, aut tabelam, ſi adſit & ad ea verba, *Et Verbum caro factum eſt*, genuflectit cùm Miniſtris paulò versùs Sacramentum. *Gav. loc. cit. n. 8. & 9. Tonel. in Sacr. Enchir. lib. 3. cap. 2. n. 16. Cærem. Epiſc. & Rubr. Miſſal. ut ſup.*

Locus in aliqua Capella, in quo aſſervari debet Sacramentum, debet eſſe omninò diſtinctus ab Altari, in quo celebratum fuit, & ornari debet cùm velis, ſivè cortinis albis, ſi fieri poteſt, ſed nullo modo nigris, quià craſtina die ſuper Calicem erit adhùc velùm album, cum reportabitur ad Altare majus, hìc enim locus non Sepulchrum, ſed Regia Chriſti viventis eſt. *Gav. ut ſup. n. 10. & Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. n. 6.*

Finita Miſſa, fit Proceſſio, ut ſuo loco notatum eſt; Crux autèm, quæ deſertur in Proceſſione, debet eſſe velata velo violaceo: Crux tamèn in Altari velata debet eſſe velo albo. *Gav. ut ſup. n. 1. & 11.*

Ad denudationem Altarium procedunt Celabrans, & Diaconus in Albis, & Stolis tantùm violaceis, cùm Subdiacono in albis

tantum ſinè manipulis. *Gav. loc. ſup. cit. num.* 19. *& Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 3.

Amovendæ ſunt mappæ tantùm cùm palliis, & aliis ornamentis, relicta Cruce velata cùm candelabris in Altaribus, nequè *Pſalmus* ideò repetendus eſt, ſi multa ſint Altaria. *Gav. & Cær. Ord. Min. loc. cit.*

Conopęum Tabernaculi majoris, in quo aſſeruatur ordinariè Sacramentum, debet eſſe coloris violacei, quia Regia viventis Chriſti eſt, ad modicum tempus abſentis, quòd ſi adhibeatur coloris nigri obſequentem feriam ſextam, & erit ratio, quia vacuvm eſt Tabernaculum, & conformis erit color paramentis Celebrantis. Romæ in Eccleſia Sancti Petri amovetur conopęum, quòd magis placet, niſi ſint velandæ ſtatuæ, ſeù imaginis prædicti Tabernaculi. *Gav. ut ſ.*

Hoc triduo tranſevntes antè Crucem, quę eſt in Altari Maiori, illi facivnt genuflexionem, excepto Celebrante parato; id tamèn non habet locum in feria 6. Paraſceves, in qua ipſe quoque Celebrans, etiàm Epiſcopus, tantò magis alii genuflectere debent cuilibet Cruci in honorem Crucifixi Domini. *Gav. ut ſup. n.* 20. *& tit.* 9. *n.* 12. *Tonel. in Sacr. Enchir. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 23. *& Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 26.

Si in Altari remanſerint Hoſtiæ conſecratæ, deferantur per deputatum ad Communionem, vel per Sacriſtam in aliquo Sacello, præcedentibus Acolythis cùm intorticiis accenſis, ubi cuſtodiri debent prò communicandis infirmis, cùm luminibus, & cla-

vibus

vibus reſerare: in Altari verò, ubi ſolet SS. Sacramentum aſſervari, Ciborii oſtiolũ ſit apertum, quod erit ſemper obſervandum, quandocumquè in ipſo Hoſtiæ conſecratæ non aſſervantur, & in Altari ſit Crux velo nigro velata. *Gav. ut ſup. tit. 8. n. 5. & tit. 9. n. 1. Cær. O. M. p. 1. cap. 13. n. 11. & par. 2. c. 25. n. 2.*

De Mandato, ſeu latione pedum in Feria quinta Cænæ Domini. Cap. VII.

Congruum erit, ut, ubi ſit *Mandatum*, ſit Altare cum pallio albo, Cruce, & candelabris cum candelis accenſis, ad ſignificandum munditiam, cujus gratia lavantur pedes. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 24. num. 1. & Gav. in Epit. tract. 1. p. 4. tit. 8. n. 1.*

Parabitur etiã credētia a latere ſiniſtro ſuper quã collocabitur Miſſale, linteũ Sacerdotis, vaſa cũ aqua ad abluēdas in fine manus ejuſdem, & alia hujuſmodi cũ floribus, aut herbis ornata. *Gav. loc. cit. & Cær. Ord. M. ut ſup. n. 2.*

Super Menſã, ut ſupra erunt plures pelves cum Urceis, aqua aliquantulùm calida implendis, cum treſdecim mappulis ad extergendos pedes. *Cær. Or. lib. 2. cap. 24.*

Scamna neceſſaria habeantur pro lavandis cum Tapetibus, quæ Tapetia ſint ità ampla, ut Sacerdos ſuper iiſdem genuflexus lavare queat, ne albam fœdet. *Gav. loco cit. & Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 3.*

His diſpoſitis, hora competenti dato ſigno cum tabula, conveniunt omnes ad faciendũ *Mandatum*; tùm Prælatus, ſeu Superior, ſuper Amictum, & albam induitur Stola, &

Pluviali violaceis; Diaconus verò, & Subdiaconus, ut in Miſſa, induuntur paramentis albis cum ſuis Manipulis (licet eo careat Sacerdos) ob Evangelium cantandum. *Gav. ut ſup. n. 2. Cær. Ord. M. loc. cit. n. 4. & in Rub. Miſſ.*

Si fiat Proceſſio à Sacriſtia ad Capitulum, aut ad alium locum præparatum, Subdiaconus deferet Crucem medius intes Ceroferarios cum Candelabris, & candelis accenſis, more ſolito: ubi cum pervenerint, Subdiaconus deponet Crucem propè Altare, in cornu Evangelii: Prælatus verò, ſeu Superior aſcendit ad Altare, illudque oſculatur, deindè imponit incenſum more ſolito cum benedictione: tum Diaconus Librum Evangeliorũ deferet ad Altare, & genuflexus antè Superiorem, ſeu alium Sacerdotem paratum ſtantem in cornu Evangelii, dicit *Mũda cor meum*, & petit benedictionem, qua accepta, ſtantibus Acolytis cum candelabris accenſis, & Subdiacono librum tenente, ſignat Librum, incenſat, & cantat Evangelium, *Ante diem feſtum Paſchæ*, ut in Miſſa, quo finito, Subdiaconus portat Librum apertum oſculandum Superiori parato, vel Prælato, ſi adſit, Diaconus verò eum de more incenſat. *Bauldr. p. 4. cap. 9. art. 5. Cær. Epiſc. ut ſup. & Rub. Miſſal.*

Finita incenſatione Celebrantis, deponuntur manipuli à Miniſtris, poſteà Superior exuitur Pluviali, & per Diac. & Subd. præcingitur linteo, & ſic præcintus aſſiſtentibus ſibi iiſdem Diac. & Subdiac., accedit ad lotionem pedum, & per ordinem diſpo-

ſi-

ſitis iis, qui lavandi ſunt, Clericis, aut laicis pelvim, & aquam miniſtrantibus. Subdiacono ſingulorum pedem dextrum tenente, genuflectens ſingulis illorum pedem lavat, exrergit, & oſculatur, nullo facto ſigno Crucis ſuper pedem, nec ante, neque poſtea, Diacono præbente linteum ad abſtergendum, qui ideò ſtabit à dextris Celebrantis, colliget linteum ipſum, quo Celebrans eſt præcintus, & linteum porriget, & extendet ut tergat, & recipiet quando opus erit; non autem Diaconus infundet aquam pedibus, quod pugnat directè contra Rubricã *Gavant. ut ſup. n. 3. Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 6. 7. & 8. & Cęr. Epiſc. & Rubr. Miſſ. ut ſup.*

Si dandæ ſint Eleemoſinæ pauperibus, unus ex Miniſtris defert propè Diaconum, lancem, in qua ſunt prædictæ eleemoſinæ, & poſt lotionem uniuſcujuſque, unam tradit Diacono, & hic Celebranti, qui propria manu eam unicuique ſigillatim tribuit, quã etiam ipſe accipit cum oſculo manus Celebrantis, & ipſius eleemoſinæ *Bauldr. p. 4. cap. 9. Art. 5.*

Poſt lotionem pedum, Superior lavat manus, & abſtergit alio linteo: deinde accipit Pluviale, redit ante medium Altaris, ubi ſtans detecto capite) dum tamen lavat pedes, caput tegit) dicit *Pater noſter &c. verſus, & Orationem*, manibus junctis, tenentibus librum Diacono, & ſubdiacono ſinè manipulis, & Acolytis Candelabra; finitis autem omnibus, vel exuitur ibidem, vel redit ad Sacriſtiam, ordine, quo venerat.

Gav.

Digitized by Google

Gav. loc. cit. n. 4. Cer. Ord. Min. ut ſupr. num. 9. & 10. Alcocer. tract. 4. pag. 301. *Cær. Epiſc. & Rubr. Miſſ. ut ſupr.*

Sciendum eſt circa lotionem pedum, quia diverſi ſunt ritus Eccleſiarum, ſcilicèt, ut alicubi laventur pedes treſdecim pauperibus & alibi Epiſc. lavant pedes treſdecim ex ſuis Canonicis, ut in *Cær. Ep. lib. 2. cap.* 24. patet.

Apud nos verò laventur Fratribus, ſivè Laicis, ſivè Clericis, ſive Sacerdotibus: ideò relinquitur hoc faciendum juxta conſuetudinem loci, verè magna erit humilitas lavare pedes pauperibus *Alcoc. & Cær. Ep. loc. cit.*

De Feria Sexta in Paraſceve. Cap. VIII.

IN die *Paraſceve*, finita Nona, una cum aliis præcedentibus Horis ſinè lumine dicitur, Sacerdos, & Miniſtri induti paramentis nigri coloris, ſinè Dalmaticis, & in præcipuis Eccleſiis cum Planetis plicatis, ſinè Luminaribus, & incenſo, procedunt ad Altare, quod debet eſſe nudum, cum Cruce velata velo nigro, ita ut ſuo tempore detegi queat facilè, & candelabris ſex obſcuri coloris, candelis extinctis ex cera communi, non alba: gradus ejuſdem nudi erunt, ſed valdè mundi pro proſtratione Sacerdotis; Credentia ſimplex erit in ſuperiori parte tantùm linteo cooperta, cum neceſſariis tantùm ad officium, nempè burſa cum Corporali, & Purificatorio, ampullis vini, & aquæ, vaſe vitreo ad ablutionem digitorum, Miſſalibus duobus, cum cuſino, mappa longa pro Altari, Velo longo albo pro Celebran-

brantis humeris ad Sacramentum reportandum, & candelabris Acolythorum cum candelis ex cera communi: procedunt igitur è Sacriſtia Sacerdos cum Miniſtris unus poſt alium, more ſolito, ut ad Miſſam, præcedentibus Acolythis ſinè Candelabris, ſed manibus junctis: cum verò pervenerint ad Altare, antè illud proſtrati aliquandiù orant qua propter convenit, ut ſub eorum capitibus ponantur cuſſini coriacei, vel alterius generis, poſitivi tamen, & qui non ſint de iis, qui ſunt ad uſum Miſſæ in Altari: gradus autem Altaris nullo modo veſtiri debent panno nigro. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 9. *num.* 1. *Alcocer. tract.* 4. *pag.* 305. *Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 25. *& Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 25. *&* 26. *ex Rub.*

Dum orat Sacerdos cum Miniſtris, Acolythi interim unam tantum tobaleam ſuper Altare extendunt, & prætereà Miſſale cum cuſſino ſupèr illud apertum collocatur per Cæremoniarium; Sacerdos cum Miniſtris facta oratione, aſcendit ad Altare, & oſculatur illud in medio, miniſtris hinc indè genuflectentibus, deindè in cornu Epiſtolæ ſubmiſſa voce legit *Prophetiam* aſſiſtentibus Miniſtris, ut ad introitum Miſſæ; interim aliquis Lector cotta indutus, comitante Cæremoniario, cum debitis reverentiis ſibi ipſi librum tenens, dicit *Primam Prophetiam* ſine titulo, in loco, ubi legitur Epiſtola, qua finita, non oſculatur manum Celebrantis, ſed relinquit librum in manu Cæremoniarii, & factis debitis reverentiis, revertitur ad

ad locum ſuum. *Gav. ut ſup. n. 2 Alcocer. loc. cit. & Cærem. Epiſc. ut ſup. ex Rubr.*

Finito Tractu per Chorum, Celebrans in cornu Epiſtolæ dicit *Oremus*, Diaconus retrò ipſum genuflectit antè alios dicens, *Flectamus genua*, Subdiaconus retrò Diaconum antè alios ſurgens dicit, *Leuate*, & omnes genuflectunt, [excepto Celebrante, qui dum alii genuflectunt, ſolus ſtare debet] & ſtatim ſurgunt; quod ſempèr ſervatur, quandò dicendum eſt *Flectamus genua*: tum Celebrans cantat orationem, *Deus, à quo, & Iudas*, &c. qua finita Subdiaconus depoſita Planeta plicata, ſumptoque libro, vadit cum Cæremoniario, factis debitis reverentiis, ad cantandum alteram lectionem, ſeù Prophetiam in tono Epiſtolæ ſinè titulo, ſibi ipſi tenens librum, in loco jam dicto, qua cantata, non oſculatur manum Celebrantis, ſed relicto libro in manu Cæremoniarii, & factis debitis reverentiis, reaſſumit Planetam plicatam, redit ad Celebrantem, & aſſiſtit cum Diacono, dum legit *Tractum*; dum verò Subdiaconus cantat Prophetiam, eamdem Celebrans legit ſubmiſſa voce, aſſiſtente ſibi Diacono à dextris. *Gav. loc. cit. nu. 3. Alcocer. ut ſup. pag. 307. Cær. Ord. Min. loc. cit. num. 5. & 6. & Cær. Epiſc. ut ſup. ex Rub.*

Dum per Chorum cantatur *Tractus*, tres Cantores, qui Paſſionem ſunt cantaturi, parantur in Sacriſtia Amictu, Alba, Cingulo, & Stola Diaconali nigra cum Manipulo ejuſdem coloris, & circà finem *Tractus* pro-

cedunt

cedunt antè Altare, ubi factis debitis reverentiis, cantant Paſſionem, prout ſuprà in Dominica Palmarum notatum eſt: Celebrans verò lecto Tractu, ſubmiſſa voce legit Paſſionem in cornu Epiſtolæ ſtans paulò verſus Cantores, & ſtantibus Miniſtris, ut ad *Introitum Miſſæ*, ſcilicet Diacono ſtante a dextris Celebrantis, & Subdiacono a dextris Diaconi, ſed cum legit ipſe *Tradidit Spiritum*, non genuflectit; lecta verò etiam poſtrema parte in eodem cornu, quæ vicèm gerit Evangelii, convertit ſe ad Cantores Paſſionis, ſtans, ut in aliis Evangeliis manibus junctis, Diacono interim ſtante à ſiniſtris ejus in ſecundo gradu, & Subdiacono à ſiniſtris Diaconi ſimiliter manibus junctis: antequam verò cantentur hæc verba, *Tradidit Spiritum*, Celebrans cum Miniſtris accedet ad medium Altaris ſuper ſecundum gradum, ubi ad ea verba, cum ipſis hinc indè genuflectit utroque genu per ſpatiũ unius *Pater noſter*, etiàm ſe proſternens, donec Diaconus cantans ſurrexerit. *Gav. ut ſup. n. 4. & 5. Beavv. & Cær. Ep. loc. ſup. cit.*

Poſtquàm ſurrexerit Celebrans cum Miniſtris aſcendit ad Altare: Diaconi verò cantata Paſſione uſque ad illam partem, quæ legitur in tono Evangelii, facta Altari genuflexione, diſcedunt ordine, quo venerunt: Tunc Diaconus Miſſæ depoſita Planeta plicata, & accepta altera complicata ſupèr humerum ſiniſtrum, vel latiori Stola, ponet librum ad Altare, & genuflexus dicit, *Munda cor meum, &c.*

Deindè

Deindè reaſſumit librum, & vadit cum Subdiacono, & duobus Acolytus ſinè luminibus, & ſinè incenſo, & nulla petita benedictione ad locum conſuetum, ubi Subdiacono librum tenente, hinc indè aſſiſtentibus Acolythis manibus junctis, cantat reliquum Paſſionis in tono Evangelii, non ſignans librum, nequè ſeipſum, & in fine Celebrans illum non oſculatur, qui dum Diaconus cantat, ſtat in cornu Epiſtolæ more ſolito; quo finito, Diaconus cum aliis, factis debitis reverentiis Altari, revertuntur ad loca ſua, ſed advertat Diaconus, ne reſumat Planetam plicatam, niſi expleta Communione, & purificatione Celebrantis. *Gav. ut ſup. nū. 6. Alcocer. loc. cit. pag.* 208. *& Cær. Epiſc. loo. ſup. cit. ex Rubr. Miſſ.*

His expletis, ut ſuprà, Celebrans adhuc ſtans ad Altare in cornu Epiſtolæ, incipit abſolutè, *Oremus*, *&c.* manibus junctis; tunc verò Miniſtri ſtant poſt Celebrantem unus poſt alium: Celebrans dicit *monitiones* manibus junctis, *Orationē* verò manibus extenſis, nequè unquàm genuflectit: aliaquè obſervantur prout in *Miſſali* patent. *Cær. ut ſup. num. 7. & Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 25. n. 7.*

Circà finem orationum, Acolythi extendunt tapete pulchrum cum cuſſino prætioſo, & velo longo albo ſuprà gradus Altaris verſus planum Capellæ, ubi poſteà a Celebrante ponenda erit Crux. *Cær. Ord. M. loc. cit. n. 8. & Cær. Epiſc. ut ſup.*

Completis orationibus, Celebrans, depoſita Caſula in eodem cornu Epiſtolæ, & ibi

ibi in poſteriori parte anguli Altaris recipiens à Diacono Crucem iam in Altari præparatam, verſa facie ad populum, eam a ſummitate parum diſcooperit, incipiens ſolus Antiph. *Ecce lignum Crucis*, ac deinceps in reliquis iuvatur in cantu à Miniſtris, uſq; ad *Venite adoremus*; Choro autèm cantante, *Venite adoremus*, omnes ſe proſternunt, excepto Celebrante. Hæc proſtratio non ſit uſquè ad terram, ſed genibus flexis, & capite valdè demiſſo. *Gav. ut ſup. n.* 8.

Deindè Celebrans proſequitur *Secundo*, & *Tertio*, provt ſatis clarè notatur in Miſſali, ſed nota, quod adverbivm, *Altiùs*, concordat cum verbo, *incipit*, nedum cum ſolo verbo, *Elevans*, ità ut & *vocem*, & *Crucem* elevare debeat altivs Sacerdos una ſimul. *Gav. loc. ſup. cit. & Corſ. in Prax. Sac. Rit. tract.* 1. *p.* 2. *cap.* 7.

Poſtea Celebrãs ſolus abſquè Miniſtris, & ſine ulla genuflexione facta Altari, portat Crucem ambabus manibus deuotè elevatam ad locum antè Altare præparatum, & genuflexus, eam deponit ſuper velum, & cuſſinum: mox depoſitis calceamentis à latere epiſtolæ propè ſcamnum illic præparatum ad ſedendum, procedit ad adorationem Crucis, habens Diaconum à dextris cũ Stola latiori, & Subdiaconum à ſiniſtris in albis, manibus junctis, & ſinè calceis, aliquantulùm retrò, qui, cùm peruenerint ad locum, genuflectunt, & ſic genuflexi manent, donec Celebrans ter adoraverit Crucem, qui in prima genuflexione caput reclinabit in terram

ram ſuper manus junctas, vel aliter iuxtà conſuetudinem, & dicet ſecretò, *Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemiſti Mundum, qui paſſus es pro nobis, Miſerère nobis*, deindè ſurgens accedet ad locum ubi ſecundò genuflectendum, & ibidem præſtabit, quòd in prima adoratione, tùm progrediens ulteriùs, accedet ad locùm Crucis propinquvm, ubi tertiò præſtabit, quòd prima, & ſecunda vice, ac tum oſculabitur ſemel pedes Crucifixi; moxque ſurget, genuflectet Cruci, & ad ſedem ſuam revertetur, ubi accipiet Sandalia, & Caſulam, ac ſi opus ſit manus lavabit; deindè accedet ad Altare, & in cornu Epiſtolæ leget improperia, ut patet in *Cærem. Epiſc. loc. ſup. cit.* Cum celebrans tèr adoraverit Crucem, ſtatim Miniſtri Sacri ſurgent, & eodem modo, & ritu, quo Celebrans Crucem adorãt, deindè revertuntur ad Altare, & Celebranti aſſiſtunt, reaſſumpta priùs à Subdiacono Planeta plicata. *Gav. ut ſup. n.* 9. *Alcoc. loc. cit. Cær. Epiſc. loc. ſup. cit. ex Rub.*

Adorata Cruce à Diacono, & Subdiacono, accedunt Patres, & Fratres bini, & bini ordine ſuo, qui depoſitis calceis, ter genibus flexis, ut dictum eſt, Crucem adorant, ultimo laici ſæculares: quia ordo adorationis eſt, ut quilibet laicus, etiàm Princeps poſt Clerum adoret, quòd ſi fortaſſe adeſſet Gubernator principalis, aùt aliquis maximus vir, vel Princeps, qui aliàs ſoleat habere honorem antè Canonicos, in hoc actu ibit poſt Canonicos, ſed antè alios de Clero, quia

et

eſt actus humilitatis, in quo laici debent Clericis deſerre; Prælati verò, ſi qui adſunt, adorant poſt Celebrantem, ſed convenit, ut uniformis ſit omnium actio prò locorum conſuetudine, tùm in oſculo membrorum Crucifixi, tùm in æquali pauſa, qua ſingula genua flectunt; Interim dum fit hæc adoratio, cantantur *improperia*, & alia, quæ ſequuntur, ut in *Miſſali*, ſed Celebrans ut ſuprà, ea legit, ſi velit, vel ad Altare, vel ad ſedem ſuam ſedens *Gav. ut ſup. num.* 9. 10. *&* 11. *Cær. Ord. Min. loc. cit. nu.* 10. *&* 11. *&* *Cærem. Epiſc. loc. ſup. cit. ex Rubr.*

Circà finem adorationis accenduntur candelæ ſuper Altare, & item eæ, quæ ſupèr Credentiam habentur prò Acolithis, & Diaconus accipiens burſam Corporalium, extendit Corporale more ſolito, & iuxtà illud ponit purificatorium ad cornu epiſtolæ loco ſolito, & tunc etiàm Cæremoniarius, vel ſi abeſt, Acolithus transferret Miſſale cùm cuſſino ad cornu Evangelii; finita verò adoratione, Diaconus Crucem reverentèr accipit, & reportat ad Altare, quo caſu reverentiam nemini facit, ſed, & Celebrans aſſurgere debet tranſeunti Cruci, cui genuflectit ſimùl cum Subdiacono, quòd hodie faciunt omnes omninò, nemine excepto, in honorem Crucifixi Domini noſtri; amoveturque ſtatim ab Acolithis tapete cùm velo, & cuſſino; ſi verò multus ſit populus, poterit collocari alia Crux à Sacriſta Sacerdote, cum Stola nigra antè aliud Altare, ad quam adorandam accedant tùm mares, tùm

tùm fæminæ, & hoc, nè Proceſſio, & ſequens officium nimis protrahatur. *Gav. ut ſup. num. 12. & 13. Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 12. 13. & 14. Cær. Ep. loc. ſup. cit. ex Rubr*

Reportata Cruce à Diacono ad Altare, ordinatur Proceſſio ad locum, ubi pridiè Sacramentum repoſitum fuerat, ut ſuo loco notatur.

Reverſa Proceſſione, & Sanctiſſimo Sacramento ſuper Altare depoſito, & incenſato, proùt in *Miſſali* patet, recedit altèr ex Thuriferariis, ſi duo ſint; deinde ſurgens Celebrans, & accedens ad Altare, factâ genuflexione, ac amoto à Diacono velo albo paruo à Calice, deponit Hoſtiam è Calice ſuper Patenam, quàm Diaconus tenet, & accipiens patenam de manu Diaconi, Hoſtiam Sacram ponit ſuper Corporale, nihil dicens, neque debet ſpontè eam tangere, ſi tamen accidat ut tangat, purificet ſtatim digitos in aliquo vaſe; interim Diaconus imponit vinum in Calicem, & Subdiaconus aquam, quàm Celebrans non benedicit, nèc dicit ſuper eam orationem conſuetam, ſed accipiens Calicem à Diacono ponit ſuper Altare nihil dicens; nec faciens ſignum Crucis cùm Calice, uti nec fecit cùm patenâ, & Diaconus illum cooperit palla. *Gav. in epit. ut ſup. tract. 1. p. 4. tit. 9. num. 16. Alcoc. tract. 4. pag. 313. Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 28. n. 2. ex Rubr. F. 6. in Paraſc.*

Deindè Celebrans imponit incenſum in thuribulo abſquè benedictione, nihil dicens [& omittùntur oſcula manus, & rerum,]

&

& incenſat *Oblata*, & *Altare* more ſolito, genuflectens antè, & poſt, & quandocumque tranſit antè Sacramentum, cum incenſat oblata dicit *Incenſum iſtud &c. ut in Miſſali*, nec ipſe incenſatur, neque alii; ſed aliquantulùm extrà Altare in cornu Epiſtolæ lavat manus, nihil dicens facie ad Populum verſa, deinde in medio Altaris inclinatus, & junctis manibus ſuper Altare, ut aliàs, facta priùs genuflexione, dicit, ſubmiſſa, ſed intelligibili voce. *In ſpiritu humilitatis &c. Gav. ut ſupr. num.* 17. & 18. & *Alcoc. loco cit. Cær. Ord. Min. ut ſupra num* 1. & 3. & *Cerem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 25. & 26.

Poſteà facta prius genuflexione, verſus ad Populum in cornu Eangelii, dicit *Orate Fratres* &c. & per eamdem viam revertitur, non perficiens circulum, cavens, nè minimum terga vertat Sacramento, *Suſcipiat* non dicitur, & conſequentèr omiſſis aliis, dicit: *Oremus* ut in *Miſſali &c.* & reſponſo à Choro, *Sed libera nos à malo*, Celebrans ſecretè reſpondit, *Amen*; & eadem voce, qua dixit *Pater noſter &c.* ad quod Diaconus debet deſcendere, ut aliàs cum Subdianono poſt Celebrantem, abſolutè ſine *Oremus*, in tono Orationis Miſſæ ferialis dicit: *Libera nos &c.* extenſis manibus, ſed non ſe ſignat cum patena, ut aliàs, ad *Amen* autem altè reſpondetur à Choro *Gav. ut ſup. num.* 18. & 19. *Cer. Ep. loco cit.* & *Rub. Miſſ.*

Tùm Celebrans, facta reverentia uſque ad terram, ſupponit Patenam Sacramento, quod in dextera accipiens, elevat, ut videri

ri poſſit à populo; non elevatur patena, quam tenet manu poſita ſuper Altare, nec elevatur Planeta, neque incenſatur Hoſtia: elevatur autem altera tantùm manu ad differentiam elevationis, quæ fit poſt conſecrationem, ne videatur hac die de nouo conſecrata. *Gav. ut ſup. n. 19. Cær. Epiſc. ſup. cit. ex Rubr. Miſſal. & Corſ. tract. 1. p. 2. cap. 7.*

Poſteà dividit ſtatim Hoſtiam in tres partes, quarum ultimam mittit in Calicem, ſine ſigno Crucis, & nihil dicens. *Sacr. Congr. Rit. 28. Aug. 1627. Pax Domini* non dicitur, nec *Agnus Dei*, nequè pacis oſculum datur: Diaconus autem cum debitis genuflexionibus diſcooperit, & cooperit Calicem. *Gav. loc. cit. n 20. & Cær. ep. in Rub.*

Poſtmodùm prætermiſſis duobus primis orationibus, dicit tantùm *tertiam*, manibus junctis ſuper Altare, tùm genufle ctit, & accipit patenam cùm corpore Chriſti, & maxima humilitate, ac reverentia dicit: *Panem celeſtem, &c.* Percutit pectus ſuum, ter dicens; *Domine non ſum dignus, &c.* Poſteà ſignat ſe Sacramento, dicens; *Corpus Domini, &c.* & ſumit Corpus reverentèr, interim verò ſtant Diaconus, & Subdiaconus profundè inclinati, ut aliàs *Gav. ut ſup. ex Rub.*

Deindè Diaconus Calicem diſcooperit, & cum Celebrante genuflectit, ac omiſſis omnibus, quæ dici ſolent antè ſumptionem Sanguinis, immediatè particulam Hoſtiæ cùm vino ſumit reverenter de Calice, ſed non ſe ſignat cum Calice. *Sac. Cong. ut ſup.* & more ſolito facta ablutione, non Calicis, ſed

ſed digitorum tantùm in Calice, miniſtrante Subdiacono ampullas, ſumpta purificatione in medio Altaris inclinatus, dicit manibus junctis; *Quod ore ſumptimus, &c.* Dum verò fit ablutio, & non priùs extinguuntur Cerei à Clero delati *Gav. ut ſup. ex Rubr.*

Non dicitur *Corpus tuum Domine &c.* nec *Poſtcommunio*, *nec Placeat*, nec datur *Benedictio*, ſed Diaconus librum claudit, & Subdiaconus, plicato Corporali, & in Burſam repoſito, reportat Calicem ad Credentiam; poſtremò facta reverentia debita Altari, (reaſſumpta priùs à Diacono Planeta plicata) diſcedit Celebrans cum Miniſtris, ordine, quo venerunt, & tum ab Acolytis denudatur Altare, & Credentia, *Gav. ut ſup. num. 9. 11. & 22. ex Rub. Miſſ.*

De Sabbato Sancto.

HOra competēti cooperiuntur Altaria, ſed convenit duplici pallio veſtiri Altare majus violaceo, nimirùm ſuper album, ita ut removeri citò queat violaceum circa finem Litaniarum, & Candelæ ſuper Altare erunt ex cera alba; Cereus etiam benedicendus collocabitur cum ſuo Candelabro à latere Evangelii; ante Cereum Legile veſtitum veſte alba, & ſuper illud Miſſale clauſum, ſuper menſam verò in editu Eccleſiæ ponetur Dalmatica, Stola, & Manipolus albi coloris pro Diacono, & Manipolus violaceus pro Subdiacono, interim dicuntur Horæ, candelis Altaris extinctis uſq;

ad principium Miſſæ, & excutitur ignis de lapide foris Eccleſiam, & ex eò accenduntur carbones; item ſuper menſam præparentur forbices ferreę, candelulę cum lignis ſulphuratis, & Miſſale pro benedictione ignis, & granorum incenſi; tandèm in Sacriſtia parari debet arundo cum tribus candelis albis in ſummitate illius triangulo diſtinctis, quæ ornari ſolet floribus, &c. Sed ita ornetur, ut appareat ex parte arundo, non baculus, aut quid aliud. Bacile etiam paretur cum quinq; granis incenſi in Cereo infigendis, abſque alio thure tunc benedicendo. *Gav. in ep. tr.* 1. *p.* 4. *tit.* 10. *n.* 1. 3 *&* 5. *Cær. O. M. p.* 2. *cap.* 26.

Dicta *Nona*, Sacerdos indutus amictu Albo, Cingulo, Stola, & Pluviali violaceo, vel ſine caſula, cum Miniſtris indutis Albis ſine Manipulis, & ſine Dalmaticis, & in præcipuis Eccleſiis, cum Planetis plicatis ante pectus, procedit ad benedicendum ignem, præcedentibus Acolythis cum Aqua benedicta, thuribulo ſine igne, cum navicula, & pelvicula, cum quinque granis incenſi, & arundine cum tribus candelis in ſummitate, ut ſupra; Miſſale autem, niſi ſit ſuper menſam, deferet, vel alter Acolythus, vel Cæremoniarius, qui omninò aderit.

Deindè procedit Subdiaconus Epiſtolam cantaturus (paratus, ut ſupra) cum Cruce; poſteà Sacerdos capite cooperto habens Diaconum a ſiniſtris. Cum autem pervenerint ad locum, Subdiaconus ſiſtit ſe cum Cruce ad Fratres converſa in Porta ante faciem ipſius Celebrantis, qui ſtans, mani-

bus

bus junctis ante portam Eccleſiæ, ſi commodè poteſt, vel in ipſo aditu Eccleſiæ legens, non cantans Orationes, ut in Miſſali, Acolytho, ſeu Cæremoniario Librum tenente, benedicit ignem, & dùm Celebrans manu benedicit ignem, & grana incenſi, Diaconus elevat fimbriam Pluvialis; interìm Acolythus aſſumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo, & finita oratione, Celebrans de navicula a Diacono miniſtrata more ſolito (qui & miniſtrat cùm oſculis aſperſorium, & thuribulum Celebranti) ponit incenſum in thuribulo, benedicens illud de more; deindè grana incenſi, & ignem ter aſpergit in medio, a dextris rerum benedictarum, & a ſiniſtris earumdem, dicens, *Aſperges, &c.*, & ter adolet incenſo, uti aſperſit.

Interìm omnia luminaria Eccleſiæ extinguuntur, ut de igne benedicto poſtmodùm accendantur. *Gav. ut ſup. n.* 1. 2. 3. *&* 4. *& Cær. Ord. Min. loc. cit. ex Rubr.*

Poſt benedictionem ignis, Diaconus depoſitis omnibus Paramentis violaceis, induitur Manipulo, Stola, & Dalmatica coloris albi, & Subdiaconus accipit Manipulum violaceum: deindè Diaconus miniſtrat iterum naviculam Celebranti cum ſolitis oſculis, qui ponit thus in thuribulo cùm benedictione, ut fit ante Miſſam in Sacriſtia: quo facto, Diaconus accipit arundinem cum tribus candelis, & ordinatur Proceſſio, ubi præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante, & cum eo Acolythus deferens

Y 2 quin-

quinque grana incenſi, nempè a dextris ejus ſequitur Subdiaconus cum Cruce, & Clerus per ordinem; deindè Diaconus cum arundine, ad cujus ſiniſtram ibit Acolytus cum candela accenſa de novo igne, & ſi opus ſit, intra laternam, ne à vento extinguatur) & Celebrans poſt eum, cum autem Diaconus ingreſſus eſt Eccleſiam, & Celebrans etiam, non ante, inclinat arundinem, ut Celebrans quoque genuflectat in Eccleſia, & Acolytus deferens candelam accenſam de novo igne, accendit unam ex tribus Candelis deſuper poſitis, & Diaconus elevans arundinem genuflectit, ſimiliter & omnes alii cum eo, præter Subdiaconum Crucē ferentē, & cantat ſolus *Lumen Chriſti Cær. Ord. Min. loc. cit* & patet *Gav. ut ſup. prout in Miſſ. num. 2. & 3.*

Cum Diaconus pervenerit ante Altare, & dixerit tertiò, *Lumen Chriſti*, Celebrans aſcendit ad Altare, quo oſculato, accedit ad Cornu Epiſtolæ, Diaconus verò dat arundinem uni Acolyto, & accipiens librum, petit à Celebrante benedictionem, ut fit ad Evangelium; poſtea vanit ad pulpitum, & ponit ſuper eo librum, & incenſat: à dextris Diaconi ſtant Subdiaconus cum Cruce, & Thuriferarius à ſiniſtris, duo Acolyti, ille, qui tenet arundinem, & alius tenens in vaſe quinque grana Incenſi benedicti figenda in Cereo, tunc ſurgentibus omnibus, & ſtantibus, ut fit ad Evangelium, Diaconus canat *Exultet*, &c. non ſignans librum, neque ſeipſum, neque imponens de novo

in-

in thuribulum; Miniſtri verò hinc indè ſtãtes, reſpiciunt librum, ut Diaconus, rectam quaſi efformantes lineam, cùm Diacono mèdio, ità ut latera, non terga vertant Altari. *Gav. loc. ſup. cit. n.* 5. & 6. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. n.* 4. & *Bauldr. p.* 4. *cap.* 11. *art.* 2. *n.* 14.

Ordo fingendi grava in Cereo eſt, ut primùm in ſuperiori parte, alterum in media, tertivm in inferiori, quartum in dextrà cerei, quintum in ſiniſtra. *Gav. ut ſup. nu.* 7. & *Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 5.

Diaconus accendit cereum, cùm una ex tribus candelis in arundine poſitis, & non cùm alia candelula, ut clarè conſtat in propria *Rubr. Miſſal.*

Accenduntur lampades, ſumpto lumine ex cereo, vel ex candelis arundinis. *Gav. ut ſup. n.* 8.

In fine benedictionis cerei, excepto Papa, Epiſcopo, & Imperatore, cui additur electi titulus, ſi non eſt coronatus, nemo alius nominari debet, inconſulta ſede Apoſtolica, uti nec pridiè in orationibus, & Sede Romana, vel Epiſcopali vacante tacetur nomen *Papæ*, aut *Epiſcopi Gav. ut ſup. n.* 9. & 10. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 6. *ex Rub. Miſſ.*

Completa benedictione cerei, Diaconus depoſitis albis, ſumit violacea paramenta, & vadit ad Celebrantem, qui exuitur Pluviali, & ſumit manipulum, & caſulam violacei coloris; interim deponitur Crux à Subdiacono in loco conſueto, & arundo ſtabilitur pede marmoreo præparato non procul à cereo; poſteà leguntur *Prophetiæ* in

 medio

Chori, vel in ambone, vel antè Altare, & Celebrans legit eas ſubmiſſa voce ad Altare in cornu Epiſtolæ, cui Miniſtri aſſiſtunt ſicùt ad *Introitum* Miſſæ, ideſt Diaconus à dextris Celebrantis, & Subdiaconus à dextris Diaconi; orationes verò dicit Celebrās, ut in Miſſa, extenſis manibus, ad quas Miniſtri ſtant poſt ipſum, unus poſt alium. *Gav. loc. ſup. cit. n.* 11. *&* 12. *& Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 7. *&* 8.

Prophetiæ leguntur ſuper nudum legile, & in fine non oſculatur manum Celebrantis, niſi ſit Epiſcopus, neque receditur à legili, niſi dicto à Subdiacono, *Levate*: Sed ſi Celebrans ſit Epiſcopus, ſtatim finita Prophetia receditur, & acceditur ad oſculum manus, antequàm ſurgat prò oratione cantanda: ordo autèm eas legendi erit, ut primas legant minores, poſtremas majores, niſi aliud neceſſitas ſuadeat. *Gav. ut ſup. Cær. ord. Min. loc. cit. num.* 10. *& Cær. epiſc. lib.* 2. *cap.* 27.

Si ſedere voluerit Celebrans poſt lectam in Altari Prophetiam, ſedeat ad ſcamnum conſuetum, ſed nudum in latere epiſtolæ, ad illud autèm eat per viam breviorem cum Miniſtris, & redeat per longiorem cùm debitis reverentiis antè medium Altaris; nullo autem modo ſedeat ad Altare, vel antè Altare, quod Epiſcopo tantùm, & utentibus Epiſcopalibus conceditur. *Gav. ut ſup. nu.* 13. *&* 14. *& Cær. Ord. Min. loo. cit. n.* 9.

His expletis, ſi Eccleſia habuerit fontem Baptiſmalem, Sacerdos depoſita caſula, & mani-

manipulo, accipit pluviale violaceum, & præcedente Cruce, quam portat aliquis Acolythus, cùm candelabris, & Cereo benedicto accenſo, qui portatur antè Crucem, deſcendit cùm Clero, & Miniſtris paratis ad fontem, prò ut in *Rubr. Miſſ. Gav. loc. cit. nu.* 15. *Alcocer. tract.* 4. *pag.* 324. *& Cærem. Epiſc. ut ſup.*

Jubetur aſperſio populi, cùm aqua fontis antè olei infuſionem, & ejuſdem aquæ reſervatio ad aſpergendum in domibus, vel alijs locis. *Gav. ut ſup. ex Rubr. Miſſal.*

Finita benedictione fontis, cantari debent *Litaniæ*, at non apud fontem, ſed cùm perventum fuerit antè Altare, & non priùs. *Gav. & Rubr. Miſſal. ut ſup.*

Ubi non eſt fons baptiſmalis, finita ultima oratione, Celebrans deponit Caſulam, & cùm Miniſtris antè Altare procumbit ſupèr cuſſinos coriaceos, vel alteriùs generis, poſitivos tamèn, & qui non ſint de illis, qui ſunt ad uſum Miſſalis in Altari; procumbunt quoquè Miniſtri in Albis, depoſitis planetis plicatis, ubi habent; ſic, & aliis omnibus genuflexis, cantantur Litaniæ in medio Chori à duobus Cantoribus, utroque Choro idem ſimùl reſpondente: *Gav. ut ſup. n.* 18. *Cær. Ord. Min. ſup. cit. cap.* 25. *n.* 4. *& cap.* 26. *n.* 12.

Ad verſum, *Peccatores*, diſcedūt Sacerdos, & Miniſtri ad Sacriſtiam, paramenta alba accepturi; hoc quidèm ſi vicina eſt, ſi verò remotior, diſcedunt in locum viciniorem, & decentem, vel poſt Altare, ſi fieri poteſt: omninò antè Altare nemo inferior Epiſco-

Digitized by Google

po eſt veſtiendus, licèt loci Superior ſit, niſi utatur Mitra. *Gav. ut ſup. n.* 19.

Interim accenduntur cerei, & pallium violaceum removetur ab Altari, ornatur Credentia cum ſuis neceſſariis ad Miſſam ſolemnem, ut moris eſt, & in fine Litaniarum cantatur ſolemnitèr *Kyrie eleiſon*, ſed ita lentè, ut Sacerdos, & Miniſtri queant procedere ad Altare. *Gav. loc. cit. num.* 20. *&* 21. *Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 28.

Finita incenſatione Altaris, quæ fit more ſolito, Celebrans dicit cum Miniſtris novies *Kyrie eleiſon*, ſubmiſſa voce, tum incipit ſolemnitèr *Gloria &c.* Et pulſantur Campanæ, quando incipit *Hymnus*, non priùs, ſed adverte, nè majores Campanæ pulſentur, antequam ſignum datum fuerit in Cathedrali, ſeu Matrice Eccleſia *ex Decreto Sacr. Rituum Congr.* 21. *Martii* 1609. & eæ tantùm eo caſu pulſabuntur, quæ ſunt intra parietes Eccleſiæ, dato deindè ſigno à Cathedrali, ſeu Matrice, dabitur etiam (licèt detur longè poſt *Gloria in Excelſis*) ſolemne ſignum ab omnibus aliis Eccleſiis cum Campanis majoribus, per Matricem intellige quoque parochialem in Diæceſi: & ſi plures ſint parochiales, eam, quæ aliis major eſt Dignitate, nam antè Matricem hanc, non ſunt pulſandæ campanæ a Confratribus *ex alio Decreto Sac. Rit. Congr.* 19. *Febr.* 1608. *Gav. ut ſup. num.* 22.

Finita Epiſtola, Celebrans incipit *Alleluja* in cornu Epiſtolæ, oſculata priùs ejus manu à Subdiacono, & dũ cãtatur ſtant omnes,

nes; Celebrans autèm poſt cantatum à ſe tertiò *Alleluja*, & dictis quæ ſequuntur, tranſit ad cornu Evangelii lecturus Evangelium more ſolito; Ad Evangelium non portantur luminaria, ſed duo tantùm Acolythi manibus junctis, ſtant unus à dextris, & alter à ſiniſtris Subdiaconi tenentis librum Evãgeliorum; portatur quidem incenſum, petitur benedictio, & alia fiunt de more. *Gav. ut ſup. n.* 23 *&* 24. *& Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 16.

Celebrans, dum cantantur veſperæ [cujus antiphona, *Alleluja*, debet à digniori in Choro incipi] non exuit planetam, ut induat Pluviale, quia non dum eſt finita Miſſa *Gav. loc. cit. n.* 25. *&* 26. *& Cær. Ord. Min. n.* 17.

Miniſtri dicunt cum Celebrante *Pſalmum* & *Magnificat* in cornu Epiſtolæ, ut ſtant ad Introitum Miſſæ; incenſatio itèm fit eodem modo, quo initio Miſſæ, ſed præthereà incenſantur alii de Choro à Diacono. *Gav. ut ſup. n.* 27. De aliis in *Rubr. Miſſal* patet.

Qui dixerit Veſperas in Sabb. Sancto extrà Miſſam, dicto, *Pater noſter*, & *Ave Maria*, incipiat abſolutè ſinè *Deus in adiutorium*, *&c.* & dicto *Fidelium animę*, recitet *Pater noſter*, quo hæc hora finitur. *Cęr. Ord. Min. loc. ſup. cit. n.* 19.

Hac die aliqua de cauſa poterit celebrari de licentia Superioris poſt inchoatum ſaltem Solemne ſacrificium, & Miſſa erit de Sabbato, nullo modo votiva, etiàm prò re gravi: Confeſſio fiet de more cum Pſalmo *Judica*, ſed ea facta, & oſculato Altari, Sacerdos incipiet ibidem immediatè *Ky-*

rie eleiſon, & reliqua cùm veſperis uſque ad finem Miſſæ proſequetur, ut in *Miſſali*. Nullus autèm debet communicare in hac Miſſa, quæ noctis eſt, & ideò non dicitur *Communio*. *Gav. ut ſup. nu.* 28. *&* 29. *& Boliaſ. p.* 1. *cap.* 1. *de Myſt. Miſſ.*

De Cæreo accendendo. Cap. X.

SAcra *Rit. Congr.* 19. *Maii* 1607. cenſuit, Cæreum Paſcalem regulariter accendi debere ad Miſſas, & Veſperas Solemnes in triduo Paſchatis, in Sabbato in Albis, & Dominicis uſquè ad Aſcenſionem; in aliis Feſtis ſeruandã eſſe locorum conſuetudine.

Candelæ verò tres in arundine poſitæ non ultrà Veſperas Sabbati Sancti ardere debent. *Gav. in epit. tract. prim. p.* 4. *tit.* 10. *in Apend. n.* 30. 31. *&* 32. *& Cærem. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 26. *num.* 18.

De Notandis à die Sancto Paſchæ, uſquè ad Feſtum Trinitatis. Cap. XI.

SI Feſtum S. Marci occurrat infrà octavã Paſchæ, transfertur poſt octavam, ſed fit *Proceſſio Litaniarum*, & dicitur *Miſſa Rogationum*, cujus *Præfatio* erit *Tempore Paſchali* in tono feriali cùm *Communicantes*, & *Hanc igitur*, ut infrà octavam ſed non dicitur: *Gloria in excelſis*; & in fine dicitur *Benedicamus Domino* ſinè *Alleluja*, [quòd ſemper ſeruatur, quandò infrà octavam Paſchæ dicuntur Miſſæ cùm paramentis violaceis] quòd

quodſi idem feſtum incidat in diem Paſchæ, transferuntur Litaniæ in feriam tertiam ſequentem *Decr.Sacr.Rit.Congr.* 25. *Sept.* 1627. & dicitur *Miſſa de Rogationibus* ſinè commemoratione octavæ Paſchæ, & alia ut ſuprà *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 11. *n.* 1. 2. 4. *&* 6.

Si Proceſſio Litaniarum majorum terminetur ad Eccleſiam S. Marci cãtatur ibi Miſſa de S. Marco *ex Decret. Sac. Rit. Cong.* 13. *Maii* 1603. alioquin cantantur duæ Miſſæ, una de feſto, alia de Litaniis, *Gav.ut ſup. n.* 3.

Miſſa *Rogationum* tres habet orationes; ſinè *Gloria*, *Credo*, & ſinè *comm.* cujuſcumque feſti occurrentis, de quo ſi novem lectionum eſt, cantantur alia Miſſa. *Gav.l c.n.*6.

In *Feria tertia Rog.* in Miſſis privatis, ſi fiat de feſto novem lectionum, in illiùs Miſſa fit com. *Rogationum*: ſi fiat officium de ſimplici feſto, poteſt dici Miſſa de eo, cum com. *Rog.* vel Miſſa *Rog.* cum commemoratione feſti; ſi verò feſtum non occurrat, dicitur Miſſa *Rogationum* neque in eo fit comm. dè *Officio feriali*, quod peculiare eſt hac die. *Gav. ſup. cit. n.* 7. *&* 8. *ex Rubr.*

Si in *Vigilia Aſcenſionis* occurrat feſtum 9. lect. dicuntur 3. Miſſæ in Collegiatis; de feſto poſt *Tert.* de Vig. poſt *Sext.* & de Rog. poſt Nonã, & in unaquaque harum 2. oratio *Concede*, tertia *Eccleſiæ*, vel *prò Papa*: in privatis verò Miſſis, ſi eo die occurrat Feſtum ſimplex, 2. oratio erit de eo, 3. de Rog. quæ in Officio nullam habent commemorationem, Feſtum enim ſimplex præcedit; & ſi occurrat feſtum 9. lect. Miſſa erit

Digitized by Google

de *Feſto*, 2. oratio *Vigiliæ* 3. *Rog. Gav. ut ſup. n.* 11. & 12. *ex Rubr.*

In *Vigilia Pentecoſtes* de ſimplici nõ fit com. etiàm in Miſſis privatis, licèt in officio facta ſit, & adhibetur *color albus* uſq; ad *Nonam* incluſivè, *violaceus* uſque ad *Miſſam*, *rubeus* deinceps, qui, & in privatis Miſſis hujus diei quoad veſtes celebrantium adhibendus, licet celebrent ante *Nonam*. *Gav. loc. cit. n.* 14. & *Rubr. Miſſal. de Col.*

De Miſſis Votivis. Cap. XII.

REgula generalis eſt, quod in duplicibus, & Dom. & quandocumque prohibetur fieri officium de Dupl. non poſſunt dici. *Miſſ. vot. Rub. Gen. Miſſ.* 4. *n.* 3.

Tempore Adventus in Miſſis votivis non omittitur *Alleluja* cum ſuo *verſu*, licet omittatur in Miſſis ſer. Adv.

A Septuag. uſque ad Paſcha in *Votivis* (iis diebus, in quibus dici poſſunt) ſemper dicitur *Tractus*, etiàm in iis diebus, in quibus non dicitur in Miſſa fer. *Gav. epit. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 17. *n.* 2. & 3.

Tempore Paſſionis in Miſſis *Votivis* dicitur Pſalm. *Judica*, & *Gloria Patri*, in fine Pſalmi *Lavabo*, licet non dicatur in Miſſis de Tempore; *Gav. loc. cit. n.* 4.

Infrà octavam Paſchæ, ſi *Votiva* cantatur prò *re gravi*, in ea non dicitur *Graduale*, ſed 4. *Alleluja* cum 2. *verſibus*, & in fine Miſſæ dicitur, *Ite Miſſa eſt*, ſinè duplici, *Alleluja*. *Gav. ut ſup. n.* 5.

Quandò

Quando officium fit de Feria, & non eſt reſumenda Miſſa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (exceptis feriis Adventus, Quadrageſimæ, quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici poteſt in Miſſa Conventuali aliqua ex Miſſis Votivis, ſecundum ordinem dierum aſſignatum in fine Miſſalis, cum commemoratione feriæ; ſed non Votiva quæcumque ad libitum. *Arnaud. epit. Gav. tract. 1. p 1. tit. 4. n. 2. ex Rubr. Gau. Miſſ. 4. n. 3.*

Miſſæ Votivæ prò *re gravi* cantari poſſint in *Feſtis* non *Maioribus*, ſed non ſunt ullo modo admittendæ in *Feſtis primæ Claſſis*. *Gav. loc. cit. n. 3.*

Res grauis declarata fuit eſſe prò qua convenit totus Clerus cùm Epiſcopo, & apud nos quid ſimile erit. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 18. n. 1. Gav. ut ſup. n. 1. tit. 8. pag. 14. & p. 4. tit. 17. n. 7. & Sac. Cong. Rit. 19. Maii. 1607.*

Miſſa Solemnis prò re gravi dicitur cum *Gloria*, & *Credo*, niſi dicatur in paramentis violaceis; ſi tamèn dicatur in Dominica ſemper dicitur *Cred. rub. gen. Miſ. 8. n. 4. & rub. 11.*

Privatæ Miſſę poterunt dici Votivę quęcumque in diebus non Duplicibus (neque Dominicis ex nova *Rubrica* in *recognicione Miſſalis*) non ſervato dicto ordine dierum aſſignato in fine Miſſalis, arbitrio rationabili Celebrantis. *Gav. ut ſup. p. 1. tit. 4. num. 4. ex Rubr.*

Circà quod aliqua notanda ſunt: & primò, quod prohibentur *Miſſæ Votivæ* in his diebus, in quibus prohibetur fieri de Feſto Duplici

Duplici: nempè infrà *octauam Epiph. Paſch. Pentecoſtes*, in *Feria* 4. *Cinerum* in *Hebdomada maiori*, & in *Vigiliis Nativ. Dom.* & *Pentecoſtes. Sacr. Rit. Congr.* 28. *Aug.* 1677. *Gav. loc. cit.*

Secundò, prohibentur Miſſæ votivæ infrà *octavam Corporis Chriſti*, *ex Decr. Sacr. Congr. Rit.* 1670.

Tertiò, exceptio Votivarum in Dominicis intelligenda eſt de die Dominico tantùm, qui colitur à populo, & non de officio *Dominicæ*: unde ſequitur quòd, ſi in die feriæ fiat officium de Dominica, puta anticipata poſt *Epiphaniam*, ſeù poſt *Pentecoſtes*, vel infrà octavam *Nativit. Dom.* Miſſæ Votiuæ eo caſu non prohibentur. *Gav. loc. ſup. cit. num.* 4.

Infrà octavam *B. M. Virg.* non convenit dicere votivam de eadem; ſed ſi fiat officium de octava, dicatur Miſſa feſtiva conveniens officio cum *Gloria*, & *Credo*; ſi verò fiat officium de aliquo Sancto, dicatur Miſſa feſtiva de *B. Mariæ Virg.* ſed non ritu feſtivo, ut ſine *Gloria*, & *Credo* *Gav. ut ſup. n.* 6. *Tonel. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. *&* 34.

Idem ut ſuprà, ſervandum eſt infrà octavam Sanctorum, & aliarum ſolemnitatum, dummodò Miſſa non ſit de illis, quæ à *Pio V.* prohibentur, ut infrà dicetur.

Si infrà octavam Pentecoſtes dicenda ſit Miſſa Votiva ſolemnis prò *re gravi*, & dicatur de *Spiritu Sancto*, dicenda eſt ea, quæ competit dici occurrentis, & non alia, &c. *Gav. ut ſup.*

Si

Si infra annum petatur Miſſa *Dominicarum*, vel Feſtorum, *Mobilium*, dici non debet, & quamvis ſuper hoc multæ diſputationis habeantur à *DD.* tamen tutius videtur quod non dicatur. *Sacr. Congr. Rit. fol.* 32. *in Reg.*

Si dicenda ſit *Miſſa Votiva de S. Petro Apoſtolo*, vel de *S. Paulo*, dicatur *Miſſa Votiva communis utriuſque* in *fine Miſſalis* aſſignata. *Tonel. ut ſup. num.* 18. *&* *Gav. p.* 4. *tit.* 17. *num.* 8.

Si quis exigat *Miſſam Votivam* de *Aſſumptione*, aut *Nativit. B. M. Virg.* vel aliam ſimilem, dici debet Miſſa de *B. Virgin.* ex his quinque votivis prò diverſitate temporum accomodatis, cum intentione ad honorem *Aſſumptionis*, vel *Nativitatis*, *&c. Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 19. *n.* 7.

Sed ſi exigatur infrà octavas dictarum feſtivitatum, dici debet de octava, licet ea die non fiat officium, ſed ſine *Gloria*, & *Credo*. *Tonel. loc. cit. & Gav. p.* 1. *tit.* 4. *n.* 6.

Miſſa *Roſarii* non conceditur omnibus, ut dictum eſt; ſed ſi quis habeat onus celebrandi Miſſam de Roſario, dicat *votivam* ex quinque aſſignatis *pro diverſitate temporum*, ut ſup. dictum eſt, & ſatisfaciet. *Sac. Rit. Congr.* 6. *Maii* 1623. *&* 7. *Aug. &* 30. *Sept.* 1628.

Sacr. Congr. eodem modo decrevit, ut ſup. de Miſſa S. Mariæ de *M. Carmelo*, nè ſit communis omnibus, ſed Carmelitis tantum 8. *Apr.* 1628.

In Miſſis Votivis de aliis Apoſtolis, quam de

de *SS. Petro*, & *Paulo*, ſi quid ratione temporis deſit, putà *Tractus*, ſeù *verſus* cum *Alleluja*, tempore Paſchali, *Tractus* quidem deſumi poterit ex Miſſa Votiva Apoſtolorum *Petri*, & *Pauli*, *verſus* autem cum *Alleluja tempore Paſchali*, imo verò etiàm *Introitus* cum acceſſoriis ex feſto *S. Marci*. *Gav. ut ſup. num.* 11.

In aliis votivis Sanctorum, vel dicitur Miſſa propria Sancti, ſi habet, mutato in Collecta verbo *Natalitia*, *Feſta*, & ejuſmodi in *Commemorationem*, deſumptis item vel *Tractu*, vel *verſibus*, cum *Alleluja*, vel etiam *Graduali*, ſi opus eſt, ex Miſſa de communi, vel certè tota Miſſa dicatur de communi, habita ratione *Temporis Paſchalis*, & *non Paſcalis*. *Cærem. Ord. Min. p. 2. cap.* 19. *num.* 8.

Quandò præcipitur in Pontificali Romano, ut novi Sacerdotes poſt primam Miſſam dicant tres Miſſas votivas de *Spiritu Sancto*, de *B. M. Virg.* & *pro Defunctis*, id intelligendum eſt, modo eo die non occurat feſtum, quod impediat, aut dies privilegiatus, quia per Miſſam de die privilegiato ſatisfit præcepto Epiſcopi. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 4.

Non licet dicere *Miſſas, Siccas*, quia continent falſitatem, quia in illis Sacerdos ſimulat omnia, quæ facit, cum non conſecret, nec celebret, neq; ſacrificet, ſed ſimulet, ut dictum eſt. *Eccb. &c. & Pollac. in Aph. p.* 1. *Cær.* 7. *n.* 12. *pag.* 32.

Paulus V. vivæ oraculo, declaravit, & ſancivit amplius recipi, aut dici non debe-

re

re quaſdam Miſſas votivas, ſeu Collectas, quæ propriæ ſunt ſolemnitatum, ut in Miſſali Romano deſignantur, ejuſmodi ſunt Miſſæ *Nativitatis*, *Circumciſionis*, *Epiphaniæ*, *Reſurrectionis*, *Aſcenſionis D. N. J. Chriſti*: *Nativitatis*, *Purificationis*, *Aſſumptionis B. M. V. S. Jo. Baptiſtæ*, *& aliæ ejuſdem*, quæ proprios habent Introitus, vel collectas propriæ Solemnitati accomodatas: quas Miſſas, vel collectas extra proprios dies, vel Octavas abſurdum eſſet dicere; quæ verò Miſſæ hujuſmodi jam permiſſæ eſſent, aut receptæ; *Idem Sanctiſſimus* ſtatuit, ut illis omiſſis ſatisfaciat, dicendo *Miſſam de tempore occurrenti*. Miſſæ autèm votivę aliorum feſtorum, aut Solemnitatum, in quibus veritas, & ritus verborum non violatur, nihil prohibet, quia dici poſſint, ſed quantum fieri poteſt, curare debent Sacerdotes, ut omnes Miſſæ votivæ, ad eas, quæ in Miſſali aſſignatæ ſunt, reducantur, nè Eccleſiæ ritus, ad cujuslibet arbitrium, propriæ devotionis prætextu, temerè reducantur. *Sacr. Congr. Rit. in Regeſt. fol.* 32. *Lantuſc v. Miſſ. pag.* 416.

De modo celebrandi in aliquibus locis Terrę Sanctę. Cap. XIII.

POteſt celebrari per totum annum Miſſa in *Sanctiſſimo Sepulchro D. N. J. Chr.* ut in *die Reſurrectionis* cum *Gloria*, & *Credo*, exceptis principalioribus Feſtis primæ claſſis, ac majori Hebdomada. *Sac. Congr. Rit.* 11. *Auguſti* 1643. *&* 5. *Mart.* 1644. *ac* 29.

Maii

Maii 1655. *in Reg. de Propag. Fid. fol.* 129.

In hac Miſſa non dicitùr *Alleluja* à Sept. uſque ad Sabb. S. & tunc ſatis erit dicere *Graduale* cum ſuis *verſibus*, omiſſo verbo *Alleluia Sac. Rit. Cong. &c. Sequentia* etiàm non dicitur niſi infrà octauam *Ex Rit. Eccl.* ut probatur *ex Durand. lib. 4. cap. 22. num. 3. pag. 122.*

Præfatio dicitur, ut in tempore Paſchali: *In hoc potiſſimum glorioſius, &c. Communicantes, & hanc igitur*, non dicuntur, ut in die, ſed, ut in Miſſis communibus. *Oratio*, & alia dicuntur, ut in die, demptis verbis *hodierna die, &c. Ite Miſſa eſt* dicitur ſimiliter ſinè duplici *Alleluia Sac. Congr. Rit. ut ſup.*

Similiter celebrari poteſt, ut ſuprà, in loco proprio. *Natiu. D. N. J. Chriſti*, cum *Gloria, & Credo*, & ſi locus ſit impeditus, ut nunc eſt à Grecis Sciſmaticis; *Sacr. Congr.* concedit celebrari poſſe in illo *Altari, Antr.* propè *Præſepium*, & miſſa erit *Puer &c.* ut in *Tertia Miſſa* excepta *Epiſtola, & Evangelio*, quæ dicuntur ex *Secunda Miſſa*, vel tota Miſſa erit de *Octaua Natiuitatis*, quæ ſequitur poſt Dominicam infrà octauam, quæ eſt ut ſup. &c.

Celebrari poteſt etiàm per totum annum ut dictum eſt de SS. D. N. J. Chr. Sepulchro) ad *Sepulchrum B. M. V.* in *Valle Ioſaphat*, & in loco *Annunciationis in Sancta Ciuitate Nazareth*, ut in die, cum *Gloria, & Credo. Sac. Cong. Rit. ut ſup.*

Tandem *Sac. Congr.* 11. *Aug.* 1643. ut ſup. conceſſit, ut in diebus *S. Ioachim, S. Anna*

S. Ioſeph

S. Ioſeph, *S. Simeonis S. Euſebii*, *S. Paulæ*, & *S. Euſtochii*, ſuprà eorum Sepulchra in Miſſis dicatur *Credo*.

Declaratio, & ordo orationum, qui in Miſſis Votiuis obſeruari debet. Cap. XIV.

IN qualicunque Miſſa votiva orationes *A cunctis*, ſeù *Concede*, & *Eccleſiæ*, aùt aliæ quæcumque aſſignatæ ab Eccleſia prò 2. & 3. loco poſſunt omitti ob commemorationem de præcepto, v. g. alicuius Sancti Simplicis iuxtà *rubr. Gen. Miſſ.* 9. *n.* 16. Non verò ob aliam orationem votivam, ſeù ad libitum Sacerdotis, ſivè alteriùs imperantis; quod quidem clariſſimè patet, tùm ratione, quia lex communis, ſicuti eſt illa, quæ datur ab Eccleſia, præponi debet arbitrio, hoc eſt legi privatæ, quam in orationibus votivis, quæ non concordant cum officio, facit ſibi Sacerdos, ſivè alius Sacerdoti imperans, tùm ex ipſa *rub. Gen. Miſſ.* 7. *ubi num.* 5. *ſic ait*, in faciendis commemorationibus ſervatur ordo, ut in Breviario, & ibidem paulò infrà: de feſto ſimplici antè orationes, quæ 2. vel 3. loco dicendæ aſſignantur, & hæ dicantur antè orationes votivas, tùm deniquè authoritate, quia *Gav. p.* 1. *tit.* 7. *pag.* 14. *litt.* *K* explicat prædictam Rubricam ſic; Votiuæ (quæ ad arbitrium Sacerdotis dicũtur) poſteriorem occupant locum, & ſicut Votiua v. g. de *Spiritu Sancto* cedit commemorationi *feſti ſimplicis*, ità cedere debet orationi *A cunctis*, vel aliis, quæ 2. & 3. loco

eo iubentur dici, *& ibidem tit. 9. pag. 22. l. 3.* explicans illam particulam ad libitum poſitam *in rub. gen. Miſſal. 9. nu.* 12. ſic tenet: ad libitum tamèn non ſignificat, quòd quaſcunque velis orationes dicas, ſed eas priùs, quæ in rubricis aſſignantur pro 2. vel 3. & tunc ſuprà illas, quæ tibi magis placent, addere poteris alias, cùm debito tamèn ordine, & numero, igitur, &c.

Undè, quando oratio *A cunctis* aſſignatur ab Eccleſia pro 2. loco, & prò 3. alia ad libitum, tùnc in Miſſis Votiuis de Angelis, de Spiritu Sancto, de Paſſione, & de alia quacunque (ut numerus ſit impar) ad minus debent dari quinque orationes: prima erit de ipſa Miſſa votiva, 2. de eo, cujus eſt officium illiùs diei: 3. *A cunctis*, 4. illa, quæ imperatur à Superiore, & pro 5. alia ad libitum Sacerdotis, ſervata tamèn in iſtis duabus ultimis dignitate eorum, de quibus ſunt.

Si autèm in officio facta fuerit commemoratio alicujus Feriæ, aut feſti Simplicis, &c. iſta ponetur prò 3. 4. erit *A cunctis*, & prò 5. illa à Superiore imperata, quia hic ſuppono, quòd à Superiore aliqua oratio imperetur.

In Miſſa Votiva de Apoſtolis juxtà *rubr. gen. Miſſal. 9. n.* 15. in ipſo tempore, loco 3. *A cunctis* dabitur *Concede nos* de B. V. Maria, ac deindè aliæ ad libitum, ſeù votiuæ, modo, quo ſuprà. Si autem danda ſit alia commemoratio feriæ, &c. iſta erit 3. 4. *Concede nos*, prò ultima illa imperata.

Dixi in ipſo tempore, quia, quandò prò

2. ora-

2. orat. aſſignatur *Eccleſiæ* tùnc non debet fieri permutatio, ſed ipſa *Eccleſia* debet dari.

Quandò aſſignatæ ſunt ab Eccleſia prò 2. & 3. loco *Concede*, & *Eccleſiæ* in primis ex ſupradictis Miſſis votivis, ſicuti, & in votivis de Apoſtolis, 3. oratio erit *Concede*, 4. *Eccleſiæ* (vel *pro Papa*, ſi Miſſa votiva non ſit prò illo applicanda, tùnc enim ſempèr debet eſſe *Eccleſiæ*, quia illa *pro Papa* poſtea ponitur iuſſu Superioris) prò 5. illa à Superiore imperata, vel ſi imperata non ſit, alia ponetur ad libitum Sacerdotis. Uel poteſt poni illa imperata *pro Papa* loco *Eccleſiæ*, & tùnc iàm non fiet deinceps alia prò illo commemoratio, ſed loco 5. dabitur alia ad libitum Sacerdotis.

In Miſſis autèm votivis de B. Virg. ſiuè aſſignatæ ab Eccleſia prò 2. loco ſint. *A cunctis*, & 3. ad libitum, ſivè ſint *Concede*, & *Eccleſiæ*, ſemper iſtarum loco dicuntur, *Deus qui corda*, & *Eccleſiæ*, ut patet in *rub. gen. Miſſ.* 9. *num.* 15. ideoque in dictis Miſſis tertiùm locum obtinebit *Deus qui corda*, quartum *Eccleſię*, & prò 5. illa imperata, vel alia ad libitum, ut ſuprà.

Prædictus ordo poteſt obſervari uſquè ad ſeptem orationes in prædictis Miſſis (imò ad numerum debet perveniri iuxtà ſupra allegatum) ſi ratione feriæ, & Feſti ſimplicis, vel ob aliam rationem, orationes debitæ pervenerint ad quintam incluſiuè.

Plures, quàm ſeptem etiàm poſſent dici, ſed quia tædio eſſent audientibus, ideò nunquam

quam, aut rarò pervenitur ad nonam. *Ita Gav. p. 1. tit. 9. pag. 22. lit. F. citans Miſſ. cap. 4.*

Undè, ſi ratione octavarum, ſimplicium, aut aliam ob cauſam orationes debitæ juxta Rubricas pervenerint ad numerum ſeptimum incluſivè, tunc illa imperata à Superiore erit Octava: patet exemplo iſto allegato à *Gav. loco ſupra cit.* ubi ait quòd *Romæ contigit anno* 1628. *in Eccleſia Angelorum* dici octo collectas, quarum ultimum locum obtinuit *Deus refugium &c.* imperatum à Summo Pontifice.

In qualicumque Miſſa non debet de eodem fieri bis, nec ejus quidem nomen repeti per modum principalis, ſive Miſſa ſit de Feſto, ſive votiva, neque in ordine data, ſeu aſſignata per modum commemorationis formalitèr, quæ dicit Ordinem ad Officium.

Poteſt tamen, imò poſito caſu, debet de eodem fieri bis, & ejus nomen repeti per modum merè commemorationis ad libitum, ſive Sacerdotis, ſivè alterius imperantis, quia talis Oratio, nec dicit ordinem ad Officium, nequè eſt vicinior ipſi principali, ſed purè acceſſoria, & remotior à prima, quod accidere poteſt à prima Oratione ad libitum incluſivè, uſque ad quinque, vel ſeptem, &c. ut manet ſupra dictum.

Prima pars conſtat ex ipſis Rubricis, & determinatione Miſſalis, ubi *Rub. 9. num.* 15. in Miſſis de B. Virg. loco *A cunctis*, vel *Concede* aſſignatur *Deus, qui corda*, & in Miſſis de Apoſtolis loco *A cunctis* aſſignatur, *Concede nos*, qualicèt nulla ex his, ſcilicèt *A cunctis,*

&c.

&c. ſi in illis principalis orat. dicit tamen ordinem ad Officium, ideòque aſſignatæ ab Eccleſia pro 2. loco ad poſcenda ſuffragia propterea quæ in ea nō debet repeti nomē illius qui jam invocatur in oratione principalis, ſivè feſti, ſivè votiva; igitur &c. Unde in Oratione *A cunctis*, in quocumque loco ſit, debet omitti nomen illi (ſi in illa ſit annotatum per littera N. puta Patroni) quia jam fuit nominatus expreſsè in Oratione principali ſivè feſti, ſivè votiva Vig. in Miſſa Feſtiva, ſivè votiva Stigmatū, vel Natalis S. P. Franciſci in tali orat. *A cunctis* ejus nomen non debet repeti in littera N. ſicuti neque in Oratione, *Mundet, &c.* ſed vel debet taceri, vel loco illius pōni nomē Cōpatroni (ſi adſit) aut ſi nō adſit, poterit vice illius nominari alius ad libitum ità *Gav. p. 1. tit. 9. pag. 23. litt. H.*

Secunda pars etiam conſtat, quia (ut ait *Gav. p. 4. tit. 17. pag. 233. num. 27.*) alioquin ſequeretur, quòd quando plures dici poſſunt Orationes, inter quas certum eſt fieri ſemper mentionem de Beata Virgine in oratione *A cunctis, & Concede*, nunquam in dictis Miſſis poteſt dici oratio *Concede quæſumus* ad poſcenda ſuffragia Sanctorum, neque alia pro *Congregatione, & Familia*, in quibus ſit expreſſa mentio de B. Virgine, itaque eſſent fruſtra in Miſſali, quod non debet dici, imò neque in Miſſa votiva de Spiritu Sancto cū quinque, vel ſeptem orationibus non poſſe unquam dici oratio, *Ure igne* ad poſtulandā continentiam, neque alia pro devotis amicis, in quibus nominatur Spiritus S. neque in

vo-

votiva de Apoſtolis, & in aliis Miſſis, in quibus dicitur *A cunctis* unquam poſſet dici orat. pro *conſtituto in Carcere*, in qua nominatur *B. Petrus*, ideòque omnes iſtæ orationes eſſent ſimilitèr fruſtrà in Miſſali, ſed hoc dicere eſſet abſurdum, igitur ultra principalē, ſivè feſti, ſivè Miſſæ votivæ orationem, & viciniorem acceſioriam *A cunctis*, v. g. quæ commemorationem ſapit, & dicit ordinem ad officium, ob quod debet eſſe diverſa a prima collecta, poteſt (imo poſito caſu) debet iterum fieri de novo mentio eorum, qui in prima, vel altera collecta fuere nominati in aliis purè acceſſoriis, & remotioribus a prima, quæ ſunt omnes ſequentes illas à prima ad libitum, ſeu votiva incluſivè, uſque ad quintum, vel ſeptimum numerum, &c. ut ſupra dictum eſt. *Gav. loco ſup. cit.*

Undè, dummodò talis repetitio non fiat in acceſſoria viciniori, v. g. *A cunctis*, quæ quidem ſapit commemorationem, & dicit Ordinem ad Officium, non obſtat (imò dato caſu, debet fieri in aliis poſt illam purè acceſſoriis, & remotioribus, ut ſupra: neque obſtat primò nominari in tali acceſſoria viciniori *A cunctis*, v. g. vel *Concede*, ut iterùm poſteà nominetur in prædictis purè acceſſoriis, & remotioribus à prima, ideòque in Miſſa de Angelis, vel alia quacumque in Oratione *A cunctis*, debet nominari B. Virgo, quamvis poſteà iterùm nominanda ſit in Oratione *Defende* pro Congregatione, & familia; & ſimilitèr orat. *Concede*, debet

bet dari, ſi illo tempore pro 2. loco aſſignetur: & in Miſſa votiva de Spiritu Sancto poſt acceſſoriam viciniorem ab Eccleſia aſſignatam non obſtat poni *Ure igne &c.* ad poſtulandam continentiam, quamvis in prima, & principali oratione jam facta, ſit expreſsę ipſius Spiritus Sancti mentio; & ſic de aliis. Vide *Gav. loco ſup. cit. ubi fusè de hoc agit.*

1 Ex ſupradictis reſolvitur quòd in Miſſa Votiva de Apoſtolis, quando non adeſt alia feria, aut ſimplicis commemoratio, prima oratio erit de ipſa Miſſa, 2. de eo, de quo ſit Officium 4. *Concede nos* de Beata Virgine loco *A cunctis*, eo tempore, quo iſta aſſignatur pro 2. loto 4. illa imperata, & pro 5. alia ad libitum, ſervato tamèn inter iſtas ordine, & earum dignitate.

Quandò autèm illæ aſſignatæ ſunt *Concede*, & *Eccleſię*, iſtæ obtinebunt tertium, & quartum locum, & in quinto ponetur imperata.

2 In Miſſa votiva de Angelis 1. oratio erit de ipſa Miſſa 2. de officio diei 3. *A cunctis* 4. illa imperata 5. ad libitum, ſervato ordine, & dignitate, ut ſuprà.

Si autem ſint pro tunc aſſignatæ, *Concede*, & *Eccleſię*, iſtæ erunt in 3. & 4. loco, in 5. vero illa imperata.

3 In Miſſa votiva de Spiritu Sancto 1. oratio erit de ipſa Miſſa, & reliquæ, ut ſuprà in Miſſa de Angelis.

4 In Miſſa votiva de Paſſione ſimilitèr fiet, excepta 1. quæ erit de ipſa Miſſa.

Z 5 In

5 In Miſſa votiva de Conceptione B. M. V. ſive aſſignata ab Eccleſia ſit *A cunctis*, ſive *Concede* pro iſtis dantur *Deus*, *qui corda*, & *Eccleſiæ*, quæ obtinebunt tertium, & quartum locum, & illa imperata quintum.

6 In nulla Miſſa poteſt de eodem fieri bis neque eis nomen expreſsè repeti intra limites ſcilicèt orationem, quæ quomodolibèt dicunt ordinem ad Officium, quæ quidèm ſunt à prima oratione Miſſæ, uſque ad ultimam aſſignatam ab Eccleſia pro 2. vel 3. loco incluſivè.

7 Undè in Miſſa votiva de Apoſtolis, quia in oratione *A cunctis* aſſignata pro 2. loco fit mentio Apoſtolorum Petri, & Pauli loco illius ab ipſa Eccleſia aſſignatur *Concede nos* de B. V. Maria, itaque in tali Miſſa loco *A cunctis*, debet dari *Concede*.

8 Item in Miſſa votiva B. M. V. de Conceptione v. g. in Sabbato, ſive pro tunc aſſignetur *A cunctis*, ſive *Concede*, loco iſtarum ponitur *Deus*, *qui corda*, ut intra limites earum non fiat invocatio, ſeu petitio.

9 Similitèr, ſi Miſſa votiva dicatur in die, quo fit de Stigmatibus S. P. N. Franciſci nomen ipſius debet taceri in Oratione *A cunctis*: vel ſi velis ponere, potes nomen alterius Compatroni (ſi adſit) alioquin autèm aliud pro ſua devotione.

10 Poteſt autèm fieri de eodem bis in Miſſa, imò poſito caſu, debet, dummodò ſemel fiat in una ex illis ſupradictis orationibus quomodolibèt Ordinem ad Officium dicentibus, & poſteà in aliis purè acceſſoriis,

&

& remotioribus à prima, ſcilicèt à prima ad libitum incluſivè, uſque ad ultimam orationem, quæ dantur.

11 Undè in Miſſa votiva de Angelis, nec Oratio *Concede nos*, poteſt omitti ſi aſſignetur pro 2. loco, nequè in oratione *A cunctis* nomen B. M. V. relinqui, ſi in illo tempore detur, quamvis poſteà in oratione *Defende* pro Congregatione, & Familia (quæ quidèm purè acceſſoria eſt, & nullũ dicens Ordinem ad officium) iterùm ipſa B. Virgo expreſsè nominetur. *Hęc ex Rub. Miſ. & Gav. loco ſup. cit.*

* * *

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Miſſa Defunctorum, tàm privata, quàm ſolemni, & de iis, quæ obſervanda in Exequiis, & Officio Mortuorum.

LIBER OCTAVUS.

De iis, quæ omittuntur in Miſſa pro Defunctis. *Cap. I.*

IN Miſſis pro Defunctis ante Confeſſionem non dicitur Pſalmus, *Judica me Deus*, ſed pronuuciata Antiphona, *Introibo ad Altare Dei*, & reſponſo à Miniſtro *Ad Deum, qui lætificat, &c.* dicitur verſus *Adjutorium noſtrum*, & Confeſſio, cum reliquis, ut ſuprà. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum, non ſignat ſe, ſed manu dextera extenſa facit Signum Crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur *Gloria Patri*, ſed poſt Pſalmum repetitur *Requiem æternam*, nec dicitur *Gloria in excelſis*, nec *Alleluja*, nec, *Jube Domne benedicere*, nec *Dominus ſit in corde meo*, nec oſculatur Librum in fine, non dicitur *Credo*, nec benedicitur aqua in Calicem fundenda; dicitur tamèn Oratio *Deus, qui humanæ Subſtantiæ, &c.* Cum lavat manus in fine Pſalmi, *Lavabo inter innocentes &c.* non dicitur *Gloria Patri*, Ad

Agnus

Agnus Dei, non dicitur Miſerere nobis, ſed ejus loco dicitur Dona eis Requiem, nec tertiò Dona nobis pacem, ſed ejus loco Dona eis Requiem Sempiternam, nec percutitur pectus. Non dicitur prima oratio antè Communionem, ſcilicet, Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur Pax. In fine non dicitur Ite Miſſa eſt, nec Benedicamus Domino, ſed, Requieſcant in pace. Et non datur Benedictio: Sed dicto Placeat, & oſculato Altari, dicitur ut ſupra, In Principio erat verbum, &c. Alia omnia ut in aliis Miſſis. *Rubr. Miſſ.* 13. *n.* 1.

Quando Celebrans incipit *Introitum*, dextra ſignat librum, ſiniſtra ſuper Miſſali poſita. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 3. *Tonel. in Sacr. Ench. lib.* 2. *tit.* 13. *&* *tit.* 3.

In fine Evangelii non oſculatur librum, nec dicit *Per Evangelica dicta*. *Boliaſc. p.* 3. *cap.* 16. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 19. *n.* 15. *& Rubr. Miſſ.* 6. *n.* 2. *&* 13. *n.* 1. *&* 2.

Quædam notanda circa Miſſam, tàm privatam, quàm Solemnem pro Defunctis.
Cap. II.

PRima die cujuſq; menſis (extrà Adventũ Quadrageſimam, & tempus Paſchale,) non impedita officio Duplici, vel Semiduplici, dicitur Miſſa Principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & aliis, quotidiana.

Si verò in ea fuerit feſtum ſimplex, vel feria, quæ propriam habeat Miſſam, aut re-

eo iubentur dici, *& ibidem tit. 9. pag. 22. l. 3.* explicans illam particulam ad libitum poſitam *in rub. gen. Miſſal. 9. nu.* 12. ſic tenet: ad libitum tamèn non ſignificat, quòd quaſcunque velis orationes dicas, ſed eas priùs, quæ in rubricis aſſignantur pro 2. vel 3. & tunc ſuprà illas, quæ tibi magis placent, addere poteris alias, cùm debito tamèn ordine, & numero, igitur, &c.

Undè, quando oratio *A cunctis* aſſignatur ab Eccleſia pro 2. loco, & prò 3. alia ad libitum, tùnc in Miſſis Votiuis de Angelis, de Spiritu Sancto, de Paſſione, & de alia quacunque (ut numerus ſit impar) ad minus debent dari quinque orationes: prima erit de ipſa Miſſa votiva, 2. de eo, cujus eſt officium illiùs diei: 3. *A cunctis*, 4. illa, quæ imperatur à Superiore, & pro 5. alia ad libitum Sacerdotis, ſervata tamèn in iſtis duabus ultimis dignitate eorum, de quibus ſunt.

Si autèm in officio facta fuerit commemoratio alicujus Feriæ, aut feſti Simplicis, &c. iſta ponetur prò 3. 4. erit *A cunctis*, & prò 5. illa à Superiore imperata, quia hic ſuppono, quòd à Superiore aliqua oratio imperetur.

In Miſſa Votiva de Apoſtolis juxtà *rubr. gen. Miſſal. 9. n.* 15. in ipſo tempore, loco 3. *A cunctis* dabitur *Concede nos* de B. V. Maria, ac deindè aliæ ad libitum, ſeù votiuæ, modo, quo ſuprà. Si autem danda ſit alia commemoratio feriæ, &c. iſta erit 3. 4. *Concede nos*, prò ultima illa imperata.

Dixi in ipſo tempore, quia, quandò prò

2. ora-

2. orat. aſſignatur *Eccleſiæ* tùnc non debet fieri permutatio, ſed ipſa *Eccleſia* debet dari.

Quandò aſſignatæ ſunt ab Eccleſia prò 2. & 3. loco *Concede*, & *Eccleſiæ* in primis ex ſupradictis Miſſis votivis, ſicuti, & in votivis de Apoſtolis, 3. oratio erit *Concede*, 4. *Eccleſiæ* (vel *pro Papa*, ſi Miſſa votiva non ſit prò illo applicanda, tùnc enim ſempèr debet eſſe *Eccleſiæ*, quia illa *pro Papa* poſtea ponitur iuſſu Superioris) prò 5. illa à Superiore imperata, vel ſi imperata non ſit, alia ponetur ad libitum Sacerdotis. Uel poteſt poni illa imperata *pro Papa* loco *Eccleſiæ*, & tùnc iàm non fiet deinceps alia prò illo commemoratio, ſed loco 5. dabitur alia ad libitum Sacerdotis.

In Miſſis autèm votivis de B. Virg. ſiuè aſſignatæ ab Eccleſia prò 2. loco ſint. *A cunctis*, & 3. ad libitum, ſivè ſint *Concede*, & *Eccleſiæ*, ſemper iſtarum loco dicuntur, *Deus qui corda*, & *Eccleſiæ*, ut patet in *rub. gen. Miſſ.* 9. *num.* 15. ideoque in dictis Miſſis tertiùm locum obtinebit *Deus qui corda*, quartum *Eccleſię*, & prò 5. illa imperata, vel alia ad libitum, ut ſuprà.

Prædictus ordo poteſt obſervari uſquè ad ſeptem orationes in prædictis Miſſis (imò ad numerum debet perveniri iuxtà ſupra allegatum) ſi ratione feriæ, & Feſtis implicis, vel ob aliam rationem, orationes debitæ pervenerint ad quintam incluſiuè.

Plures, quàm ſeptem etiàm poſſent dici, ſed quia tædio eſſent audientibus, ideò nunquam

nunquam

quam, aut rarò pervenitur ad nonam. *Ita Gav. p. 1. tit. 9. pag. 22. lit. F. citans Miſſ. cap. 4.*

Undè, ſi ratione octavarum, ſimplicium, aut aliam ob cauſam orationes debitæ juxta Rubricas pervenerint ad numerum ſeptimum incluſivè, tunc illa imperata à Superiore erit Octava: patet exemplo iſto allegato à *Gav. loco ſupra cit.* ubi ait quòd *Romæ contigit anno* 1628. *in Eccleſia Angelorum* dici octo collectas, quarum ultimum locum obtinuit *Deus refugium &c.* imperatum à Summo Pontifice.

In qualicumque Miſſa non debet de eodem fieri bis, nec ejus quidem nomen repeti per modum principalis, ſive Miſſa ſit de Feſto, ſive votiva, neque in ordine datā, ſeu aſſignata per modum commemorationis formalitèr, quæ dicit Ordinem ad Officium.

Poteſt tamen, imò poſito caſu, debet de eodem fieri bis, & ejus nomen repeti per modum merè commemorationis al libitum, ſive Sacerdotis, ſivè alterius imperantis, quia talis Oratio, nec dicit ordinem ad Officium, nequè eſt vicinior ipſi principali, ſed purè acceſſoria, & remotior à prima, quod accidere poteſt à prima Oratione ad libitum incluſivè, uſque ad quinque, vel ſeptem, &c. ut manet ſupra dictum.

Prima pars conſtat ex ipſis Rubricis, & determinatione Miſſalis, ubi *Rub. 9. num.* 15. in Miſſis de B. Virg. loco *A cunctis*, vel *Concede* aſſignatur *Deus, qui corda*, & in Miſſis de Apoſtolis loco *A cunctis* aſſignatur, *Concede nos*, qua licèt nulla ex his, ſcilicèt *A cunctis, &c.*

&c. ſi in illis principalis orat. dicit tamen ordinem ad Officium, ideòque aſſignatæ ab Eccleſia pro 2. loco ad poſcenda ſuffragia propterea quæ in ea nõ debet repeti nomẽ illius qui jam invocatur in oratione principalis, ſivè feſti, ſivè votiva; igitur &c. Unde in Oratione *A cunctis*, in quocumque loco ſit, debet omitti nomen illi (ſi in illa ſit annotatum per littera N. puta Patroni) quia jam fuit nominatus expreſsè in Oratione principali ſivè feſti, ſivè votiva Vig. in Miſſa Feſtiva, ſivè votiva Stigmatũ, vel Natalis S. P. Franciſci in tali orat. *A cunctis* ejus nomen non debet repeti in littera N. ſicuti neque in Oratione, *Mundet, &c.* ſed vel debet taceri, vel loco illius poni nomẽ Cõpatroni (ſi adſit) aut ſi nõ adſit, poterit vice illius nominari alius ad libitum ità *Gav. p. 1. tit. 9. pag. 23. litt. H.*

Secunda pars etiam conſtat, quia (ut ait *Gav. p. 4. tit. 17. pag. 233. num. 27.*) alioquin ſequeretur, quòd quando plures dici poſſunt Orationes, inter quas certum eſt fieri ſemper mentionem de Beata Virgine in oratione *A cunctis, & Concede*, nunquam in dictis Miſſis poteſt dici oratio *Concede quæſumus* ad poſcenda ſuffragia Sanctorum, neque alia pro *Congregatione, & Familia*, in quibus fit expreſſa mentio de B. Virgine, itaque eſſent fruſtra in Miſſali, quod non debet dici, imò neque in Miſſa votiva de Spiritu Sancto cũ quinque, vel ſeptem orationibus non poſſe unquam dici oratio, *Ure igne* ad poſtulandã continentiam, neque alia pro devotis amicis, in quibus nominatur Spiritus S. neque in

vo-

votiva de Apoſtolis, & in aliis Miſſis, in quibus dicitur *A cunctis* unquam poſſet dici orat. pro *conſtituto in Carcere*, in qua nominatur *B. Petrus*, ideòque omnes iſtæ orationes eſſent ſimilitèr fruſtrà in Miſſali, ſed hoc dicere eſſet abſurdum, igitur ultra principalē, ſivè feſti, ſivè Miſſæ votivæ orationem, & viciniorem acceſioriam *A cunctis*, v. g. quæ commemorationem ſapit, & dicit ordinem ad officium, ob quod debet eſſe diverſa a prima collecta, poteſt (imo poſitò caſu) debet iterum fieri de novo mentio eorum, qui in prima, vel altera collecta fuere nominati in aliis purè acceſſoriis, & remotioribus a prima, quæ ſunt omnes ſequentes illas à prima ad libitum, ſeu votiva incluſivè, uſque ad quintum, vel ſeptimum numerum, &c. ut ſupra dictum eſt. *Gav. loco ſup. cit.*

Undè, dummodò talis repetitio non fiat in acceſſoria viciniori, v. g. *A cunctis*, quæ quidem ſapit commemorationem, & dicit Ordinem ad Officium, non obſtat (imò dato caſu, debet fieri in aliis poſt illam purè acceſſoriis, & remotioribus, ut ſupra: nequè obſtat primò nominari in tali acceſſoria viciniori *A cunctis*, v. g. vel *Concede*, ut iterùm poſteà nominetur in prædictis purè acceſſoriis, & remotioribus à prima, ideòque in Miſſa de Angelis, vel alia quacumque in Oratione *A cunctis*, debet nominari B. Virgo, quamvis poſteà iterùm nominanda ſit in Oratione *Defende* pro Congregatione, & familia; & ſimilitèr orat. *Concede*, debet

bet dari, ſi illo tempore pro 2. loco aſſignetur: & in Miſſa votiva de Spiritu Sancto poſt acceſſoriam viciniorem ab Eccleſia aſſignatam non obſtat poni *Ure igne &c.* ad poſtulandam continentiam, quamvis in prima, & principali oratione jam facta, ſit expreſsę ipſius Spiritus Sancti mentio; & ſic de aliis. Vide *Gav. loco ſup. cit. ubi fusè de hoc agit.*

1 Ex ſupradictis reſolvitur quòd in Miſſa Votiva de Apoſtolis, quando non adeſt alia feria, aut ſimplicis commemoratio, prima oratio erit de ipſa Miſſa, 2. de eo, de quo fit Officium 4. *Concede nos* de Beata Virgine loco *A cunctis*, eo tempore, quo iſta aſſignatur pro 2. loco 4. illa imperata, & pro 5. alia ad libitum, ſervato tamèn inter iſtas ordine, & earum dignitate.

Quandò autèm illæ aſſignatæ ſunt *Concede*, & *Eccleſię*, iſtæ obtinebunt tertium, & quartum locum, & in quinto ponetur imperata.

2 In Miſſa votiva de Angelis 1. oratio erit de ipſa Miſſa 2. de officio diei 3. *A cunctis* 4. illa imperata 5. ad libitum, ſervato ordine, & dignitate, ut ſuprà.

Si autem ſint pro tunc aſſignatæ, *Concede*, & *Eccleſię*, iſtæ erunt in 3. & 4. loco, in 5. vero illa imperata.

3 In Miſſa votiva de Spiritu Sancto 1. oratio erit de ipſa Miſſa, & reliquæ, ut ſuprà in Miſſa de Angelis.

4 In Miſſa votiva de Paſſione ſimilitèr fiet, excepta 1. quæ erit de ipſa Miſſa.

Digitized by Google

5 In Miſſa votiva de Conceptione B. M. V. ſive aſſignata ab Eccleſia ſit *A cunctis*, ſive *Concede* pro iſtis dantur *Deus*, *qui corda*, & *Eccleſiæ*, quæ obtinebunt tertium, & quartum locum, & illa imperata quintum.

6 In nulla Miſſa poteſt de eodem fieri bis neque eis nomen expreſsè repeti intra limites ſcilicèt orationem, quæ quomodolibèt dicunt ordinem ad Officium, quæ quidèm ſunt à prima oratione Miſſæ, uſque ad ultimam aſſignatam ab Eccleſia pro 2. vel 3. loco incluſivè.

7 Undè in Miſſa votiva de Apoſtolis, quia in oratione *A cunctis* aſſignata pro 2. loco fit mentio Apoſtolorum Petri, & Pauli loco illius ab ipſa Eccleſia aſſignatur *Concede nos* de B. V. Maria, itaque in tali Miſſa loco *A cunctis*, debet dari *Concede*.

8 Item in Miſſa votiva B.M.V. de Conceptione v. g. in Sabbato, ſive pro tunc aſſignetur *A cunctis*, ſive *Concede*, loco iſtarum ponitur *Deus*, *qui corda*, ut intra limites earum non fiat invocatio, ſeu petitio.

9 Similitèr, ſi Miſſa votiva dicatur in die, quo fit de Stigmatibus S. P. N. Franciſci nomen ipſius debet taceri in Oratione *A cunctis*: vel ſi velis ponere, potes nomen alterius Compatroni (ſi adſit) alioquin autèm aliud pro ſua devotione.

10 Poteſt autèm fieri de eodem bis in Miſſa, imò poſito caſu, debet, dummodò ſemel fiat in una ex illis ſupradictis orationibus quomodolibèt Ordinem ad Officium dicentibus, & poſteà in aliis purè acceſſoriis,

&

& remotioribus à prima, ſcilicèt à prima ad libitum incluſivè, uſque ad ultimam orationem, quæ dantur.

11 Undè in Miſſa votiva de Angelis, nec Oratio *Concede nos*, poteſt omitti ſi aſſignetur pro 2. loco, nequè in oratione *A cunctis* nomen B. M. V. relinqui, ſi in illo tempore detur, quamvis poſteà in oratione *Defende* pro Congregatione, & Familia (quæ quidèm pure acceſſoria eſt, & nullũ dicens Ordinem ad officium) iterùm ipſa B. Virgo expreſsè nominetur. *Hęc ex Rub. Miſ. & Gav. loco ſup. cit.*

* * *

SACRARUM CÆREMONIARUM SILVA

De Miſſa Defunctorum, tàm privata, quàm ſolemni, & de iis, quæ obſervanda in Exequiis, & Officio Mortuorum.

LIBER OCTAVUS.

De iis, quæ omittuntur in Miſſa pro Defunctis. Cap. I.

IN Miſſis pro Defunctis ante Confeſſionem non dicitur Pſalmus, *Judica me Deus*, ſed pronunciata Antiphona, *Introibo ad Altare Dei*, & reſponſo à Miniſtro *Ad Deum, qui lætificat, &c.* dicitur verſus *Adjutorium noſtrum*, & Confeſſio, cum reliquis, ut ſuprà. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum, non ſignat ſe, ſed manu dextera extenſa facit Signum Crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur *Gloria Patri*, ſed poſt Pſalmum repetitur *Requiem æternam*, nec dicitur *Gloria in excelſis*, nec *Alleluja*, nec, *Jube Domne benedicere*, nec *Dominus ſit in corde meo*, nec oſculatur Librum in fine, non dicitur *Credo*, nec benedicitur aqua in Calicem fundenda; dicitur tamèn Oratio *Deus, qui humanæ Subſtantię, &c.* Cum lavat manus in fine Pſalmi, *Lavabo inter innocentes &c.* non dicitur *Gloria Patri*, Ad

Agnus

Agnus Dei, non dicitur Miſerere nobis, ſed ejus loco dicitur Dona eis Requjem, nec tertiò Dona nobis pacem, ſed ejus loco Dona eis Requjem Sempiternam, nec percutitur pectus. Non dicitur prima oratio antè Communionem, ſcilicet, Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur Pax. In fine non dicitur Ite Miſſa eſt, nec Benedicamus Domino, ſed, Requjeſcant in pace. Et non datur Benedictio: Sed dicto Placeat, & oſculato Altari, dicitur ut ſupra, In Principio erat verbum, &c. Alia omnia ut in aliis Miſſis. *Rubr. Miſſ.* 13. *n.* 1.

Quando Celebrans incipit *Introitum*, dextra ſignat librum, ſiniſtra ſuper Miſſali poſita. *Gav. in Epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 3. *Tonel. in Sacr. Ench. lib.* 2. *tit.* 13. *&* *tit.* 3.

In fine Evangelii non oſculatur librum, nec dicit *Per Evangelica dicta*. *Boliaſc. p.* 3. *cap.* 16. *Cær. Ord. Min. p.* 2. *cap.* 19. *n.* 15. *& Rubr. Miſſ.* 6. *n.* 2. *&* 13. *n.* 1. *&* 2.

Quædam notanda circa Miſſam, tàm privatam, quàm Solemnem pro Defunctis. *Cap. II.*

PRima die cujuſq; menſis (extrà Adventũ Quadrageſimam, & tempus Paſchale,) non impedita officio Duplici, vel Semiduplici, dicitur Miſſa Principalis generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & aliis, quotidiana.

Si verò in ea fuerit feſtum ſimplex, vel feria, quæ propriam habeat Miſſam, aut reſumenda

ſit Miſſa Domnicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infrà Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo reſumi poſſit: in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis dicantur duæ Miſſæ, una pro Defunctis, alia de Feſto ſimplici, vel feria prædicta; ſed in Eccleſiis non Cathedralibus, nec Collegiatis, dicatur Miſſa de die cum commemoratione generalitèr pro Def. *Rub. Miſſ. 5. n. 1.*

Præthereà feria ſecunda cujuſque Hebdomadæ, in qua officium fit de Feria, Miſſa Principalis dici poteſt pro Defunctis; Si autem fuerit propria Miſſa de Feria, vel de Feſto ſimplici, vel reſumenda ſit Miſſa Dominicæ præcedentis, ut ſupra, in Miſſa de die fiat commemoratio (ut dictum eſt) prò Defunctis. Excipitur tamèn Quadrageſima, & totum tempus Paſchale, & quandò per annum officium eſt Duplex, vel ſemiduplex, quibus temporibus non dicitur Miſſa Conventualis pro Defunctis (niſi in die Depoſitionis Defuncti, & in Anniverſario prò Defunctis, neque pro eis fit *Commemoratio*: *Rubr. Miſſ. ut ſup. n. 2.*

Hæc Rubrica, & ſuperior inteligenda eſt de Miſſa Conventuali, & nullo modo de privatis, ſive præſcribatur Miſſa, ſive ſolùm commemoratio. *Gav. in Epit. tract. 1. p. 1. tit. 5. num. 2.*

Quandò in Miſſa de Feſto, vel de Feria, ut ſupra, fit commemoratio pro Defunctis, dicitur oratio *Fidelium*, quæ ſemper dicitur *penultimo loco*, in Miſſis verò Defunctorum, quandò dicuntur plures orationes dicitur

citur ſemper *ultimo loco. Gav. loc. ſup. cit. n.* 1. 2. & 8. *Tonet. in Sac. Ench. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 15. & 41. & *Rubr. Miſſ.* 5. & 7. *n.* 6.

Miſſæ autèm privatæ pro Defunctis quocumque die dici poſſunt, preterquàm in feſtis Duplicibus, Dominicis diebus: *Rub. Miſſ.* 5. *n.* 2. *S. C. Rit.* 5. *Aug.* 1662.

In die commemorationis omnium Defunctorum, & in die Depoſitionis, & in Anniverſario Defuncti, dicitur una tantùm oratio, & similitèr in die Tertia, Septima, Trigeſima, & quandocumquè pro Defunctis ſolemnitèr celebratur: in aliis Miſſis plures, ut de Feriis, & ſimplicibus dictum eſt. *Rubr. Miſſ. cit. n.* 3.

Sequentia pro Defunctis dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Def. & Depoſitionis Defuncti, & quandocumq; in Miſſa dicitur una tantùm oratio: in aliis autem Miſſis pro Defuunctis, dicatur ad arbitrium Sacerdotis. *Rubr. Miſſ. ut ſup. n.* 4.

In Dominicis, & Feſtis Duplicibns, Miſſa Defunctorum inſepulto, (hoc eſt) præſentè corpore in Eccleſia, dici poteſt, ſed hoc intelligitur de Miſſa Solemni, non autem de Miſſis privatis. *Sacr. Rit. Congr.* 23. *Maii* 1603. *Gav. loc. ſup. cit num.* 4. & *Boliaſc. p.* 3. *cap.* 16.

In Feſtis verò Duplicibus, etiàm non de præcepto, non poſſunt celebrari Miſſæ de Requiem, nequè ad Altare Privilegiatum, nequè ad adimplendam voluntatem Teſtatorum. *Ex novo Decr. S. R. C. ſub Alexandro VII. Die* 5. *Aug.* 1662.

Anniverſaria Dies, Tertia, Septima, vel Trigeſima adveniens in die Feſto Duplici mutari non debet in ſequentem diem, ſed celebratur Miſſa officii, cum applicatione Sacrificii. *Sac. Congr. Rit. ut ſup. Boliaſc. loc. cit.* Sed hoc intelligitur ſolùm de Miſſis privatis, non verò de cantatis. *Sacr. Congr. Rit.* 1664.

In die obitus, ſeu depoſitionis Sacerdotis, Tertio, Septimo, Trigeſimo, & Anniverſario; dicitur Miſſa, quæ notatur in Miſſali, cum oratione propria pro Defuncto Sacerdote, quæ erit Deus, qui inter Apoſtolicos, vel Præſta quæſumus. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 13. *ex Rubr. Miſſ. & Cærem. Ord. Min. cap.* 19. *num.* 13. *p.* 2.

In Die obitus eorum, qui non ſunt Sacerdotes, dicitur Miſſa, quæ notatur in die obitus, cum oratione illius, & in Anniverſario, &c. dicitur ut in *Miſſali* notatur.

Si quis abſens moriatur, dicitur Miſſa quotidiana, cum tribus orationibus; & ſi de proximo obierit, Miſſa pro eo dici poteſt prima vice, ut in die tertio, ideſt ut in die obitus cum oratione ſecundùm qualitatem Defuncti. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. num.* 13.

Oratio pro Patre, & Matre dicitur ſolùm pro Patre, & Matre Sacerdotis, nequè alteri convenire poteſt, ut ex ſono verborum patet. *Cærem. Ord. Min. cit. num.* 12.

Littera N. in oratione pro Defunctis nomem poſtulat Defuncti, ſi fuerit Sacerdos, Nobilis, vel conſuetudo ſit omnes nominandi. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. n.* 11.

Omit-

Digitized by Google

Omittenda nullo modo eſt Miſſa principalis pro Defunctis ſemel in Menſe *ibid. nu.* 1.

Sine Miſſa Defunctorum corpus non debet ſepeliri, quod præcipuè notandum eſt pro Fratribus noſtri ordinis Defunctis, & ideò ſi quis moreretur fer. 6. in Paraſceue, vel in die Paſchæ, aut in aliquo die magnæ ſolemnitatis, corpus Defuncti reſervandum erit in ſequentem diem, ità ut ſine Miſſa non ſepeliatur. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 2. 3. *&* 4. *Rit. Rom. Paul. V.*

Notandum, quòd ſi Anniverſaria dies, Tertia, Septima, & Trigeſima Defuncti mutanda ſit in præcedentem, vel ſequentē diem, oratio pro tertio, &c. dici non debet, alioquin mentiretur, ſed dicatur; *Inclina*, ſi pro uno, & *quæſumus*, ſi pro una dicetur, & ſic de Cæteris, & Miſſa tunc dicatur *quotidiana*. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 6.

In Miſſis, quæ dicuntur Feria Secunda cuiuſque menſis, vel hebdomadæ, dicitur Miſſa quotidiana cum tribus orationibus. *Rub. Miſſ.*

In die Commem. omnium Fidelium Def. dicuntur duæ Miſſæ, una de Die infrà Octavam poſt *Tertiam*, altera de Requiem poſt *Nonam*, ſeù poſt vigilias mortuorum, & hoc, quia in Miſſa pro Defunctis non poteſt fieri commemoratio de octaua. *Bauldr. par.* 3. *cap.* 7. *tit.* 3. *& Gav. tract.* 1. *par.* 4. *tit.* 15. *num.* 13.

Epiſtolæ, & Evangelia ſunt ad libitum Celebrantis: decet tamen ea dici prout in Miſſali diſtributa, ſed ea, quæ habentur in

prima Miſſa, dicuntur in Miſſis pro Papa, Cardinali, & Epiſcopo, pro aliis verò Sacerdotibus dicitur congruentius Epiſtola, & Evangelium ſecundæ Miſſæ. *Tonel. lib.* 2. *tit.* 13.

Infrà octavam Corporis Chriſti non poſſunt dici Miſſæ Defunctorum. *Sacr. Congr. Rit.* 1670.

Miſſæ Defunctorum extrà obitus diem, Anniverſarium, &c. ubique dicuntur, ut in quotidianis Defunctorum cum tribus orationibus, quarum prima erit pro Defuncto, aliæ, quæ notantur ſecundo loco, & *ultima* ſemper *Fidelium*. *Gav. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 5. *num.* 8.

Pſalmi, qui dicuntur pro præparatione Miſſæ omitti poſſunt, & ſi dicantur, debet in fine Pſalmorum dici *Gloria Patri*, & tempore Paſchali addi antiphonæ *Alleluja*, quia hujuſmodi preces officium, non Miſsam ſequuntur. *Bauldr. p.* 3. *cap.* 7. *tit.* 1.

Probabile eſt, quod diebus Dup. dum celebrantur exequiæ, celebrari poſſint etiam aliæ Miſſæ privatæ Defunct. tamquam acceſſoriæ Miſſæ Solemni, & ſpectantes ad integritatem exequiarum, aut eo tunc celebrari non debent Miſſę de eodem Feſto propter officium funebre. *Quart. p.* 1. *tit.* 5. *Durand. lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 31. *dub.* 1. *Boliaſc. de Myſt. Miſſ. p.* 3. *cap.* 16. *pag.* 324.

In die Commem. omnium fidelium Def. Sacerdotes applicare debent Sacrificium Miſſæ omnibus Defunctis ex intentione Eccleſiæ, neq; ideò fit injuria iis, pro quibus quo-

quotidiana fortè extat obligatio Miſſæ, prævalet enim lex tacita rationabilis Eccleſiæ privatæ legi teſtatorum. *Gav. tract.* 1. *p.* 4. *tit.* 15. *n.* 13.

In Veſperis prò Defunctis nulla prorſus, nec Altaris, nec Chori fit thurificatio, ſed in Miſſis Defunctorum, ſemel tantùm poſt oblata, & tunc oblata, Altare, & Celebrans; & nulli alii thurificantur, & fit benedictio thuris, ut in aliis Miſſis. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 10. *n.* 9. *Gav. ut ſup. p.* 2. *tit.* 13. *n.* 6.

In eo Altari, ſub quo, vel ſub cujus Bradella humata ſunt corpora Defunctorum; non debet celebrari Miſſa, donec alio tranſferantur. *Sac. Congr. epiſc.* 10. *Nou.* 1599.

Non offerantur mortui ſine licentia Epiſcopi ante ſolis ortum, & poſt occaſum, neque niſi poſt 12. horas ab obitu; qui verò repentina morte obeunt non ante horas 24. *Prov.* 6. *Lantuſc. de Exeq. pag.* 288.

De officio Subdiaconi in Miſſa Solemni Defunctorum, Abſolutione, & Exequiis. Cap. III.

SVbdiaconus in Miſſa Solemni pro Defunctis, initio ſe geret, ut in aliis Miſſis, prout Diaconus.

Ad Introitum non ſe ſignat, nec poſt Epiſtolam oſculatur manum Celebrantis, quia oſcula omnia in hac Miſſa omittuntur. *Rub. Miſſ.* 13. *n.* 1. & 2.

Statim finita Epiſtola, & facta genuflexione ante medium Altaris, tradit librum

Digitized by Google

ſuum Acolytho, ac Miſſale Celebrantis cum pulviuo deferet ad latus Evangelii, ubi Celebranti miniſtrabit, ut in aliis Miſſis. *Bauldri p. 1. cap. 13. art. 2.*

Ad Evangelium incedet cùm Diacono à ſiniſtris ejus more ſolito, & loco conſueto ſiſtens, tenebit librum, ut in aliis Miſſis, & Evangelio finito, non deferet librum Celebranti oſculandum, ſed ſtatim claudet, & tradet Miniſtro.

Ad *Offertorium*, Calicem coopertum velo parvo tantùm, cum burſa deferet ad Altare: non petet benedictionem aquæ, & infuſa aqua in Calice, non recipit Patenam, ſed perget ad ſiniſtram Celebrantis genuflectens in medio; eique aſſiſtet ad incenſationem *oblatorum*, & Altaris, & Celebrante incenſato, miniſtrabit mappulam ad tergendas manus. *Gav. in epit. tract. 1. par. 2. tit. 13. num. 6. & 7.*

Si verò non ſit incenſandum, redibit ſtatim ad medium, ubi ſtabit, &c.

Ad *Sanctus* aſcendet ad ſiniſtram Celebrãtis, quo dicto, & facta genuflexione, revertetur ad locum ſuum, *ut in Rubr.*

Paulò ante elevationem, quia non tenet Patenam, facta genuflexione in medio, accedet ad cornu Epiſtolæ, ubi genuflexus, & accepto de manu Thuriferarii thuribulo, tempore elevationis incenſabit Sanctiſſimũ Sacramentum triplici ductu ad unamquãq; elevationem, ac priùs, & poſt incenſationẽ profunde ſe inclinabit; poſteà reddet Thuriferario thuribulum, & ad medium rediens, in

in ſuo loco genuflectet, ubi ſtabit, & cum Celebrante genuflectet, &c. *Gav. ut ſup. n. 8. & Bauldr. loc. cit.*

Ad *Agnus Dei* non percutit pectus, ſed tantùm à ſiniſtris Celebrantis inclinatus manebit manibus junctis, illud dicens.

Deindè mutat locum, hoc eſt, à ſiniſtra ad dexteram Celebrantis genuflectens, quãdo accedit, & recedit, ibique ſtat, & inclinat ſe, dum Celebrans dicit *Domine non ſum dignus*, detegitque Calicem, quando opus eſt, cætera peragit, ut in aliis Miſſis, reſpectivè. *Bauldr. ut ſup*

Completa Miſſa, Planetam, & Manipulũ Celebrantis cum ſuo etiam manipulo deponit ſuper Credentiam, vel congruo loco ad latus Epiſtolæ, aut tradit Acolytho; Mox Crucem Proceſſionalem propè Altare ab eodem latere præparatam accipiet; deindè medius inter Ceroferarios, procedit ad planum ante medium Altaris, ubi nunquàm genuflectit, nec ſe inclinabit. *Ton. lib. 2. tit. 3.*

Thuriferario autem præcedente, perget nudo capite medius inter Ceroferarios ad Tumulum, ſeu Lecticam, ubi ſiſtet ſe ad pedes illius, converſa facie ad Celebrantem inter Altare, & Tumulum, ad quem etiam convertet Imaginem Crucifixi. *Cer. Ord. M. p. 2. cap. 16. n. 1. 2. & 3. & Gav. in epit. tract. 1. p. 2. tit. 13. n. 11. 12. & 14.*

Stabit autem in tali diſtantia à Tumulo, ut Celebranti, & miniſtro eum comitanti ſit facilis tranſitus inter Crucem, & Tumulum, & toto *Abſolutionis* tempore, eam ſuſtinebit

ne bit elevatam à terra.

Dicto à Cantoribus. *Requieſcant in pace*, cum Cruce procedet ad Sacriſtiam ordine, quo ad Tumulum venerat. *Bauldr. ut ſup.*

In *Exequiis* eadem faciet, quæ ſupra; ſiſtens ſe cum Cruce ad Caput Defuncti, & ſeipſum, & Imaginem Crucifixi, ut ſupra, convertens ad Celebrantem; ſicquè ſtabit uſque ad finem: dum inchoabitur Antiphona *In Paradiſum*, ſi corpus deferendum ſit ad Sepulchrum, procedit ordine, quo ſupra dictum, eſt ad locum Sepulturæ, ubi collocabit ſe eodem modo, ſi ratio, & ſitus loci permittat, & data Sepultura, eodem etiam ordine in Sacriſtiam revertetur. *Ritual. Rom. Paul. V. de Exeq. & Gav. ut ſup.*

De officio Diaconi in Miſſa Solemni Defunctorum, Abſolutione, & Exequiis. Cap. IV.

Diaconus in Miſſis Defunctorum, facta Confeſſione, aſcendet ad Altare cum Celebrante, ut in aliis Miſſis Solemnibus, & ibidem genuflectit, cum idem Celebrans oſculabitur Altare: tum accedens ad cornu Epiſtolæ, eidem Celebranti aſſiſtet, ut alibi dictum eſt.

Non miniſtrabit incenſum, niſi ad oblata, non ſe ſignabit ad *Introitum*, nec oſculabitur ea, quæ porriget Celebranti; nec illius manum. *Cær. ord. min. p. 2. cap. 15. & Gav. in epit. tract. 1. p. 2. tit. 13. &c. & Rub. Miſſ. 13. nu. 1. & 2.*

Deſe-

Digitized by Google

Defert autem de more librum Evangeliorum ad Altare, & circa finem Tractus, aut Sequentiæ, genuflexus ſuper oram ſuppedanei, dicet *Munda cor meum*: ſtatimq; accipiens librum de Altari, non petita benedictione, ſed facta genuflexione ſuper infimum gradum, præcedentibus Acolythis ſinè Candelabris, vadit cum Subdiacono à ſiniſtris ad Evangelium cantandum, ad quod ſtabunt omnes eodem ordine, quemadmodum in aliis Miſſis. *Rubr. Miſſal.*

Ad *Oblata* petens Benedictionem, miniſtrabit incenſum, & thuribulum ſinè oſculis, atque Altari thurificato, ſolum Celebrantem incenſabit, vel Epiſc. *Rubr. Miſſ. ut ſup. & Bauldr. p. 1. cap. 12. art. 2.*

Reddito thuribulo, ſe recipiet ad locum ſuum, aliaque præſtabit, ut in aliis Miſſis, uſquedum Celebrans dicet, *Et dimitte nobis, &c.* & tunc aſcendet ad dexteram ejus, & patenam ponet in dextera illius abſque oſculis. *Rubr.*

Ad *Agnus Dei* aſcendet ad dexteram Celebrantis, & cum eo dicet manibus junctis, non percutiens ſibi pectus, nec accipiens pacem, ſed mox ut tertio repetitum fuerit *Agnus Dei* genuflectet, tùm tranſibit ad ſiniſtram Celebrantis, & cætera fiet de more. *ex Rubr.*

In fine Miſſæ dicet *Requieſcant in pace*, non ſe vertens ad populum, & ſemper in numero plurali, etiam ſi pro uno tantùm Celebrata ſit Miſſa. *Tonel. lib. 2. tit. 13. & Rub. Miſſal. 13. nu. 1.*

Digitized by Google

Ad *Abſolutionem* in fine Miſſæ juvabit Celebrantem Planeta, & manipulo ſe exuentem in cornu epiſtolæ: imponet Pluviale humeris ejus, & ſuum deponet manipulum, deindè facta in medio Altaris ſuper infimũ gradum genuflexione à ſiniſtris Celebrantis, una cum illo procedet ad Tumulum à ſiniſtris ejuſdem nudo capite; ubi ſtabit aliquantulùm retrò, & à ſiniſtris.

Dum verò reſumitur *Reſp. Libera me, &c.* ſub finem tranſiens à tergo ad dexteram ipſius Celebrantis, ſinè genuflexione, vna cũ Thuriferario, miniſtrabit incenſum abſque oſculis, dicens, *Benedicite Pater Reuerende. Bauldr. ut ſup.*

Dicto à Celebrante, *Pater noſter* porriget illi Aſperſorium ſinè oſculis à dextris, deindè attollens fimbriam anteriorem Pluvialis ab eodem latere, & tranſiens, genufleɛtit Sãctiſſimo Sacramento, vel etiam Cruci in Altari poſitæ, ac procedet aliquantulùm poſt ipſum Celebrantem à dextris ejus, dum faciet aſperſionem Tumuli, tranſienſque antè Crucem Proceſſionalem genuflectet.

Completo circulo, accipiet Aſperſorium à Celebrante, quod ſtatim tradet Acolytho, & accipiens Thuribulum, tradet illum Celebranti ſinè oſculis, eundemque incenſantem Tumulum eodem ritu comitabitur, quo in Aſperſione, ac eodem modo genuflectet; poſtea reddet Miniſtro Thuribulum, & accipiet ab Acolytho librum, quem tenebit apertum antè Celebrantem dicetem versùs, & orationem, ſtans à ſiniſtris illius, & dicta

oratione

oratione, librum clauſum reddet Acolyto, & ſtatim perget ad dexteram ejus paululùm retrò: cumque Celebrans dicendo in fine, *Requiem æternam*, formabit ſignum Crucis ſuper Lecticam, ipſe tantillùm elevabit anteriorem Pluvialis fimbriam, & dicto per Cantores *Requieſcant in pace*, recedet cum aliis incedens à ſiniſtris Celebrantis ordine, quo venerat. Ad *Exequias* etiam miniſtrabit & aſſiſtet ut ſuprà. *Ex Rubr. Miſſal. & Rit. ut ſup. Bauldr. loc. cit.*

De hora celebrandi Miſſam Defunctorum. Cap. V.

MIſſa Defunctorum dici debet poſt Primam diei: ubi verò dicuntur cornu Vigilię mane poſt Matutinum diei, dictis hujuſmodi vigiliis cum laudibus, immediatè dici poteſt Miſſa pro Defunctis. Sed in die Comemorationis omnium Fidelium Defunctorum, Miſſa Conventualis dicitur poſt Nonam, quia eo die eſt Principalis. In die etiam depoſitionis Defuncti, vel Tertio, Septimo, Trigeſimo, aut Anniverſario Solemni, in quo ſit concurſus populi, poterit ſimiliter dici ultimo loco poſt Nonam. *Rub. Miſſ.* 15. *num.* 3.

De præparandis in Miſſa Solemni Defunctorum Cap. VI.

IN die Anniverſaria omnium Defunctorum, vel quandocunquè pro Defuctis cele-

Celebrandum erit, ſuper Altare ponentur ſex candelabra cum totidem cereis ex cera communi, & in medio eorum Crux: Altare verò nullo ornatu feſtivo paretur, nullæque in eo Imagines, flores, aliavè ornamenta adhibeantur. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap.* 11.

Pallium Altaris erit nigrum, ut in *Rubr. Miſſ.* 18. *n.* 6. patet, ſed Conopæum Tabernaculi Sanctiſſimi Sacramenti non nigrum, ſed violaceum erit, in honorem Chriſti viventis. *Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 1. *tit.* 20. *n.* 17.

In cornu Epiſtolæ ponetur Credentia, quæ tegetur ſimplici mappa, per latera nullatenùs pendente; ſupèr ea nulla ornamenta ponentur, ſed tantùm quæ ſunt neceſſaria, videlicèt, bacile cum ampullis, Calix velo parvo, & nigro tectus, Miſſale, liber Ritualis, vas aquæ benedictæ cum aſperſorio, thuribulum cum navicella, & pannus niger extendendus pro Abſolutione facienda, finita Miſſa, niſi adeſſet lectus, ſeu lectica mortuorum, aut caſtrum doloris. *Cær. ep. loc. c.*

Super Tumulum, ſeu lecticam mortuorum ponentur quatuor ſaltèm candelabra, cum totidem cereis ex cera communi. *Beau. in Cær. Eccl. p.* 2. *cap.* 22.

Scamnum, in quo ſedere debet Celebrans cum Miniſtris in Miſſa, erit nudum. *ibid.*

Paretur etiam Crux Proceſſionalis pro Abſolutione.

In Sacriſtia prçparentur ornamenta nigri coloris pro Celebrante, & Miniſtris, & pro Cantoribus cottæ, & Pluvialia, ſi utantur; item Pluvialis pro Celebrante, pro Abſolutione,

lutione; in paramentis autèm, tàm Altaris, quàm Miniſtrorum nullæ imagines mortuorũ, vel Cruces albæ ponantur. *Cær. ep. ut ſup.*

De ingreſſu Celebrantis, & Miniſtrorum ad Altare, & de Miſſa Solemni Defunctorum. Cap. VII.

DVm cantatur in Choro *Nona*, vel dicuntur *Laudes* prò mortuis, Celebrãs, & Miniſtri accipiunt paramenta ſua more ſolito, & Cantores induuntur Pluvialibus, vel ſuperpelliceis ſolis, niſi iam illa habuerint, videlicet, ſi Vigiliæ dicantur Solẽniter.

Finito cantu in Choro, antequam diſcedatur è Sacriſtia, non benedicitur incenſum, neque defertur, ſed Celebrãs, cum Miniſtris ſtantes ante Imaginem, faciunt illi ſolitam reverentiam, tùm procedunt ad Altare; præcedunt autem Ceroferarii deferentes candelabra cum candelis accenſis ex cera communi, ſequitur Thuriferarius manibus junctis; deindè Subdiaconus, poſteà Diaconus, ultimus Celebrans, & hi tres capite cooperto, & junctis manibus ante pectus; & cum pervenerint ad infimum gradum Altaris, detecto capite, omnes debitam faciunt reverentiam; Ceroferarii candelabra deponunt ad Credentiam, & genuflectunt cum thuriferario more ſolito. *DD. aliàs cit.* Celebrans verò incipit Miſſam cũ Miniſtris Sacris, ut in Miſſis Solẽnibus, omiſſis omittendis, ut ſupra in *rub. Miſ.* 13. *n.* 1. & 2.

Finita Confeſſione, dum Celebrans aſcẽdit

dit ad Altare, Miniſtri elevant illi veſtes a
teriores uſquè ad ultimum gradum, & c
Altare oſculatur, ipſi genuflectunt, &
cornu Epiſtolæ accedunt ut aliàs, excep
quòd non incenſatur Altare in principio.

Cum Celebrans incipit *Requiem*, non
gnat ſe, ſed librum, quaſi aliquem bene
cens, ſiniſtra tunc ſuper illum poſita, Mi
ſtri etiàm non ſe ſignant. *Rub. & DD. cit.*

Cum dicuntur *orationes*, tàm ante *Epi
lam*, quàm poſt *Communionem* omnes ge
flectunt, præter Celebrans, Diaconu
& Subdiacons, Acolythi verò, & om
de Choro genuflectunt in ſuis locis *Rub. M*
Subdiaconus cantata Epiſtola, non oſcula
manum Celebrantis, quia in hac Miſſa o
nia oſcula omituntur, tàm manus Celebra
tis, quàm rei, quæ traditur. *Rub. Miſ. ut ſ*

Celebrans dicto: *Munda cor meum*, &
non dicit: *Jube, &c.* & lecto Evangelio, n
oſculatur librum, nec dicit *Per Evangel.
dicta, &c.*

Dum dicitur *Sequentia, &c.* ſi Celebra
velit, poteſt tunc ſedere cum Miniſtris.

Ubi fuerit conſuetudo diſtribuendi ca
delas, cum cantatur *Sequentia*, diſtribue
tur, quæ acceduntur ad Evangelium,
elevationem Sacramenti, & finita Miſſa
dum fit *Abſolutio*. *Rub. Miſſ. loc. cit. nu.* 3.

Circa finem *Sequntiæ* Celebrans cum n
niſtris redit ad Altare more ſolito, Diacon
dicit tantùm *Munda cor meum, &c.* poſ
libro ſuper Altare, & nō petit benedictior
nec oſculatur Celebrantis manum: non
nen-

nentur Candelabra ad Evangelium; nec portatur incenſum, ſed duo tantùm Acolythi ſinè Candelabris, ſtans unus à dextris, & alter à ſiniſtris Subdiaconi tenentis Librum Evangeliorum: non incenſatur liber, nec in fine Celebrans. *Rub. Miſſ. ut ſup.*

Diaconus procedit ad cantandum Evangelium, ut in aliis Miſſis.

Dum cantatur Evangelium, Acolythi ſtāt hinc inde manibus junctis.

Dum cantatur *Sequentia*, Thuriferarius præparat ignem, ſi opus ſit.

Finito Evangelio Subdiaconus non defert librum obſculandum Celebranti, ſed ſtatim claudit, & tradit Thuriferario. *Rubr.*

Deinde redeunt ad Altare, ubi facta genuflexione, ſtant unus poſt alium in ſuis locis, & ſtatim Celebrans dicit, *Dominus vobiſcum*, & *Oremus* pro offertorio; tunc Subdiaconus, facta genuflexione Calice cū ſuo velo de Credentiā defert ad Altare ad cornu Epiſtolæ, quem ſequitur Acolytus ferens pelviculam cum ampullis, & collocat ſuper Altare in eodom cornu.

Diaconus accepta burſa, extrahet Corporale, & extendit in medio; Subdiaconus amovet velum, & dat Acolytho, qui defert illud ſuper Credentiam; purificat Calicem, & tradit Diacono, qui infundit Vinū, ipſe verò Subdiaconus infundit paululùm aquæ ſinè benedictione, nec dicit *Benedicite Pater Reverende*, quo facto, ſtatim Acolytus accipiens pelviculam cum ampullis, defert ad Credentiam.

Sub-

Subdiaconus non ſubſtineat Patenam, ſed pergit ad ſiniſtram Celebrantis. Deinde Thurifererius accedit ad Altare, & imponitur incenſum in Thuribulum per Celebrantem cum benedictione ſolita, & Diaconus miniſtrat incenſum, & Thuribulum ſinè oſculis *Rubr. Miſſ.*

Celebrans thurificat *Oblata*, & *Altare*, & demùm *ipſe ſolus* thurificatur a Diacono, & non incenſantur alii. *Rubr. Miſſal. & DD. ut ſupra.*

Finita incenſatione, unus ex Acolytis infundit aquam ſuper manus Celebrantis, & Subdiaconus miniſtrat mappulam ad eas tergendas; deindè redit cum Diacono poſt Celebrantem, &c.

Thuriferarius accepto thuribulo poſt incenſationem Celebrantis, neminem incenſat, ſed revertitur in Sacriſtiam.

Dum dicitur *Sanctus*, Diaconus, & Subdiaconus aſcendunt de more ad Celebrantem; Acolythi etiam ad *Sanctus*, ferent faſnalia accenſa pro elevatione Sacramenti, precedente Thuriferario, genuflectunt, moro ſolito, & ſic permanent genuflexi, uſque ad Communionem incluſivè. *Bubr. Miſſal.* 8. *n.* 8.

In Choro, poſtquã cantatus eſt *Sanctus* omnes genuflectunt, ſic permanentes, uſquè ad *Per omnia ſæcula* incluſivè antè *Pax Domini. Rubr.* 17. *u.* 5.

Subdiaconus ad elevationem, impoſito per Thuriferarium thure in thuribulũ, quia non tenet patenam, thurificabit SS. Sacramen-

mentum genuflexus in cornu Epiſtolæ, & reddito thuribulo, redit poſt Celebrantem, cum eo genuflectens, quando opus erit.

Thuriferarius autèm recedit, & parat igem pro fine Miſſæ, ſi facienda ſit Abſolutio.

Ad Agnus Dei accedunt Miniſtri Sacri ad Celebrantem, & cum eo dicunt *Agnus Dei, &c.* manibus junctis, nec percutiunt pectus, poſtea mutant locum, & cætera fiunt de more.

Diaconus verſus ad Altare dicit *Requieſcat in pace*, ſemper in plurali numero, ut clarè conſtat in *Rubr. Miſſ.*

Si habendus eſt ſermo, habeatur finita Miſſa ante abſolutionem. *Rubr. Miſſ. ut ſup. num.* 3.

Alia, quæ in hac Miſſa tàm pro Celebrante, quàm pro Miniſtris deſunt, ſunt communia Miſſæ ſolemni, &c.

De Abſolutione poſt Miſſam Defunctorum. Cap. VIII.

FInita Miſſa, ſi facienda eſt abſolutio, Celebrans facta Cruci inclinatione, tranſeundo per medium, retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, ubi exuitur Caſula per Diaconum, & depoſito Manipulo, accipit Pluviale nigrum, Miniſtri etiam deponunt Manipulos ſuos *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 16. & Rubr. Miſſ.* 13.

Deinde Subdiaconus accipiens Crucem, medius inter Ceroferarios cum Candelabris,

bris, & candelis accenſis, collocat ſe in medio plani; tum Celebrans cum Diacono a ſiniſtris, facta Altari debita reverentia in plano, & omnes alii paritèr, præter Subdiaconum ferentem Crucem, & Ceroferarios procedunt ad Lecticam mortuorum, præcedentibus duobus aliis Acolytis, uno cum Thuribulo, & Navicula incenſi, alio cum vaſe Aquæ benedictæ, Aſperſorio, & Libro Rituali *Beavu. in Cær. Eccl. p. 2. cap. 23.*

Sequitur Subdiaconus medius inter Ceroferarios cum Candelabris accenſis, deindè Celebrans decto capite, habens Diaconum à ſiniſtris, interim in Choro cantatur ℣. *Libera, &c.* quod præintonant Cantores, & proſequitur Chorum, tum ipſi cantant ſoli verſus, qui ſequuntur, & ad ſingulos cantat Chorus repetitionem; cum verò pervenerint ad Lecticam, & Subdiaconus cum Cruce ſiſtet ad pedes Tumuli, ſeu Lecticæ mortuorum contra Altare, ideſt inter Portam Eccleſiæ, vel Lecticam, verſa facie ad Altare, medius inter Acolythos tenentes luminaria. Celebrans autàm ex alia parte in capite loci inter Altare, & Tumulum, aliquantùm verſus cornu Epiſtolæ, ita ut Crucam Subdiaconi reſpiciat, advertens, ne terga directè vertat Altari, & cum acceſſerit ad locum ſuum, caput detegat, à ſiniſtris ejus ſtabit Diaconus, & propè eum duo alii Acolithi deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ &c. *Cær. Ord. Min. loco ſup. cit. Rit. Rom & Rubr. Miſſ. ac Brev. ut ſupra.*

Si Lectica fuerit in medio Chori, omnes, &

de Choro remanent in locis ſuis, quod ſi fuerit alibi, uterque Chorus ſequitur Crucem, & ſiſtit ſe hinc indè a lateribus Tumuli, & qui juniores ſunt, erunt viciniores Cruci, & ſic per ordinem.

4. Circa finem Reſponſorii, accedit Diaconus ad dexteram Celebrantis, qui ponit incenſum in thuribulo, benedicens illud more ſolito, miniſtrante Diacono naviculam ſina oſculis, & dicente *Benedicite Pater Reverende.*

Finito per Chorũ *Kyrie eleiſon* Celebrans incipit intelligibili voce *Pater noſter*, & ſecretò proſequendo reliqua, accipit Aſperſorium de manu Diaconi, quod illi præbet Acolythus à dextris illius, & facta Altari reverentia, & (ſi in eo fuerit Tabernaculum cum Sacramento) genuflexione, comitante Diacono à dextris, tenente fimbriam anteriorem Pluvialis, qui ſemper genuflectit, circumiens Tumulum, aſpergit illum aqua benedicta ter à parte dextera, & ter à ſiniſtra *ut in Rubr. Miſſ. &c.* vel in medio a dextris, & à ſiniſtris *ut in Cær. Ord. Min. p.* 1. *cap.* 16. *n.* 5. & cum tranſit ad Crucem, profundè ſe inclinat, Diaconus verò genuflectit; Poſtea reddito Aſperſorio, Celebrans de manu ejuſdem Diaconi accipit Thuribulum, & eodem modo, quo aſperſit, incenſat, factis etiã debitis reverentiis Altari, & Cruci, ut ſuprà.

Quo facto Celebrans redit ad priſtinum locum, facie verſa ad Lecticam, Diacono à ſiniſtris tenente librum, junctis manibus dicit clara voce, *Et ne nos &c.* & *verſus, &c.*

ut in *Ritual.* vel *Miſſali* poſitum eſt. *Beauu. ut ſup.*

Oratio *Abſoluo*, communiter dicitur poſt preces, ſed poteſt etiam dici oratio Miſſæ, ut in eodem *Rit. Rom.* præſcribitur, quod convenit præcipuè in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; quando verò fiunt exequiæ Sacerdotum, & Prælatorum in prædicta orat. *Abſolue*, additur nomen, & dignitatis titulus. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 16. num. 4. & Gav. in epit. tract. 1. p. 2. tit. 13. num. 17. & Rit. Rom. & Rub. Miſſal.*

Finita oratione, Celebrans dicendo *Requiē æternam*, manu dextra ſignum Crucis facit ſuper Tumulum, ſeù lecticam mortuorum, ſiniſtra pectoris adnotata; deindè Cantores cantant *Requieſcant in pace*, & Chorus reſpondet *Amen. Ritual. Rom. de Exeq.*

Poſteà Celebrans dicit. *Animæ ejus, & Animæ omnium Fidelium Defunctorum per Miſericordiam Dei requieſcant in pace*, & dicens Antiphonam *Si iniquitates*, omnes redevnt in Sacriſtiam ordine, quo venerunt, dicentes alternatim Pſalmum *De profundis, &c. Requiem æternam, &c. Beauu. ſupr. cit.*

Si autèm tumulus non paretur (quia ibi non ſit Sepultura, vel alia de cauſa) pannus niger in gradibus Altaris, vel ante gradus ſuper terram extendatur, vel illuc lectica mortuorum portetur, ſed tunc non defertur Crux (provt etiam non defertur quando tumulus, ſeù lectica ſit adeò vicina, ut non facienda ſit Proceſſio, & apud Capellam, ubi Celebratum fuit cantaverint *Libera &c.*

&c.) & Celebrans accepto Pluviale in cornu Epiſtolæ, ſtans in dicto cornu versùs Altare, expectabit finem Reſponſorii, & cum per Cantores repetitur Reſponſorium poſt verſus *Requiem æternam, &c.* Celebrans imponit thus in thuribulum cum benedictone ſinè oſculis; & dicto ultimo *Kyrie*, ſtans detecto capite in dicto cornu versùs Altare, dicet intelligibili voce *Pater noſter*; quem omnes dicent ſecretò inclinati, & ſtatim ſe erigent; & interim Celebrans accedet ad mediùm Altaris, & versùs dictum pannum, ſeu lecticam, miniſtrante Diacono Aſperſorium, aſperget tertiò ſuper eumdem pannũ, ſeu lecticam, primò in medio, à dextris, & à ſiniſtris, itemque eodem modo thurificabit; deindè converſus ad Altare ex libro poſito in eodem cornu Epiſtolæ dicet; *Et ne nos inducas*, *&c.* & dicto per Cantores ℣. *Requieſcant in pace*, Celebrans in Sacriſtiam redibit. Ponet etiàm prædicta Abſolutio fieri immediatè poſt *Placeat*, antè Evangelium *S. Joannis*, quod decentiùs etiàm videtur, cum loco benedictionis Miſſæ, Abſolutio Defunctorum poſita ſit; quod ſervatur in Capella Sanctiſs. & tunc Celebrans finita Abſolutione, ad cornu Evangelii ſtans cum Pluviali *Evangelium S. Joannis* dicit, ſignans Altare, & ſeipſum, &c. *Cærem. Ord. Min. par. 2. cap. 16. num. 5. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 37.*

Dum fit Abſolutio poſt Miſſam Defunct. ſi elevetur SS. Sacramentum in aliquo Altari, omnes genuflectere debent, ratio eſt,

Digitized by Google

quia obligatio continvandi hanc functionem inferioris ordinis eſt, obligatione adorandi SS. Sacramentum. *Boliaſc. de Myſt. Miſſ. cap. 16. pag. 355.*

Rectiùs tamẽ fieret, ſi nõ pulſaretur Campanula, nam tunc nullus deberet genuflectere. *Tonel. lib. 2. tit. 3. & DD. comun.*

Aliqua notanda circà officium Defunctorum, Cap. IX.

INvitatorium dicitur in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & in die Depoſitionis, ſeu obitus Defuncti. Itemque in die 3. 7. 30. & Anniverſario, & quandocumque tres dicuntur nocturni, & antif. duplicántur; in die obitus, ſeu depoſitionis etiã ſi unicũ diceretur Nocturnũ, tamèn duplicãtur antiphonæ. Aliis temporibus dicitur tantùm unum Nocturnum, ordine in Breviario poſito. *Gav. in epit. tract. 2. p. 4. in Apend. tit. 2. n. 1.*

In fine Veſperarum, & laudum, dicuntur preces ſemper flexis genibus, etiam quandò omittuntur Pſalmi. *ibid. n. 3.* Solis Epiſcopis præſcribitur, ut ſtantes dicant tales preces. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 10.*

Pſalmi, qui dicuntur in fine veſp. & laudum, non dicuntur in die Commem. omniũ fidel. Defunct. nequè in depoſitione Defũcti, ſi tres Nocturni dicantur, nequè quandò duplicantur antiph. *Gav. ut ſup. n. 6.*

Si Matutinuum dividatur à laudibus, in fine

ne matutini dicuntur preces ſinè Pſalmo, cum oratione, ſeù orationibus. *Id. n.* 10. Veſperę non ſunt dicendæ ante Matutinũ, quod, præſente corpore, manè cantatur antè Miſſam. *ibid. num.* 11.

Si ſola dies ultima menſis ſit libera, ea dicatur die; & intrà Adventum, & Quadrageſimam nulla habetur ratio menſis, & ſi non recitatur in feriis 2. eò caſu non erit recitandum in aliis feriis; *ibid. n.* 13. *&* 14.

Occurrens Vig. Nativ. Dom. in fer. 2. nõ erit recitandum officium Defunctorum, neque pridiè veſp.

Veſperę recitari debent poſt veſp. etiam feſti duplicis, ſi ſequatur feſtum ſimplex, aut feria. *Gav. loc. cit. num.* 16. *in rub. Brev. Sacr. Rit. Congr.* 25. *Maii* 1603. pro 1. die Menſis, ſi hæc ſit libera à feſto 9. l. decrevit veſperas Defunctorum recitandas eſſe vltima diæ præcedentis menſis, licet ea ſit feſtiva de præcepto, Matutinum verò poſt laudes diei. *id. ut ſup. n.* 16.

Conſuetudo Regularium recitandi Matutinum Defunct. Veſperi poſt Completorium pro die ſequenti, non videtur improbanda, ſi de officio ex vi regulæ agatur. *ibid. n.* 17.

Excepta Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, nulla eſt obligatio recitandi hoc officium extra Chorum. *Id. ut ſup. num.* 18. Alii tamen ſentiunt oppoſitum.

In fine Pſalmorum dicitur, *Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis*, etiàm ſi pro uno tantùm fiat officium. *Rit. Rom. Paul. V.*

Digitized by Google

Quandò verò Cadaver affertur ad Eccleſiam, in fine Pſalmorum dicitur *Requiē æternam dona ei Domine*, *&c. Rit. Rom. ut ſup.*

Verſus, qui dicuntur poſt Pſalmum, *Lauda*, *&* *De profundis*, ſi pro uno fiat Officium, dicuntur in numero ſingulari, ſicut, & orat. ſequens, reliqua in toto Officio non mutantur *Gav. ut ſup. n.* 7.

Si verò accidat recitari ſeparatim ab horis Canonicis Veſperas Defunctorum, ſivè Matutinum his diebus, quibus recitari debet ad præſcriptum *Rubr.* ſive in Choro, ſive extrà, præmittenda eſt *Oratio Dominica. Cær. Papal. lib. 2. Seſſ. 2. capit. 24. & 25. Cær. Epiſc. lib. 1. cap. 10. & Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 10. num. 2. & 3.*

Verſus *Requieſcant* &c. dicitur in fine omnibus ſurgentibus, tàm in Veſperis, quàm in laudibus. *Gav. ut ſup. n.* 8.

De Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Cap. X.

SI hæc Commemoratio incidat in Dominicam, transfertur in diem ſequentem, & Veſpere dicuntur poſt Veſperas Dominicæ, niſi dies ipſa ſit impedita, etiam feſto de præcepto, etenim eo caſu transfertur in diem quartam Novembris, licèt dies illa ſit impedita à Feſto novem lectionum, & tunc Veſpere dicuntur die præcedenti. *Gavant. in Epit. tract. 2. p. 4. tit.* 34.

Antequàm dicantur Veſperæ, Sacriſta præparabit in Sacriſtia Pluviale nigrum pro Ce-

Celebrante, & alia duo, vel quatuor pro Cantoribus, aut ſuperpelliceis tantum.

Altare majus paramentis nigris ornabitur, & ſuper illa extendet paramenta coloris albi, ut dictis Solemnibus Veſperis de feſto ſtatim poſſit facilè amoveri. *Beauu. in Cær. Eccl. p. 3. cap. 13. nu. 2.*

In fine veſperarum cantato verſu: *Benedicamus Domino*, Celebrans, & Cantores, depoſitis Pluvialibus albis, induentur Pluvialibus nigris, eodem tempore è Sacriſtia per Thuriferarios, & Cæroferarios delatis, vel ſolis cottis remanebunt induti, & ſtatim ordine ſe recipient ad ſedes ſuas, ubi Celebrans primam Antiphonam veſperarum Defunctorum ei prius a primo Cantore præintonatam inchoabit; cætera fient prout in ſolemnibus, ſervatis ſervandis. *Beauu. loc. cit. nu. 3.*

Sacriſta, dicto verſu *Benedicamus Domino*, amovebit ab Altari paramenta Alba, & ſi ferat conſuetudo, Lectica mortuorum, vel caſtrum doloris parabitur in medio Eccleſiæ, vel Præsbyterii, circa quod ponentur ſaltem quatuor cerei ceræ communis, qui ſtatim accendentur. *Ibid.*

Ad *Pſalmos* omnes ſedebunt, & ſurgent ad Antiphonas.

Celebrans intonabit antiphonam ad *Magnificat*, quæ illi præcinetur à primo Cantore; Canticum tamen ſolemniter non cantabitur.

Cum repetetur antiphona ad *Magnificat*, Ceroferarii, acceptis candelabris, cum candelis

delis accenſis accedent ad Celebrantem, ubi factis debitis reverentiis, manebunt antè ſedem ſuam, vel procedent ad Altare, ſi ſit procedendum, ubi cum pervenerint, finita antiphona, omnibus genuflexis, exceptis Ceroferariis, qui genufleɛtunt, & ſurgunt, Celebrans genuflexus dicet *præces*, ut in veſperis Defunɛtorum notatum eſt, & ad *Dominus vobiſcum* ſurget, & ſtando cantabit orationem manibus junɛtis, Thuriferario librum tenente, &c. finitis veſperis, omnes de more revertentur in Sacriſtiã. *Beaun. ut ſup. nu.* 4.

Poſt Laudes diei, vel ſummo manecantabitur Matutinum Defunɛtorum cum laudibus, accenſis cæreis Altaris, & ad leɛticam Epiſcopis tantũm conceditur, ut in die feſto omnium SS. poſſint in ſuis Eccleſiis recitare cum Clero ſuo Matutinum Defunɛtorum. *Gav. in epit. tract. 2. p. 4. in Ap. tit. 2. n. 16.*

Invitatorium, & Pſalmum, *Venite*, *&c.* cantabuntur, ut in Matutinis ſolemnibus, quibus diɛtis, Celebrans incipit antiphonam: *Dirige*, illi præintonatam à primo Cantore, & alii ſequentes antiph. &c. & cætera fient reſpeɛtiuè, ut in matutinis tenebrarum.

Ad Laudes, Celebrans aſſumet Pluviale, ut ad veſperas, & omnia fient, ut ibidem, diɛtoque à Cantoribus: *Requieſcant in pace*, & reſponſo *Amen*, omnes diſcedent, ut ſupra, niſi canenda ſit Miſſa, quia tunc omnia obſeruabuntur, ut diɛtum eſt in Miſſa Solemni Defunɛtorum.

Finita Miſſa, celebrans deponet Planetã,

&

Digitized by Google

& manipulum in cornu epiſtolæ; ac induetur Pluviali: Miniſtri etiam Sacri ſuos deponent manipulos, Ceroferarii accipient candelabra, Subdiaconus Miſſæ Crucem, Thuriferarius thuribulum, & nauiculam, & alius Acolythus perget à ſiniſtris ejus cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio, *Beav. ut ſup. n. 7.*

Interim Cantores induti Pluvialibus, vel ſolis cottis, incipient Reſpõſorium aliquod, addendo *Requiem æternam* in fine, & fiet Proceſſio; Præcedet Thuriferarius cum thuribulo fumigante, & à ſiniſtris ejus Acolythus, cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio, ſequetur Subdiaconus cum Cruce, medius inter Ceroferarios cum candelabris accenſis, deindè cæteri fratres, & Patres bini ſuo ordine, poſteà Cantores, ultimo Celebrans habens Diaconum à ſiniſtris: Circa finem Reſponſorii, Celebrans de more benedicet thus, miniſtrante à dextris ejus naviculam ſine oſculis Diacono, & Thuriferario thuribulum, cantato ultimo *Kyrie eleisõ*, Celebrans dicet intelligibili voce, *Pater noſt.* quem omnes proſequentur ſecretò, & accepto aſperſorio de manu eiuſdem Diaconi ſine oſculis, ter aſperget tumulum, primò in medio, ſecundo à dextris, tertiò à ſiniſtris, & pari modo ter incenſabit, Diacono à dextris tunc elevante fimbriam Pluvialis, & à dextris Diaconi Acolithus ferens vas aquæ benedictæ, qui quando opus erit, celebranti miniſtrabit. *Id. loc. cit.* Deinde Diacono tenente librum ſubiungit,

Et ne nos, &c. cum aliis *verſibus*, & *oratione prò pluribus*, cum *parva concluſione* : Reſponſo *Amen*, non dicitur: *Requiem æternam*, nec *Requieſcant in pace*, ſed ſtatim inchoabitur à Cantoribus aliud Reſponſorium, & continuabitur Proceſſio uſque ad alium locum, ubi omnia fient ut ſupra, & ſic de cæteris, ſed in his habenda eſt ratio conſuetudinis cuiuſque loci. *Beauu. loc. ſup. cit. n. 8.*

In reditu Proceſſionis Subdiaconus ferens Crucem, Celebrans, & alii recta via procedet ad lecticam, ſeù caſtrum doloris antè Altare majus, vel in medio Eccleſiæ præparatum, ubi ſtabunt, ut ſupra ad Abſolutionem dictum eſt. *ibid.*

Cantores autem, abſoluto Reſponſorio, incipient, *Libera me Domine*, ſub cujus finem Celebrans iterum benedicentibus, & dicto per Cantores ultimo *Kyrie eleiſon*, dicet intelligibili voce, *Pater noſter*, & ſecretè proſequendo reliqua, accipit aſperſorium de manu Diaconi ſine oſculis, & facta Altari debita reverentia, & à Diacono ſemper genuflexione, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente fimbriam Pluvialis anteriorem, circuiens tumulum, &c. aſpergit illum aqua benedicta ter à parte dextra, & ter à ſiniſtra, ut alibi dictum eſt, & cum tranſit antèCrucem, profundè inclinat, Diaconus verò genuflectit: poſteà de manu ejuſdem Diaconi accipit thuribulum ſinè oſculis, & eodem modo, quo aſperſerat, incenſat, & rediens ad priſtinum locum, Diacono tenente librum, junctis manibus dicit:

Et

Digitized by Google

Ecce nos, & verſus *Aporta inferi*, & *Requieſcant in pace*, *Domine exaudi*, *Dominus vobiſcum*, *&* *Oremus* cum oratione, *Fidelium*, *&c.*

Poſteà dicens, *Requiem æternam*, *&c.* facit Crucem dextra ſuper tumulum, ſeù lecticã, ſiniſtra poſita infrà pectus, & dicto per Cantores. *Requieſcant in pace*, & Reſponſo. *Amen.* Celebrans, & Miniſtri redevnt in Sacriſtiam ordine quo venerunt, præmiſſa Altari debita reverentia. *Ibid.*

Circuitiones per Eccleſiam, & extrà, non sũt neceſſarię, imò vetitę à *Sac.Cõg.* niſi ex pia cõſuetudine, in quibus ſepulturæ õnes aqua benedicta aſperguntur, & incenſo adolentur.

Si ad Abſolutionem deficiat Pluviale prò Celebrante, in Alba, & Stola maneat, Miniſtri verò manipulum deponant. *ex rub. Miſ.*

De obitu, & Depoſitione Fratris noſtri Defuncti Cap. XI.

CVm primum aliquis Frater è vita migraverit, ſignum dabitur juxtà locorum conſuetudinem, modo eo noctis tempore non moriatur, quòd non conveniant campana pulſari, & tunc ſignũ dabitur paulò antè Auroram. *Cær. ord. min. p. 4. cap. 18. n. 1.*

Cadaver de more lavatur, deindè ſuis pannis veſtitur, & ſi fuerit Sacerdos, Stola ad collum imponitur coloris violacei, ſuper feretro nudo ſemper, cum duobus ſub capite lateribus, corona ad manus obvoluta, & Crucem cum Chriſti Crucifixi imagine inter manus, & pectus ſuperpoſita.

Convocatis deindè Fratribus de Infirmitorio cum cereis accenſis, ſaltem duobus, (quorum poſteà alter ad caput, alter ad pedes continuè ardebit) præcedente aliquo Crucifero, & alio cum vaſculo aquæ benedictæ, qua, prius quàm feretrum elevetur, ad Antiphonam, *Si inquit.* & Pſalm. *De profundis*, cadaver erit aſpergendum, ad Capitulum (ſi ibi fuerit, ſin minus ad Eccleſiam) recitando interim graviori voce Pſalm. *Miſerere* a quatuor ex Fratribus ejuſdem gradus, & conditionis efferetur; ibique fratres bini, & bini, provt juſſi fuerint, ad ipſum cadaver preces eo tempore prò Defunctis recitando, aſſiſtent, donec efferatur ad Eccleſiam; vel ſi in Eccleſia jàm fuerit, donec exequiæ celebrentur.

In Eccleſiam denique juxtà conſuetudinem laudabilem locorum delato cadavere, cujus caput (ſi fuerit Sacerdos) Altare Majus reſpiciat, cereis ſecundum qualitatem perſonæ pluribus, vel paucioribus accenſis, ibidem ſuper corpus Fratribus in duos choros diſtinctis, officium Defunctorum totum, Antiphonis duplicatis, ut in officio duplici, quod ſervatur etiàm in die 3. 7. & Anniverſario, ut in *Rit. Rom.* cum tribus ſcilicet Nocturnis, & Laudibus recitetur, cum cantu Gregoriano primi Nocturni, & *Benedictus*, ſi fuerit ſufficiens numerus Fratrum, deindè Miſſa ſolemnis tunc, ſi fuerit tempus congruum pro eodem Defuncto cantabitur, ſine qua non deberet ſepelliri, & erit potiùs in ſequentem diem reſeruandum corpus

corpus, fit omninò cum Miſſa ſepeliatur, juxtà Canones; poſt miſſam verò cantatur *Libera me*, & fit Proceſſio, hinc indè Fratribus poſt Crucem procedentibus, & feretrum circundantibus cum cereis accenſis, ità ut minores ſint propè Crucem, majores propè Celebrantem. *Cær. ord. min. ut ſup.*

Quando dicitur officium pro aliquo Fratre Defuncto, vel Sorore; dicta Antiph. ad *Benedictus*; flexis genibus dicitur *Pater noſt.* ſecretò, deindè dicitur *Et ne nos &c.* cum ſuis verſibus, & ad *Dominus vobiſcum*, Hebdomadarius ſurgit, dicit *Oremus*, & orationem: ſi pro Defuncto Sacerdote, *Præſta quæſumus*, pro Clerico, vel Laico *Inclina Domine* pro defuncta Moniali, *Quæſumus Domine*; cum parua concluſione, *Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.* ℣. *Requiem æternam, &c.* & *Requieſcant in pace.* Deindè dicitur Anima ejus, & Animæ, &c.

⁂

SA-

SACRARUM CÆREMONIARUM
SILVA
De iis, quæ pertinent ad Officium Divinum, tàm Solemne, quàm non Solemne.

LIBRR NONVS

De Veſperis Solemnibus. Cap. I.

HOra competenti, præparatis à Sacriſta paramentis tàm pro Celebrante, quàm pro Miniſtris, datoque Veſperarum ſigno, omnes Miniſtri convenient ad Sacriſtiam, ubi prę-miſſa brevi oratione, lotiſque manibus primi omnium induent ſe Ceroferarii, & Thuriferarii Albis, vel Superpelliceis, ſeipſos juvantes.

Parantur deindè duo, vel quatuor Cantores ſimiliter Superpelliceis, & vbi fuerit ſufficiens numerus Sacerdotum, parantur alii duo cum ſuperpelliceis, & Pluvialibus ſi adſint, alioquin ſolum ſuperpelliceis, qui Celebranti aſſiſtent hinc indè, & quando opus eſt, miniſtrent. *Cær. ord. min. p. 3. cap. 1. & cap. 2. n.* 14 *Gav. in Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 4. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap.* 3

Paratur præterea Cæremoniarius ſuperpelliceo, omneſq; ſupradictos ſe induentes, Ceroferarii juvabunt.

Miniſtris omnibus paratis, Cæremoniarius,

rius, & in ejus abſentia Thuriferarius, accedit ad Celebrantem, & facta ei debita reverentia, ducet ad locum paramentorum, ubi magna cum reverentia, & debitis inclinationibus ſe induentem juvabit, & miniſtrabit, cui etiam omnes alii parati hinc indè aſſiſtent, & juvabunt, quando opus erit.

Paratur autem Celebrans Pluviali coloris tempori, ſeù feſto convenientis ſuper Amictum, & Superpelliceum ſine Stola, vel ſuper Albam; Cingulum, & Stolam in modum Crucis antè pectus, quo caſu non dicet orationes, quæ dici ſolent ad has veſtes antè Miſſam. *Cær. Orn. Min. & Gav. ut ſup.*

Interim Ceroferarii, accenſis in Altari cereis cum debitis genuflexionibus, & reverentiis, & in Sacriſtiam reverſi, ibiq; acceptis Candelabris ſuis, priùs cereis accenſis, pergent antè Imaginem principalem Sacriſtiæ hinc indè à latere Cantorum.

Tum omnibus ritè diſpoſitis, datoq; ultimo Veſperarum ſigno, ſtantes omnes in recta linea nudo capite, profundam Cruci, uel principali Imagini in Sacriſtia poſitę, & Celebranti inclinationem facient, & ſibi ipſis mediocrem, quibus aliquali reverentia Celebrans reſpondet nudo adhuc capite. *Beaux. in Cær. Ord. p. 2. cap.* 11.

Procedunt autem in Chorum, vel ad Altare hoc ordine, præcedent Ceroferarii cum Candelabris, & candelis accenſis, ſequetur Cæremoniarius, & Thuriferarius à ſiniſtris ejus cum libro Manuali, vel, ſi duo ſint Thuriferarii, Cæremoniarius ibit in medio eorum

eorum: Deindè Cantores bini, poſtremò Celebrans manibus junctis, medius inter duos Aſſiſtentes Pluvialibus indutos, qui fimbrias anteriores Pluvialis ipſius parumper elevant, & hi tres Pluvialibus parati, cooperto capite procedunt, cæteri verò minimè. *Cer. Ord. Min. par. 3. cap. 1. num. 1. Gav. loc. ſupr. cit. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

Cum pervenerint ad Altare, ſiſtent ſe ante infimum gradum, formantes quaſi lineam rectam, ita ut Ceroferarii ſtent hinc indè omnium poſtremi; Cæremoniarius verò ad latus dexterum propè Credentiam, & Thuriferarios retrò Celebrantem, quod ſi duo fuerint Thuriferarii, ſtent hinc indè retrò. Cantores, & tunc Cæremoniarius, vel inter Thuriferarios, vel ubi ſup. *Beauv. loc. cit.*

Tùm detecto capite omnes genuflectunt, & ſic genuflexi remanent, donec ſecretò dixerint: *Aperi Domine &c. Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 2. & 3.*

Deinde omnes ſurgunt, & facta Altari debita reverentia, Chorum ingrediuntur, & cum Celebrans pervenerit ad medium Chori, ſiſtet ſe medius inter ſuos Miniſtros, & capitis inclinatione cum eis ſalutabit Patres ab utraque parte Chori, priùs a parte, ubi eſt Chorus, vel ſi adeſt Prælatus, ab ea parte, ubi aderit, facta ei priùs profunda inclinatione, deindè ab alia parte, qui Patres ipſum ſalutare debent, caput inclinando: Si verò ſit Prælatus Celebrans, priùs ſalutabit eos, qui ſunt a parte primi Chori, capitis levi inclinatione, poſtea alios ab alia

par-

Digitized by Google

parte, qui omnes profundè illi ſe inclinant: quo facto, aſcendet ad primam ſedem Chori ab ea parte, in qua ea hebdomada erit Tabella (Chorus) & dato ſigno incipiendi, omnes ſurgunt, & profundè inclinati, dicũt ſecretò, *Pater*, *& Aue*, *&c.* quibus dictis à Cæremoniario, vel à primo Aſſiſtente eleuata parte dextra anteriori Pluuialis Celebrãti, ipſe Celebrans tenens ſiniſtram manum infrà pectus dextera aperta, & digitis ſimul junctis facit ſibi Crucis ſignum à fronte ad pectus, cantans intelligibili, & clara voce (*Deus in adiutorium meum intende*) & pro uno quoque verbo tangit, primo frontem, deindè pectus, mox humerum ſiniſtrum, ultimò dexterum, & in fine jungit manus antè pectus. *Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 1.*

Vel ſe ſignat ità moroſè, ut finiat verba, & Crucis ſignum una ſimul. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 1. n. 6. & Gav. ut ſup.*

Dum dicitur *Gloria Patri*, omnes profundè inclinant, quo dicto ſe erigunt; tum primus ex Aſſiſtentibus, ducente Cæremoniario, facta prius Altari debita reverentia, accedit ad Celebrantem, & faciens illi profundam reverentiam, ei præintonat ſubmiſſa voce primam antiphonam, cui Celebrans tantum caput inclinat, qua clara voce repetita, recedit cum Cæremoniario ad proprium locum, facta iterum Celebranti, & Altari debita reverentia. *Cær. Ord. Min. p. 3 cap. 1. num. 4. & 7. & Gav. in epit. tract. 2. par. 2. tit. 3. &c. & Cærem. Epiſcop. lib. 4 cap. 3.*

Ce-

Ceroferarii, cum Celebrans ad ſedem ſuam aſcenderit, cum debitis reverentiis diſcedunt ab Altare, ubi facta genuflexione, & inter ſe mutua reverentia, ſine mora ſua Candelabra deponunt, vel ſuper Altare, aut ſuper Credentiam, & candelæ extinguuntur, exceptis ſolemnioribus feſtis; verùm ſi ſuper Altare deponunt Candelas, non extinguant, & iterùm facta Altari genuflexione, accedunt cum Thuriferariis ad ſedes ſuas debitis cum reverentiis, ubi cum cæteris permanent Sedentes, & ſtantes ad modum Chori. *Cær. Ord. Min. ut ſup. num. 5.*

Cantata prima Antiphona, duo Cantores cottis induti, ex ſuis locis in medium exeuntes, & ſe invicèm jungentes cum debitis reverentiis, priùs, & poſtea, priùs quidèm Celebranti, & Altari, poſtea verò Altare, ſibi invicèm, & Celebranti, in medio Chori intonant Pſalmum *Dixit*, quo intonato omnes ſedent. *Cær. Ord. Min. loco ſupr. cit. n. 7.*

Cum aliquis eorum paratus ſurget, ut aliquid ad munus ſuum ſpectat agat, cæteri etiam parati debent ſurgere, Celebrans tamen in hoc caſu nunquam ſurget. *Cærem. Ord. Min. ut ſupr. n. 9. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 1. & 3. & Gav. ut ſup.*

Abſoluto Pſalmo, ſi non pulſetur Organum, Vicarius Chori intonabit Antiphonã, & Chorus proſequetur, ſi verò pulſetur Organum, duo Cantores ex ſuis ſedibus, ut ſuprà exeuntes, illam legent alta voce, qua perlecta, accedant ad digniorem Patrem, & alter

alter ex eis, cum debita reverentia, illi præintonat ſecundam Antiphonam, quod ſervabitur in diſtributione aliarum antiphonarum, quæ ſemper ab eiſdem, & ab utraque parte Chori per ordinem, incipiendò à dignioribus, alternatim præintonantur; excepto quandò ſunt dies minus Solemnes, ut dies Dominicus, & Duplicia per annum, quia tunc ab inferioribus, ſervato inter illos debito ordine, dicuntur. *Cærem. Ord. Min. loc. cit. n.* 8.

Circà finem ultimi Pſalmi, Thuriferarius, & Ceroferarii cum debitis reverentiis, accipient Pluvialia, Ceroferarii pro Aſſiſtentibus, & Thuriferarius pro Celebrante, & hoc, ſi in principio illa depoſuerint. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 11.

Thuriferarius, deinde cum debitis reverentiis, exibit à Choro ad præparandum ignem in thuribulo, & initio hymni aderit in Choro cum turibulo, & navicula, non impoſito thure in thuribulum, & ſiſtet ſe parte dextra Chori, ideſt juxta cornu Evangelii, ibique leviter agitabit thuribum. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n.* 10.

Finitis Pſalmis, Ceroſerarii cum candelabris, & Cereis accenſis, accedunt ad Celebrantem cum debitis reverentiis, & ſe hinc indè ante eum à lateribus ejus in plano collocant, faciem ad ſe invicem verſa: accedunt etiàm Aſſiſtentes cum debitis inclinationibus ad Celebrantem, & ità ſe locant hinc inde in plano Chori, ut ipſi Ceroſerariis ſint propriores: Cæremoniarius

verò

verò tunc à dextris (ſi fieri poteſt) Ceroferarii, qui eſt à dextris Celebrantis, qui & hæc omnia diſponet : caventes omnes ne, terga vertant Altari, nec ipſi Celebranti, & dum verſus : *Gloria Patri* cantatur, nè recedant de loco ſuo, quin priùs ſit completus. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 11.

Dicta ultima Antiphona, Celebrans ſurgit, & detecto capite, junctiſq; manibus è porrecto ſibi per Cæremoniarium, vel per Aſſiſtentes libro, cantat *Capitulum* : quo dicto, major ex paratis Aſſiſtentibus cum debitis reverentiis, ſubmiſſa voce præintonat, & initium hymni, quem ipſe clara voce cantat, & ſic uſquè ad finem ſtat manibus junctis ; Aſſiſtentes verò facta debita reverentia, recedunt ad loca ſua, & ſtant ſimiliter manibus junctis uſque ad finem hymni. *Cær. Ord. Min. loc. ſup cit. & Gav ut ſup.*

Hymno intonato, Ceroferarii facta cum Cæremoniario reverentia Celebranti, recedunt, & Candelabra deponunt, & ſiſtunt ſe in medio Chori facie verſa ad invicem : Cæremoniarius verò remanet prope primum, paratum, vel vbi placuerit. *Ibid. n.* 11.

Si ad initium hymni ſit genuflectendum, Ceroferarii immobiles permanebunt, ac ſi ipſimet eſſent duo Candelabra marmorea. *Id. loc. cit. n.* 12.

Quandò principium hymni continet invocationem *Dei*, & *Jeſu Chriſti*, dum Celebrans eum intonat, elevat, & jungit manus, caput verſus Altare inclinans, ob reverentiã *Divinæ invocationis*. *Cærem. Ord. Min. loc. cit.*

cit. n. 11. *& cap.* 12. *nu.* 7. *& Gav. loc. ſup. cit. & Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 14.

Circa finem Hymni, Aſſiſtentes factis debitis reverentiis, & Celebranti, & ſibi invicem, procedunt in medium Chori, ubi poſt hymnum, verſum cantant: deinde cum debitis reverentiis, & Altari, & ſibi invicem, redeunt ad Celebrabtem, quorum maior, ducente Cæremoniario, cum debitis reverentiis, præintonat illi *Antiphonam* ad *Magnificat*, ſubmiſſa voce, qua per Celebrantem clara voce repetita, recedit Aſſiſtens ad locum ſuum; deinde Cantores, & Chorus eam proſequuntur. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n.* 13. *& Gav. ut ſup. in epit. num.* 2. *p.* 2. *tit.* 3. *& Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 3.

Interim Ceroferarii accipiunt Cādelabra ſua cum cereis accenſis, procedentes propè Aſſiſtentes, & facta Celebranti reverentia, hinc inde expectant cum Thuriferario, vel Thuriferariis. *Cær. Ord. Min. loc. cit. num.* 14.

Intonato Cantico *Magnificat*, quod a prædictis duobus Aſſiſtentibus intonatur: Celebrans facto ſibi ſigno Crucis, factaque ad utramque Chori partem honoris ſignificatione, Miniſtri quaſi ei obviantibus, factaque illi ab omnibus debita reverentia, deſcendit ad medium Chori: tum tecto capite, & manibus junctis, procedit ad Altare per latus Evangelij, medius inter duos Aſſiſtentes, ſimiliter capite tecto, & fimbrias Pluvialis elevantes, præcedentibus cæteris, ordine quo venerunt; & quando ob loci anguſtiam, tres ultimi pariter ire nequeunt,

præ-

præibunt Miniſtri, ultimò Celebrãs, & quãdò neque duo ſimul ire poſſunt, præcedit qui minor eſt. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. num.* 14. *& Cær. Epiſc. lib.* 2 *cap.* 3.

Eſt advertendum, quòd, quandò via eſt brevis, tàm Celebrans, quàm Aſſiſtentes procedunt ad Altare capite detecto. *Cærem. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. *& Arnaud. epit. Gav. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 3. *n.* 9. ſed hoc convenire videtur etiàm propter *canticum Evangelium Bauldr. p.* 2. *cap.* 11. *Art.* 1.

Cum pervenerint ad Altare, facta ab omnibus ante infimum gradum debita reverentia, Celebrans aſcendit cum Aſſiſtentibus ad Altare, quod ipſe ſolus oſculatur in medio; Mox convertens ſe versùs cornu Epiſtolæ miniſtrante primo Aſſiſtente Naviculam cum debitis oſculis, & reverentiis, & Thuriferario thuribulum, imponit thus, benedicit, & incenſat Altare, eo prorſus modo, qui præſcribitur in principio Miſſæ, & alibi, non dicens Pſalmum *Dirigatur*, *&c.* interim Aſſiſtentes elevant illi partes anteriores Pluvialis, & ſemper genuflectunt quandò Celebrans inclinat ante Crucem, cæteri verò nihil ſe movent. *Cær. Ord. Min. ut ſup. cap.* 1. *n.* 15. *&* 16. *& Gav. loc. ſup. cit.*

Altare thurificato, Celebrans in cornu Epiſtolę thuribulum reddet primo Aſſiſtẽti, quod cum debitis oſculis, & inclinationibus recipiens, dabit Thuriferario; deindè Celebrans ad medium Altaris rediens, mediocriter caput inclinat Cruci medius inter Aſſiſtentes, pariter ſe inclinantes: tùm cum

illis

illis deſcendet antè gradus Altaris, cum cæteris faciens reverentiam debitam, & ad Chorum revertuntur. *Ibid.*

Si verò aliud Altare, ratione feſtivitatis, ſit incenſandum, facta incenſatione Altaris Majoris, & reddito thuribulo: factaque debita reverentia, Celebrans, & omnes alii Miniſtri procedunt ad illud, eodem ordine, quo ad primum, ibique facta debita reverentia, & ab Aſſiſtentibus, Ceroferariis, & Thuriferario ſemper genuflexione: Celebrans aſcendit cum Aſſiſtentibus ad Altare, quod ipſe ſolus, ut ſupra oſculatur, & omnia facit, quæ in incenſatione primi Altaris fecit, excepto, quod non imponit rurſus incenſum in thuribulum, niſi opus ſit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. Gav. loc. cit. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 3. pag.* 128. *& Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 19.

Sed notandum eſt, quod ſi Veſperæ cantentur apud illud Altare feſtivitatis extra Chorum, non eſt, cur ad Altare majus accedatur, neque priùs, neque poſteà, neque ut illud thurificetur, cum Altare illud feſtivitatis, ubi officium tunc celebratur, Altare majus repræſentet. *Cær. Ord. Min. cap.* 1. *n.* 18. *ut ſup.*

Tamen SS. Sacramentum ſemper incenſatur. *Bauldr. p.* 2. *cap.* 9. *Art.* 5.

Celebrans non dicit *Magnificat*, vel *Benedictus*, cum Altare thurificat; Sed poſtquam ipſe incenſatus fuerit, recitat ſubmiſſa voce alternatim cum Miniſtris. *Ex Bauldr. p.* 4. *cap.* 11. *Art.* 5.

Digitized by Google

De Incenſatione Chori ad Veſperas Solennes. Cap. II.

INcenſatione Altaris, vel Altarium peracta, factaque iterum debita reverentia, ſimul omnes recedunt, & revertuntur ad Chorum per latus Epiſtolæ, ubi Celebrans cum pervenerit, ſalutatis ab utraque parte Chori Patribus capitis inclinatione, qui ei correſpondent in reverentia, aſcendit ad ſedem ſuam, & thurificatur triplici ductu à primo ex Aſſiſtentibus, cum eodem thure, quod à Celebrante fuit benedictum, cum profunda capitis inclinatione antè, & poſt, cui etiam Celebrans modicum reſpondet; Cæremoniario interim anteriorem partem dexteram Pluvialis Aſſiſtentis elevante, vel, eo abſente, Thuriferario. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. n. 1. & Gav. in epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

Interim Ceroferarii deponunt Candelabra in loco conſueto, & petunt loca ſua uſquè ad orationem. *Ibid.*

Celebrante incenſato, idē Aſſiſtens incenſabit Prælatum localem, ſcilicet Guardianū, ſeù Præſidem triplici ductu, cum profunda inclinatione antè, & poſt. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit.*

Prælato locali incenſato, Aſſiſtens reddit thuribulum Thuriferario, a quo ipſe ſtatim à dextris Celebrantis aſſiſtens, & alter à ſiniſtris, duplici ductu immediatè incenſantur, vel ſi duo ſint Thuriferarii, quiſque a par-

parte ſua thurificabit unum ex Aſſiſtentibus, poſtea turificantur Cantores per ordinem duplici ductu, cum mediocri inclinatione ante, & poſt. *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit.*

Incenſatis Miniſtris paratis, hoc eſt, Aſſiſtentibus, & Cantoribus, Thuriferarius incenſabit Chorum, vel in communi tranſeundo antè ſedilia, vel ſingillatim Patres, & alios ſuo ordine, facie ad faciem cum debitis reverentiis antè, & poſt, quam reſervari poterit laudabilis conſuetuto Provinciæ. *Ibid. num. 2.*

Si verò ſint duo Thuriferarii, incenſabũt ſuo quoque Thuribulo ſuam partem eiuſdẽ Chori, vel ſingillatim Patres ſuo ordine, ut ſupra, vel in communi, tranſeundo antè ſedilia, una ſimul egredientes ad planum Chori, ubi Ceroferarios per ordinem incenſabunt; tandem populum triplici ductu, unuſquiſque à parte ſua, ſcilicet incipiendo in medio, ultimo ſeipſos, peractis ſimul antè, & poſt incenſationem, reverentiis, & genuflexionibus debitis, ſi unicus ſit Thuriferarius, triplici ductu incenſat populum, ut ſupra, ſed in medio, à dextris, & à ſiniſtris, cum debitis reverentiis antè, & poſt. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. num 2. & Gav. loc. & tit. cit. & tract. 1. p. 2. tit. 7. num. 23.*

Dùm fit incenſatio, omnes omninò ſtare debent vſque ad finem, & extrà ſedem facta priùs inclinatione thurificanti, & invitantes proximiorèm ſtatim incenſandum, qui ſimiliter inclinabit invitanti: tunc incenſationem ſuſcipientes, & hac ſuſcepta

thurificanti iterum inclinantes; quæ omnia ſervare debet etiam Celebrans, ſed inclinatione leviori; ſicut etiàm tàm circa thurificantem, quàm qui thurificatur, magis, & minus habenda eſt ratio de inclinationibus *Cær. Ord. Min. loc. ſup. cit. nu.* 1. *&* 8. *p.* 4. *cap.* 6. *num.* 7. *& Gav. in epit. tract.* 1. *p.* 2. *tit.* 7. *num.* 22. *& Cærem. Epiſc. mox citand.*

Qui thurificat, debet ſemper ſtare, ſolus *Summus Pontifex* à genuflexo incenſatur. *Cær. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23.

Advertant Cantores, ut cantusità dimetiatur tempore Cantici *Magnificat*, ut tota incenſatio ſit expleta, antequam Celebrans dicat; *Dominus vobiſcum:* quia tunc debent omninò ceſſare Thuriferari ab incēſatione; ſicut etiàm ad *Gloria Patri* debent pauſam fecere, caput inclinare, & deindè proſequi. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 2. *ut ſup. n.* 9. 10. *&* 11. *& Cær. Epiſc lib.* 2. *cap.* 3.

Abſente Prælato, thurificatur Celebrans triplici ductu. *Sac. Congr.* 9. *Maii* 1606. *&* 30. *Jan.* 1616.

Si autem in Choro adſit Epiſcopus Diæceſanus, vel aliquis eo major, ipſe incenſum benedicit, non Celebrans, primus poſt Celebrantem thurificatur triplici ductu, cū profunda inclinatione antè, & poſt à primo Aſſiſtente, Celebrans verò duplici: idem ſi adeſſet Cardinalis legatus, &c. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. num.* 5.

Si adeſſent Epiſcopi exteri, vel alii Prælati, honoris gratia ſemper thurificantur immediatè poſt Celebrantem per Aſſiſtentem

triplici

Digitized by Google

triplici ductu, ſicut, & triplici ductu incenſabitur ipſe Celebrans. *ibid. n.* 6.

Si adeſſet P. Generalis thurificabitur triplici ductu, Celebrans duplici: ſimilitèr ſi adeſſet P. Provincialis, abſente P. Generali, in ſua Provincia triplici ductu incenſabitur, & Celebrans duplici; omnes autèm Pręſules prædicti incenſantur à primo Aſſiſtente, ſed regulariter primus omnium, quicunque ille ſit, præſente quolibet, incenſatur Celebrans. *Cærem. Ord. Min. loc. ſup. cit. num.* 3. *&* *p.* 4. *cap.* 7. *num.* 11. *Gav. ut ſup. & Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 23.

Prælatus localis, præſente Pręſule Majori, duplici tantùm ductu thurificabitur per thuriferarium, ſicut, & alii Prælati ordinis; ſed hoc videtur magis præſtare per Cæremoniarium, ſi adſit. *Cærem. Ord Min. p.* 3. *cap.* 2. *ut ſup. n.* 3. *&* 4.

Cæteri verò Patres in Choro aſſiſtentes unico, vel duplici ductu ſecundùm conſuetudinem Provinciæ thurificantur.

Notandum eſt, quòd præſente P. Generali, vel Provinciali, &c. Celebrans, ſi ità videbitur, poterit apud Altare incenſari proùt in Miſſa, triplici ductu in cornu Epiſtolæ, aut in plano Presbiteri; deindè in Chorum ad ſedem ſuam revertetur, & reliqua fient ut ſupra. *Cærem. Ord. Min. p.* 4. *cap.* 7. *n.* 11. *& p.* 3. *cap.* 3. *n.* 6.

Princeps Magnus non recognoſcens ſuperiorem, Gubernatores Regnorum, & Provinciarum, ac Proreges thurificantur à primo Aſſiſtente immediatè poſt Epiſcopũ triplici ductu. *Cær. Ep. l.* 1. *c.* 23. Bb 2 Im-

Digitized by Google

Imperator, & Reges indiſtinctè antè Epiſcopum triplici ductu thurificantur. *Ibid.*

Si adeſſet aliqua mulier inſignis, ut Regina, Imperatrix, vel Magna Principiſſa, utiq; & ipſi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro, ſi adeſſet. *loc. cit.*

Notandum eſt circa incenſationem Perſonarum, quod Domini locorum minorum, de quibus in *Cær. epiſc.* nulla fit mentio, ſeù Magiſtratus, incenſari poterunt à thuriferario, vel à Cæremoniario duplici, vel unico ductu pro qualitate perſonarum, iis videlicet, quibus proprium ſcamnum, ſeù ſedes ab aliis diſtincta parari ſolet; ſed in toto incenſationis ordine, & ritu, ad pacem conſervandam, tàm laicorum, quàm Clericorum, cõſuetudo laudabilis locorum ſeruari debet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. & p. 3. cap 2. Gav. epit. tract. 1. p. 2. tit. 7 n. 22. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 3. pag. 128.*

• Hic omittere nolo, docere aliquos, quòd ſi in thurificatione Chori unicus ſit Thuriferarius, poterit, (ſi ità videbitur,) poſtquàm thurificavit omnes paratos, tàm ex una, quam ex altera parte Chori, omnibus ſimul ſe inclinare, antè, & poſt incenſationem finitam, brevitatis gratia, & hoc præcipuè, quando adeſt multitudo Patrum, &c.

Finita incenſatione, abſolutoque Cantico, reſumunt Cantores antiphonam, niſi reſumatur ab organo, quia tunc alta voce legunt: interim Ceroferarii, acceptis candelabris cum candelis accenſis, accedunt ad Celebrantem, factaque ei debita reverentia, ſtant

ſtant verſa facie ad invicem; tùm Celebrans, repetita antiphona, ſtans verſus Altare junctis manibus, medius inter Aſſiſtentes, librum ſuſtinentes (niſi adſit legile) & Ceroferarios, cantat *Dominus vobiſcum*, *oremus*, & *orationem*, vel *orationes*, ſi ſint faciendæ cõmemorationes, quibus finitis, repetit *Dominus vobiſcum*: tunc duo Aſſiſtentes procedunt ad medium Chori, & cantant *Benedicamus Domino*, ac ſtatim cum debitis reverentiis redeant ad Celebrantem, qui ſubmiſſa voce dicit *Fidelium animæ*, *&c.* etiam organo reſonante; deindè præcedentibus Ceroferariis, procedit Celebrans cùm Aſſiſtentibus, & omnibus paratis antè Altare (ubi ea ſit conſuetudo) alioquin remanent in ſuis ſedibus, quo caſu Ceroferarii finitis orationibus, factis debitis reverentiis, deponunt Candelabra, neque reſumunt, niſi poſt *Sacroſanctæ*, quando procedendum eſt ad Sacriſtiam; quod, ſi ſit conſuetudo procedendi antè Altare, cum pervenerint ad illud, facta ab omnibus debita reverentia, depoſitiſque à Ceroferariis Candelabris, terminatur officium, dicendo primò totum, *Pater* Secretò, (niſi ſequatur Completorium.)

Deindè Celebrans dicit, *Dominus det nobis ſuam pacem*, *&c.* & ab omnibus dicitur *Antiphona finalis B. M. V.* ſecundum temporis exigentiam: poſteà Celebrans ſtans, dicit *verſiculum*, & *orationem*, ſtantes etiàm Aſſiſtentes, ſi opus ſit librum tenendi, vel ſit tempus Paſchale, aut dies Dominicus, tum dicit, *Dominum auxilium*, & ab ipſo aut,

Digitized by Google

ab omnibus dicitur oratio *Sacroſanctæ*, *&c.* tandem dato ſigno, omnibus ſurgentibus, acceptiſque à Ceroferaris Candelabris, & facta Altari debita reverentia, revertuntur in Sacriſtiam, ordine quo venerunt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 12. 13. &c. ac Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

De Veſperis Solemnioribus, Cælebrante Prælato apud Altare extra Chorum. Cap. III.

DIebus Solemnioribus, ubi multus ſit numerus Sacerdotum, Celebrans cum Miniſtris Aſſiſtentibus poterit, ſi ità videbitur, extrà Chorum remanere, & ſuper ſedilibus in cornu Epiſtolæ præparatis ſedere, quorum illud maximè, quod erit prò Celebrante paratum, altius ſit, & nobilius, pulvino ſaltem ſuppoſito, & ſtrato aliquo tapete ſuper genuflexorio ante ſe poſito, ſuper quod etiã ponetur liber ſerico integumẽto coloris cæterornm paramentorum tectus, vel ſuper legili, quod ponatur ante Celebrantem, & removeatur, quandò opus erit, & tunc tapete erit ſternedum ante pedes ipſius Celebrantis. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 3. nu. 1. Gav. in epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

Aſſiſtentes verò, & omnes alii parati debent eſſe ad minus, ut ſupra dictum eſt, qui procedent de Sacriſtia ad Altare ordine ſuperius preſcripto. *Cær. Ord. Min. loc. cit.*

In præintonationibus, & intonationibus, omnia reſpectivè obſervabuntur; ut ſuprà, ab

ab Aſſiſtentibus,& Cantoribus, & ſub finem Hymni, Aſſiſtentes accedentes ad medium antè Altare, cantant ſimul verſum; alter verò ex iis rediens antè Celebrantem, præintonat illi Antiphonam ad *Magnificat*, qua per Celebrantem repetita, denuò redit antè Altare, ubi, cum fuerit finita in Choro antiphona, intonant Canticum *Magnificat*, & deindè ad Celebrantem redunt quaſi obviam *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 2.*

Inchoato Cantico *Magnificat*, accedit Celebrans cum Miniſtris ad Altare capite detecto, quoniam brevis eſt via, & propter *canticum Evangelium. Bauldr. p. 2. cap.* 11. *Art.* 1. fit incenſatio more ſolito, at ſi facienda ſit incenſatio ad aliud Altare, præcedent Ceroferarii, & alii, ut initio veſperarum. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 5. Gav. ut ſup.*

Incenſato Altari, ſi non fuerit in Choro alius Prælatus Celebrante major, poſt ipſum thurificatum a primo Aſſiſtente, pariter thurificantur immediatè Aſſiſtentes à primo Thuriferario, deindè alii parati, & Cantores, quo facto procedent Thuriferarii ad Chorum, & fiet incenſatio modo ſuperius tradito. *Ibid. n. 5.*

Quod ſi in Choro fuerit Prælatus aliquis Celebrante major; Cæremoniarius, poſt Celebrãtem ter incenſatum, Thuriferario pręcedente, in Chorum ducet primùm Aſſiſtentem, qui ter incenſabit de more Prælatum, ſtatimque reddito thuribulo, præcedente eodem Cæremoniario, à ſiniſtris habente thuriferario, ad locum debitum extra Cho-

rum

ab omnibus dicitur oratio *Sacroſanctæ, &c.* tandem dato ſigno, omnibus ſurgentibus, acceptiſque à Ceroferaris Candelabris, & facta Altari debita reverentia, revertuntur in Sacriſtiam, ordine quo venerunt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 12. 13. &c. ac Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

De Veſperis Solemnioribus, Cælebrante Prælato apud Altare extra Chorum. Cap. III.

Diebus Solemnioribus, ubi multus ſit numerus Sacerdotum, Celebrans cum Miniſtris Aſſiſtentibus poterit, ſi ità videbitur, extrà Chorum remanere, & ſuper ſedilibus in cornu Epiſtolæ præparatis ſedere, quorum illud maximè, quod erit prò Celebrante paratum, altius ſit, & nobilius, pulvino ſaltem ſuppoſito, & ſtrato aliquo tapete ſuper genuflexorio ante ſe poſito, ſuper quod etiã ponetur liber ſerico integumẽto coloris cæterorum paramentorum tectus, vel ſuper legili, quod ponatur ante Celebrantem, & removeatur, quandò opus erit, & tunc tapete erit ſternedum ante pedes ipſius Celebrantis. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 3. nu. 1. Gav. in epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. & Cærem. Epiſc. lib. 2. cap. 3.*

Aſſiſtentes verò, & omnes alii parati debent eſſe ad minus, ut ſupra dictum eſt, qui procedent de Sacriſtia ad Altare ordine ſuperius preſcripto. *Cær. Ord. Min. loc. cit.*

In præintonationibus, & intonationibus, omnia reſpectivè obſervabuntur; ut ſuprà, ab

ab Aſſiſtentibus,& Cantoribus, & ſub finem Hymni, Aſſiſtentes accedentes ad medium antè Altare, cantant ſimul verſum; alter verò ex iis rediens antè Celebrantem, præintonat illi Antiphonam ad *Magnificat*, qua per Celebrantem repetita, denuò redit antè Altate, ubi, cum fuerit finita in Choro antiphona, intonant Canticum *Magnificat*, & deindè ad Celebrantem redunt quaſi obviam *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 2.*

Inchoato Cantico *Magnificat*, accedit Celebrans cum Miniſtris ad Altare capite detecto, quoniam brevis eſt via, & propter *canticum Evangelium. Bauldr. p. 2. cap.* 11. *Art.* 1. fit incenſatio more ſolito, at ſi facienda ſit incenſatio ad aliud Altare, præcedent Ceroferarii, & alii, ut initio veſperarum. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 5. Gav. ut ſup.*

Incenſato Altari, ſi non fuerit in Choro alius Prælatus Celebrante major, poſt ipſum thurificatum a primo Aſſiſtente, pariter thurificantur immediatè Aſſiſtentes à primo Thuriferario, deindè alii parati, & Cantores, quo facto procedent Thuriferarii ad Chorum, & fiet incenſatio modo ſuperius tradito. *Ibid. n. 5.*

Quod ſi in Choro fuerit Prælatus aliquis Celebrante major; Cæremoniarius, poſt Celebrãtem ter incenſatum, Thuriferario precedente, in Chorum ducet primùm Aſſiſtentem, qui ter incenſabit de more Prælatum, ſtatimque reddito thuribulo, præcedente eodem Cæremoniario, à ſiniſtris habente thuriferario, ad locum debitum extra Cho-

rum

rum revertetur, & ibi ſtans in loco ſuo, incenſabitur ab eodem Thuriferario bis, qui deinceps Aſſiſtentem à ſiniſtris Celebrantis ſimili modo incenſabit, & reliquos paratos, & Cantores, deinde incenſabitur Chorus, ut ſupra notatum fuit. *Cær. ord. min. loc. cit. nu. 6.*

In minoribus autem Eccleſiis, ubi deſunt & Miniſtri, & Pluvialia, hæc omnia, quæ allata ſunt de Veſperis Solemnibus, ſervari non poſſunt, ſed ſervari debent, quæ reſpiciunt Celebrantem; ubi commode fieri poteſt. *Gav. epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 14.*

De Completorio Solemni. Cap. IV.

PRo Completorio Solemniter cantando organum admitti poteſt, ſed nulla fit incenſatio ad *Nunc dimittis. Gav. in epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 15. Cær. ord. min. p. 3. cap. 2. n. 15. & Cær. episc. lib. 2. cap. 4.*

Quando ad *Completorium*, & *Primam*, aliquis ſolus recitat officium, ſemel tantùm dicit, *Confiteor* omiſſis illis verbis, *Tibi Pater*, vel *vobis fratres*, & ſimiliter dicit, *Miſereatur noſtri, peccatis noſtris, perducat nos*; ſicuti fit in oratione Dominica *Rub. gen. Brev. 15. n. 5.*

Recitantes autem duo officium ſimul, nihil debent mutare, ſed qui major eſt, dicat, *Vobis fratres; Vos fratres*, qui minor, *Tibi Pater*, & *Te Pater*, ſicuti dicunt invicem: *Dominus vobiſcum, & cum ſpiritu tuo;* neque Moniales mutare debent in verbis, *Mater Matrem, Sorores*: ſed eodem modo loqui nomine Eccleſiæ, ac ſi eſſent viri. *Ex Decr. S. R. C. 18. Aug. 1629. Gav. Sect. 5. cap. 17. n. 12.*

De

Digitized by Google

De Matutino Solemni. Cap. V.

IN Matutinis Solemnibus, Celebrans, & Miniſtri in Sacriſtia parati, ut ſupra ad Ueſperas dictum eſt, procedunt ad Altare, ordine ſolito, (& hoc ex frequentiori uſu noſtrarum Eccleſiarum) ubi facta ab omnibus debita reverentia, & flexis genibus dicta oratione; *Aperi Domine*, *&c.* Celebrans, facta cum cæteris, Altari, debita reverentia, præcedentibus Miniſtris, &c. procedit ad Chorum, ordine quo ſupra in veſperis, & dato ſigno, omnes profundè inclinati dicunt ſecreto totum, *Pater*, *Aue*, & *Credo*, quo dicto, Celebrans cantat *Domine labia*, *&c.* Signans labia ſua pollice dextræ manus, ſiniſtra infrà pectus poſita, & eadem manu ſignat ſe cantando, *Deus in adiutorium*, *&c.* dum dicitur *Gloria Patri*, *&c.* omnes profundè inclinant; deindè Celebrans cum Aſſiſtentibus remanet in eodem loco uſque ad primum verſiculum primi Pſal. Noct. tum duo Cantores cum debitis reverentiis, accedunt ad medium Chori, ubi ex libro antè ſe poſito ſuper legili cantant Invitatorium (quod à Choro reſumitur) & Pſal. *Venite.* Interim omnes ſtant, & cum cantatur *Venite adoremus*, *& procidamus antè Deum*, tàm ipſi Cantores, & Celebrans, quàm alii omnes genuflectunt, poſteà ſurgunt, & proſequuntur, *Ploremus coram Domino. qui fecit nos*, *&c. Cær. O. M. p. 3. cap. 4. n. 2. & cap. 8. nu. 2. & cap. 9. n. 2. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

Ad Matut. adſunt duo Aſſiſtentes tantum parati, & non plures. *Baul. p. 2. cap. 13.*

Si Cantores plures duobus fuerint, cantant verſus Pſalmi (*Venite*) bini, & bini alternatim, & in fine Pſalmi, poſt *Gloria Patri*, repetita à Choro ultima parte *Inuitatorii*, ipſi Cantores omnes ſimul repetunt principium ejuſdem *Inuitatorii*, uſque ad medium illius quod Chorus proſequitur: finito *Inuitatorio*, primus Aſſiſtens, duce Cæremoniario, præintonat Celebranti *Hymnum* ſubmiſſa voce: quo expleto, idem Aſſiſtens iterum præintonat illi primam Antiphonam, factis ſemper debitis reverentiis, ut alibi dictum eſt, qua decantata, Celebrans deponit Pluviale, & ſimiliter Aſſiſtentes, ſi illud habeāt; tum procedunt ad ſedes ſuas, & interim Cantores intonant Pſalmum, quo intonato omnes ſedent, ut ſuo loco dictum eſt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. nu. 2. & 11. & Cær. epiſc ut ſup.*

Circa finem cuiuſque Pſalmi, antequàm dicatur *Gloria Patri*, ſurgunt omnes, & inclinant profundè ad *Gloria Patri*, &c. Poſt verſum *Sicut erat*, &c. Cantores repetunt Antiphonam, & ſi pulſetur organum, illam altæ voce legunt. *Cær. ord. min. loc. cit.*

Interim accedunt duo Cantores ad digniorem Patrem, ſervato ordine in Veſperis præſcripto, & antea feſti, & Celebrantis qualitate, & alter ex eis facta illi debita reverentia, prçintonabit ei ſecundam antiphonam, & ſic viciſſim ſemper faciunt ſucceſſiuè ſingulis Patribus. *Cær. Ord. Min. ut ſup.*

Circà

Circa finem tertii Pſalmi cuiuſcumque Nocturni accedunt Cantores ad librum, & factis debitis reverentiis Altari, & Choro, poſt repetitam antiphonam, cantant verſiculum, & reſponſo à Choro, Celebrans intonat clara voce, *Pater noſter* (quod ſemper fit) quoties dicendum eſt clara voce, *& ne nos inducas in tentationem*] & reliquum dicetur ſecreto: deindè alta voce, dicet, *& ne nos, &c.* & *Abſolutionem*, & *Benedictiones* ſtando, & manibus junctis, & detecto capite *Cær. ord. min. loc. cit. nu. 3. & cap. 7. nu. 4. & Tonel. lib. 1. cap. 1. §. 10. Arnaud. epit. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 3. num. 9. & 12. Pollac. in Aphor. pa. 2. Cær. 8. pag. 156.*

Interim, dum cantantur verſus, Cæremoniarius accedit ad aliquem fratrem ex junioribus, juxtà feſti, & Celebrantis qualitatem (qui lecturus eſt primam lectionem] & facta ei reverentia, ipſum ducit ad Legile, quo cum pervenerit, cum Cæremoniario verſus Altare genuflectit; deindè Patribus ab vtraque parte Chori profundè inclinatur, incipiendo ab iis, qui ſtant à parte Celebrantis: moxq; propius accedens ad legile, abſolutione peracta, petit benedictionem, dicens *jube Domne benedicere*, caput profundè inclinans ſemiverſus ad Celebrantem, ne terga vertat Altari, uſquedum ille ſtans terminet benedictionem. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. nu. 3. & p. 4. cap. 6. n. 35. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

Abſoluta à Celebrante benedictione, lector ſe erigit, & cantat primam lectionem,

Digitized by Google

quod fieri debet altè, diſtinctè, devotè, & in tono conſueto, in cæteriſque ſimiliter: quod ſi noctu fiat, Cæremoniarius, vel Thuriferarius candelam parvam in lanternam apertam adhibeat, vel ipſe tenens, aut cantãti porrigens, juxtà ipſius commoditatem; nec prius incipit legere, quã omnes in Choro ſimul conſederint; neque legit manibus junctis, ſed hinc indè ſuper legile, ſeù ſuprà librum poſitis, & in fine lectionis dicens, *Tu autem Domine*, &c. genuflectit, & factis debitis reverentiis diſcedit. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 3. 7. & 8. & cap. 12. n. 6. & p. 4. cap. 6. num. 33. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5. & 6. & 14.*

Advertendum eſt, quod quando ſunt dicendæ lectiones, non priùs quidem ſedetur, quàm verba *Benedictionis* Hebdomadarius protulerit, & Chorus reſponderit. *Amen. Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 8. & p. 4. cap. 6. n. 31. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 4.*

Eſt etiam advertendum, quod, ſi Celebrans fuerit Prælatus, ad *primam* tantum, *quartam*, & *ſeptimam* Benedictionem ſtans, benedicet, ad alias autem ſedet. *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. n. 3. & p. 4. cap 6. nu. 15. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5. ut ſup.*

Poſt lectiones cantantur Reſponſoria, quę à duobus Cantoribus inchoantur, & Chorus proſequitur, deindè ab eiſdem cantantur eorum verſus integre.

Alii Nocturni cantantur eodem modo, quo primus, & alia reſpectiuè fiunt.

Convenit, ut qui ſequenti Miſſa cantaturus

rus eſt Evangelium, dicat Septimam lectionem, quæ eſt de Evangelio cum ejus homilia. *Bauldr. p. 2. cap. 13.*

Cum legitur textus Evangelii, omnes in Choro ſtant nudo capite verſus lectorem, donec dicat, & *reliqua*, & tunc omnes ſedent; lector autem non debet ſignare librum, nec ſeipſum ad initium Evangelii, nec debet manus junctas tenere, ſed extenſas hinc indè ſuper legile, ſeu ſupra librum, ut alibi dictum eſt *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. n. 7. & 8. & p. 4. cap. 6. nu. 33. & Cær. Episc. lib. 2. cap. 5. & Gav. mox cit.*

Circa finem octavæ lectionis, Celebrans, & Aſſiſtentes reſumunt Pluvialia, tum ad eum accedunt etiam Ceroferarii cum Candelabris, & cereis accenſis, à quo non diſcedunt, niſi expleta lectione, quam leget ipſe Celebrans in proprio loco, & in fine dicens, *Tu autem Domine*, genuflectit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. num. 4. 5. & 11. & Gav. Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3.*

Finito octavo Reſponſorio, Celebrans inclinatur verſus primum Aſſiſtentem, & hoc deficiente, ad primum Cantorem, vel ad Digniorem, licet ipſe Celebrans ſit Superior, & petit ab eo Benedictionem, dicens *Iube Domne benedicere*, excepto P. Generali apud nos, Provinciali in ſua Provincia, & Guardiano Pariſienſi in ſuo Conuentu. *Beav. in Cær. Eccl.* qui ſtantes verſus Altare, cantant *Iube Domine benedicere*, & *non Domne*, quibus abſolutè reſpõdetur per Chorũ, *Amẽ*, & in fine lectionis, dicentes, *Tu autem Domine*,

Imperator, & Reges indiſtinctè antè Epiſcopum triplici ductu thurificantur. *Ibid.*

Si adeſſet aliqua mulier inſignis, ut Regina, Imperatrix, vel Magna Principiſſa, utiq; & ipſi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro, ſi adeſſet. *loc. cit.*

Notandum eſt circa incenſationem Perſonarum, quod Domini locorum minorum, de quibus in *Cær. epiſc.* nulla fit mentio, ſeù Magiſtratus, incenſari poterunt à thuriferario, vel à Cæremoniario duplici, vel unico ductu pro qualitate perſonarum, iis videlicet, quibus proprium ſcamnum, ſeù ſedes ab aliis diſtincta parari ſolet; ſed in toto incenſationis ordine, & ritu, ad pacem conſervandam, tàm laicorum, quàm Clericorum, cõſuetudo laudabilis locorum ſeruari debet. *Cær. Ord. Min. p. 2. cap. 9. & p. 3. cap 2. Gav. epit. tract. 1. p. 2. tit. 7 n. 22. Pollac. in Aphor. p. 2. Cær. 3. pag. 128.*

• Hic omittere nolo, docere aliquos, quòd ſi in thurificatione Chori unicus ſit Thuriferarius, poterit, (ſi ità videbitur,) poſtquàm thurificavit omnes paratos, tàm ex una, quam ex altera parte Chori, omnibus ſimul ſe inclinare, antè, & poſt incenſationem finitam, brevitatis gratia, & hoc præcipuè, quando adeſt multitudo Patrum, &c.

Finita incenſatione, abſolutoque Cantico, reſumunt Cantores antiphonam, niſi reſumatur ab organo, quia tunc alta voce legunt: interim Ceroferarii, acceptis candelabris cum candelis accenſis, accedunt ad Celebrantem, factaque ei debita reverentia, ſtant

ſtant verſa facie ad invicem; tùm Celebrans, repetita antiphona, ſtans verſus Altare junctis manibus, medius inter Aſſiſtentes, librum ſuſtinentes (niſi adſit legile) & Ceroferarios, cantat *Dominus vobiſcum*, *oremus*, & *orationem*, vel *orationes*, ſi ſint faciendæ cõmemorationes, quibus finitis, repetit *Dominus vobiſcum*: tunc duo Aſſiſtentes procedunt ad medium Chori, & cantant *Benedicamus Domino*, ac ſtatim cum debitis reverentiis redeant ad Celebrantem, qui ſubmiſſa voce dicit *Fidelium animæ*, *&c.* etiam organo reſonante; deindè præcedentibus Ceroferariis, procedit Celebrans cùm Aſſiſtentibus, & omnibus paratis antè Altare (ubi ea ſit conſuetudo) alioquin remanent in ſuis ſedibus, quo caſu Ceroferarii finitis orationibus, factis debitis reverentiis, deponunt Candelabra, neque reſumunt, niſi poſt *Sacroſanctæ*, quando procedendum eſt ad Sacriſtiam; quod, ſi ſit conſuetudo procedendi antè Altare, cum pervenerint ad illud, facta ab omnibus debita reverentia, depoſitiſque à Ceroferariis Candelabris, terminatur officium, dicendo primò totum, *Pater* Secretò, (niſi ſequatur Completorium.)

Deindè Celebrans dicit, *Dominus det nobis ſuam pacem*, *&c.* & ab omnibus dicitur *Antiphona finalis B. M. V.* ſecundum temporis exigentiam: poſteà Celebrans ſtans, dicit *verſiculum*, & *orationem*, ſtantes etiàm Aſſiſtentes, ſi opus ſit librum tenendi, vel ſit tempus Paſchale, aut dies Dominicus, tum dicit, *Dominum auxilium*, & ab ipſo aut,

ab omnibus dicitur oratio *Sacroſanctæ*, &c. tandem dato ſigno, omnibus ſurgentibus, acceptiſque à Ceroferaris Candelabris, & facta Altari debita reverentia, revertuntur in Sacriſtiam, ordine quo venerunt. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. 13. &c. *ac Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 3.

De Veſperis Solemnioribus, Cælebrante Prælato apud Altare extra Chorum. Cap. III.

Diebus Solemnioribus, ubi multus ſit numerus Sacerdotum, Celebrans cum Miniſtris Aſſiſtentibus poterit, ſi ità videbitur, extrà Chorum remanere, & ſuper ſedilibus in cornu Epiſtolæ præparatis ſedere, quorum illud maximè, quod erit prò Celebrante paratum, altius ſit, & nobilius, pulvino ſaltem ſuppoſito, & ſtrato aliquo tapete ſuper genuflexorio ante ſe poſito, ſuper quod etiā ponetur liber ſerico integumēto coloris cæterorum paramentorum tectus, vel ſuper legili, quod ponatur ante Celebrantem, & removeatur, quandò opus erit, & tunc tapete erit ſternedum ante pedes ipſius Celebrantis. *Cær. Ord. Min. p.* 3. *cap.* 3. *nu.* 1. *Gav. in epit. tract.* 2. *p.* 2. *tit.* 3. & *Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 3.

Aſſiſtentes verò, & omnes alii parati debent eſſe ad minus, ut ſupra dictum eſt, qui procedent de Sacriſtia ad Altare ordine ſuperius preſcripto. *Cær. Ord. Min. loc. cit.*

In præintonationibus, & intonationibus, omnia reſpectivè obſervabuntur, ut ſuprà,

ab

ab Aſſiſtentibus,& Cantoribus, & ſub finem Hymni, Aſſiſtentes accedentes ad medium antè Altare, cantant ſimul verſum; alter verò ex iis rediens antè Celebrantem, præintonat illi Antiphonam ad *Magnificat*, qua per Celebrantem repetita, denuò redit antè Altate, ubi, cum fuerit finita in Choro antiphona, intonant Canticum *Magnificat*, & deindè ad Celebrantem redunt quaſi obviam *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 2.*

Inchoato Cantico *Magnificat*, accedit Celebrans cum Miniſtris ad Altare capite detecto, quoniam brevis eſt via, & propter *canticum Evangelium. Bauldr. p. 2. cap.* 11. *Art.* 1. fit incenſatio more ſolito, at ſi facienda ſit incenſatio ad aliud Altare, præcedent Ceroferarii, & alii, ut initio veſperarum. *Cær. Ord. Min. loc. cit. n. 5. Gav. ut ſup.*

Incenſato Altari, ſi non fuerit in Choro alius Prælatus Celebrante major, poſt ipſum thurificatum a primo Aſſiſtente, pariter thurificantur immediatè Aſſiſtentes à primo Thuriferario, deindè alii parati, & Cantores, quo facto procedent Thuriferarii ad Chorum, & fiet incenſatio modo ſuperius tradito. *Ibid. n. 5.*

Quod ſi in Choro fuerit Prælatus aliquis Celebrante major; Cæremoniarius, poſt Cęlebrãtem ter incenſatum, Thuriferario pręcedente, in Chorum ducet primùm Aſſiſtentem, qui ter incenſabit de more Prælatum, ſtatimque reddito thuribulo, præcedente eodem Cæremoniario, à ſiniſtris habente thuriferario, ad locum debitum extra Choro-

rum

rum revertetur, & ibi ſtans in loco ſuo, incenſabitur ab eodem Thuriferario bis, qui deinceps Aſſiſtentem à ſiniſtris Celebrantis ſimili modo incenſabit, & reliquos paratos, & Cantores, deindè incenſabitur Chorus, ut ſupra notatum fuit. *Cær. ord. min. loc. cit. nu. 6.*

In minoribus autem Eccleſiis, ubi deſunt & Miniſtri, & Pluvialia, hæc omnia, quæ allata ſunt de Veſperis Solemnibus, ſervari non poſſunt, ſed ſervari debent, quæ reſpiciunt Celebrantem; ubi commodè fieri poteſt. *Gav. epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 14.*

De Completorio Solemni. Cap. IV.

PRo Completorio Solemniter cantando organum admitti poteſt, ſed nulla fit incenſatio ad *Nunc dimittis*. *Gav. in epit. tract. 2. p. 2. tit. 3. n. 15. Cær. ord. min. p. 3. cap. 2. n. 15. & Cær. epiſc. lib. 2. cap. 4.*

Quando ad *Completorium*, & *Primam*, aliquis ſolus recitat officium, ſemel tantùm dicit, *Confiteor* omiſſis illis verbis, *Tibi Pater*, vel *vobis fratres*, & ſimiliter dicit, *Miſereatur noſtri, peccatis noſtris, perducat nos*; ſicuti fit in oratione Dominica *Rub. gen. Brev. 15. n. 5.*

Recitantes autem duo officium ſimul, nihil debent mutare, ſed qui major eſt, dicat, *Vobis fratres*; *Vos fratres*, qui minor, *Tibi Pater*, & *Te Pater*, ſicuti dicunt invicem: *Dominus vobiſcum*, *& cum ſpiritu tuo*; neque Moniales mutare debent in verbis, *Mater Matrem, Sorores*: ſed eodem modo loqui nomine Eccleſiæ, ac ſi eſſent viri. *Ex Decr. S. R. C. 18. Aug. 1629. Gav. Sect. 5. cap. 17. n. 12.*

De

Digitized by Google

De Matutino Solemni. Cap. V.

IN Matutinis Solemnibus, Celebrans, & Miniſtri in Sacriſtia parati, ut ſupra ad Ueſperas dictum eſt, procedunt ad Altare, ordine ſolito, (& hoc ex frequentiori uſu noſtrarum Eccleſiarum) ubi facta ab omnibus debita reverentia, & flexis genibus dicta oratione; *Aperi Domine*, &c. Celebrans, facta cum cæteris, Altari, debita reverentia, præcedentibus Miniſtris, &c. procedit ad Chorum, ordine quo ſupra in veſperis, & dato ſigno, omnes profundè inclinati dicunt ſecreto totum, *Pater*, *Ave*, & *Credo*, quo dicto, Celebrans cantat *Domine labia*, &c. Signans labia ſua pollice dextræ manus, ſiniſtra infrà pectus poſita, & eadem manu ſignat ſe cantando, *Deus in adiutorium*, &c. dum dicitur *Gloria Patri*, &c. omnes profundè inclinant; deindè Celebrans cum Aſſiſtentibus remanet in eodem loco uſque ad primum verſiculum primi Pſal. Noct. tum duo Cantores cum debitis reverentiis, accedunt ad medium Chori, ubi ex libro antè ſe poſito ſuper legili cantant Invitatorium (quod à Choro reſumitur) & Pſal. *Venite*. Interim omnes ſtant, & cum cantatur *Venite adoremus*, *& procidamus antè Deum*, tàm ipſi Cantores, & Celebrans, quàm alii omnes genuflectunt, poſteà ſurgunt, & proſequuntur, *Ploremus coram Domino. qui fecit nos*, *&c. Cær. O. M. p. 3. cap. 4. n. 2. & cap. 8. nu. 2. & cap. 9. n. 2. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

Ad Matut. adſunt duo Aſſiſtentes tantum parati, & non plures. *Baul. p. 2. cap. 13.*

Si Cantores plures duobus fuerint, cantant verſus Pſalmi (*Venite*) bini, & bini alternatim, & in fine Pſalmi, poſt *Gloria Patri*, repetita à Choro ultima parte *Inuitatorii*, ipſi Cantores omnes ſimul repetunt principium ejuſdem *Inuitatorii*, uſque ad medium illius quod Chorus proſequitur: finito *Inuitatorio*, primus Aſſiſtens, duce Cæremoniario, præintonat Celebranti *Hymnum* ſubmiſſa voce: quo expleto, idem Aſſiſtens iterum præintonat illi primam Antiphonam, factis ſemper debitis reverentiis, ut alibi dictum eſt, qua decantata, Celebrans deponit Pluviale, & ſimiliter Aſſiſtentes, ſi illud habeãt; tum procedunt ad ſedes ſuas, & interim Cantores intonant Pſalmum, quo intonato omnes ſedent, ut ſuo loco dictum eſt. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. nu. 2. & 11. & Cær. epiſc ut ſup.*

Circa finem cuiuſque Pſalmi, antequàm dicatur *Gloria Patri*, ſurgunt omnes, & inclinant profundè ad *Gloria Patri, &c.* Poſt verſum *Sicut erat, &c.* Cantores repetunt Antiphonam, & ſi pulſetur organum, illam alta voce legunt. *Cær. ord. min. loc. cit.*

Interim accedunt duo Cantores ad digniorem Patrem, ſervato ordine in Veſperis præſcripto, & antea feſti, & Celebrantis qualitate, & alter ex eis facta illi debita reverentia, prçintonabit ei ſecundam antiphonam, & ſic viciſſim ſemper faciunt ſucceſſiuè ſingulis Patribus. *Cær. Ord. Min. ut ſup.*

Circà

Circa finem tertii Pſalmi cuiuſcumque Nocturni accedunt Cantores ad librum, & factis debitis reverentiis Altari, & Choro, poſt repetitam antiphonam, cantant verſiculum, & reſponſo à Choro, Celebrans intonat clara voce, *Pater noſter* (quod ſemper fit) quoties dicendum eſt clara voce, *& ne nos inducas in tentationem*] & reliquum dicetur ſecreto: deindè alta voce, dicet, *& ne nos, &c.* & *Abſolutionem*, & *Benedictiones* ſtando, & manibus junctis, & detecto capite *Cær. ord. min. loc. cit. nu. 3. & cap. 7. nu. 4. & Tonel. lib. 1. cap. 1. §. 10. Arnaud. epit. Gav. tract. 2. p. 2. tit. 3. num. 9. & 12. Pollac. in Aphor. pa. 2. Cær. 8. pag. 156.*

Interim, dum cantantur verſus, Cæremoniarius accedit ad aliquem fratrem ex junioribus, juxtà feſti, & Celebrantis qualitatem (qui lecturus eſt primam lectionem] & facta ei reverentia, ipſum ducit ad Legile, quo cum pervenerit, cum Cæremoniario verſus Altare genuflectit; deindè Patribus ab vtraque parte Chori profundè inclinatur, incipiendo ab iis, qui ſtant à parte Celebrantis: moxq; propius accedens ad legile, abſolutione peracta, petit benedictionem, dicens *jube Domne benedicere*, caput profundè inclinans ſemiverſus ad Celebrantem, ne terga vertat Altari, uſquedum ille ſtans terminet benedictionem. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. nu. 3. & p. 4. cap. 6. n. 35. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 6.*

Abſoluta à Celebrante benedictione, lector ſe erigit, & cantat primam lectionem,

Digitized by Google

quod fieri debet altè, diſtinctè, devotè, & in tono conſueto, in cæteriſque ſimiliter: quod ſi noctu fiat, Cæremoniarius, vel Thuriferarius candelam parvam in lanternam apertam adhibeat, vel ipſe tenens, aut cantāti porrigens, juxtà ipſius commoditatem; nec prius incipit legere, quã omnes in Choro ſimul conſederint; neque legit manibus junctis, ſed hinc indè ſuper legile, ſeù ſuprà librum poſitis, & in fine lectionis dicens, *Tu autem Domine*, *&c.* genuflectit, & factis debitis reverentiis diſcedit. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 3. 7. & 8. & cap. 12. n. 6. & p. 4. cap. 6. num. 33. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5. & 6. & 14.*

Advertendum eſt, quod quando ſunt dicendæ lectiones, non priùs quidem ſedetur, quàm verba *Benedictionis* Hebdomadarius protulerit, & Chorus reſponderit. *Amen. Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 8. & p. 4. cap. 6. n. 31. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 4.*

Eſt etiam advertendum, quod, ſi Celebrans fuerit Prælatus, ad *primam* tantum, *quartam*, & *ſeptimam* Benedictionem ſtans, benedicet, ad alias autem ſedet. *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. n. 3. & p. 4. cap 6. nu. 15. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5. ut ſup.*

Poſt lectiones cantantur Reſponſoria, quę à duobus Cantoribus inchoantur, & Chorus proſequitur, deindè ab eiſdem cantantur eorum verſus integrè.

Alii Nocturni cantantur eodem modo, quo primus, & alia reſpectiuè fiunt.

Convenit, vt qui ſequenti Miſſa cantaturus

rus eſt Evangelium, dicat Septimam lectionem, quæ eſt de Evangelio cum ejus homilia. *Bauldr. p. 2. cap. 13.*

Cum legitur textus Evangelii, omnes in Choro ſtant nudo capite verſus lectorem, donec dicat, & *reliqua*, & tunc omnes ſedent; lector autem non debet ſignare librum, nec ſeipſum ad initium Evangelii, nec debet manus junctas tenere, ſed extenſas hinc indè ſuper legile, ſeu ſupra librum, ut alibi dictum eſt *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. n. 7. & 8. & p. 4. cap. 6. nu. 33. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5. & Gav. mox cit.*

Circa finem octavæ lectionis, Celebrans, & Aſſiſtentes reſumunt Pluvialia, tum ad eum accedunt etiam Ceroferarii cum Candelabris, & cereis accenſis, à quo non diſcedunt, niſi expleta lectione, quam leget ipſe Celebrans in proprio loco, & in fine dicens, *Tu autem Domine*, genuflectit. *Cær. Ord. Min. ut ſup. p. 3. cap. 4. num. 4. 5. & 11. & Gav. Epit. tract. 2. p. 2. tit. 3.*

Finito octavo Reſponſorio, Celebrans inclinatur verſus primum Aſſiſtentem, & hoc deficiente, ad primum Cantorem, vel ad Digniorem, licet ipſe Celebrans ſit Superior, & petit ab eo Benedictionem, dicens *Iube Domne benedicere*, excepto P. Generali apud nos, Provinciali in ſua Provincia, & Guardiano Pariſienſi in ſuo Conuentu. *Beav. in Cær. Eccl.* qui ſtantes verſus Altare, cantant *Iube Domine benedicere*, *& non Domne*, quibus abſolutè reſpõdetur per Chorũ, *Amẽ*, & in fine lectionis, dicentes, *Tu autem Domine*,

ne, *&c.* non genuflectunt, ſed profunde inclinant. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 9. & p. 4. cap. 6. n. 35. & ex Cær. Ep. lib. 2. cap. 5.*

Si verò adeſſet aliquis Prælatus iis ſuperior, puta Miniſter Generalis, officium faciente Provinciali, &c. verſus ad illum peteret benedictionem; ille autem ſtans in loco ſuo reſponderet, *Ad ſocietatem, vel per Evangelica dicta, &c. ex Cær. Ep. lib. 2. cap. 5.*

Advertendum eſt, quod ad *Nonam lectionem*, quam legit, vel cantat Prælatus, aut alius Celebrans paratus, ſtant omnes in Choro nudis capitibus. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 6. & p. 4. cap. 6. nu. 14. & Cær. Epiſc. lib. 2. cap. 5.*

Dicto à Celebrante *Tu autem Domine*, *&c.* & reſponſo per Chorum; *Deo gratias*. Primus Aſſiſtens, ſeù Cantor præintonat illi *Te Deum laudamus* cum debitis reverentiis antè, & poſt: quo à Celebrante repetito, Ceroferarii recedunt, & deponunt candelabra: Aſſiſtentes verò ſimiliter petunt ſedes ſuas, & cum dicitur *Te ergo*, *&c.* Celebrans cum Miniſtris genuflectit, Aſſiſtentibus hinc indè fimbrias Pluvialis ei elevantibus, genuflectentibus etiam omnibus aliis de Choro. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 4. n. 5. Cær. Ep. & Gav. ut ſup.*

Hymno expleto, Celebrans incipit Laudes, in quibus omnia ſervantur, quæ de veſperis ſolemnibus ſuperiùs dicta ſunt. *Cær. Ord. Min. Epiſc. & Gav. loc. cit.*

De

De Hora anticipandi Matutinum prò quocumque Anni tempore in Etruria, ut colligitur ex DD. *Cap. VI.*

A Die 1. Ianuarii uſque ad 15. Februarii hora 21. cum dimidio.

A die 16. Februarii uſque ad 15. Martii hora 21.

A die 16. Martii uſque ad 15. Aprilis hora 20. cum dimidio.

A die 16. Aprilis uſque ad 15. Maii hora 20.

A die 16. Maii uſque ad finem Menſis Iulii hora 19. cum dimidio.

A die 1. Auguſti uſque ad 15. Septembris hora 20.

A die 16. Septembr. uſque ad 15. Octobr. hora 20. cum dimidio.

A die 16. Octobr. uſque ad 15. Novembr. hora 21.

A die 16. Novembris, & per totum Menſem Decembris hora 21. cum dimidio.

De Prima cum Martyrologio. Cap. VII.

AD primam, lectio Martyrologii recitatur quotidie in Choro antè verſum, *Pretioſa*, excepto triduo antè Paſcha, quibus diebus omittitur; pro cujus lectione, illud præcipuè obſervetur, quod primò loco pronuncietur ille Sanctus regulariter, de quo in ſequenti die faciendum eſt officium, etiam ſi non ſit in Martyrologio, ſi à majo-

ribus

ribus ritè ſit decretum officium: alii Sancti, de quibus non fit officium, ſed ſola commemoratio, ſi fiat officium de feria, ponantur primo loco, ſi de Sancto, ponantur ſecundo loco; Alii verò, de quibus neque fit officiũ, neque commemoratio & de quorũ Sanctitate nullum eſt dubium, nominari poſſunt ſuis locis Martyres poſt Martyres, Confeſſores poſt Confeſſores, & ſic de aliis: Dixi pronuntietur, & nominari poſſunt, non autem deſcribatur, & deſcribi poſſunt, niſi ſeparatim; non autem in ipſomet *Rom. Martyrol.* nam illa conceduntur, hæc prohibentur. *Arnaud. Epit. Gav. tract. 2. p. 1. tit. 26. in Append. nu. 1. Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 5. nu. 3. & Rubr. Martyrol.*

Tranſlato feſto alicujus Sancti, non fit tranſlatio de eodem in lectione Martyrologii, niſi in caſibus in Martyrologio expreſſis, quemadmodum in anno Biſſeſtili tranſfertur vigilia S. Matthiæ, & eiuſdem prænuntiatio in diem 24. & feſtum ejuſdem, ac prænuntiatio in diem 25. qua ratione convenit anticipari extrà Romam, quæ de Vigilia, & feſto S. Bartholomæi habentur in Martyrol. Romano, ſed in aliis feſtis hoc non debet obſervari. *Gav. ut ſup. n. 2. Cær. ord. min. loc. cit. n. 2. & 3.*

Tranſlata Vigilia in Sabbatum, non anticipatur lectio de Vigilia in Martyrologio, licèt anticipetur officium cum jejunio. *Gav. loc. cit. n. 3.*

Feſta Domini Mobilia, primo loco poſt lunæ pronunciationem annunciãda ſunt,

excepto Paſchate, quod antequàm legantur Kalendæ, annunciatur, & ratio patet, quia in ipſo die Paſchatis annunciatur: Kalendæ verò pertinent ad ſequentem diem. *Cær. Ord. Min. ut ſup. n. 4. & rub. Martyrol.*

Legitur ſemper præcedenti die lectio illa, quæ memorias Sanctorum ſequentis diei continet, præponendo Kalendas, nonas, vel Idus, & quantitatem Lunæ eiuſdem ſequentis diei. *Rubr. Martyrol.*

Lector non petit Benedictionem, ſed abſolutè incipit à Kalendis, ut ſupra, qui etiã in fine Primæ legit Lectionem brevem ad abſolutionem Capituli. *Rubr. Martyrol.*

De Martyrologio Solemni in Vigilia Nativitatis Dom. Noſt. Ieſu Chriſti. Cap. VIII.

IN Uigilia *Nativitatis Domini* cantatur Solemnitèr Martyrologium; ſed quia diverſarum regionum, & Provinciarum diverſa eſt conſuetudo, ideò certa, & determinata regula non poteſt aſſignari; cum unuſquiſque poſſit conformari uſui ſuæ Provinciæ; tamen, ſi ità videbitur, ut ſequitur fieri poterit.

Dum ergo cantabitur *Prima*, Diaconus induet ſe Amictu, Alba, Manipulo, Stola Diaconali, & Dalmatica violacea, vel in Majoribus Eccleſiis Sacerdos aliquis induet ſe Amictu, Alba, Cingulo, Stola in modum Crucis, & Pluviali violaceo. *Iuxtà verò Manual. ſeù Lyra Choral. utitur col. Alb.*

Item duo Ceroferarii, Thuriferarius, & Aco-

Acolythus de Cruce induent ſe Superpelliceis, & cum dicetur oratio: *Domine Deus, &c.* omnes ad Chorum procedent more ſolito Proceſſionaliter, ultimus autem erit Diaconus, vel Sacerdos, Martyrologium, antè pectus portans, dum verò pervenerint ad Altare, omnes debitam facient reverentiam (excepto Acolytho de Cruce, qui nunquàm genuflectit, nec inclinat,) indè procedent ad Chorum, ſiuè ad Capitulum, vel potiùs antè Altare remanebunt, prout conſuetudo loci; tùm omnibus ritè diſpoſitis, & ſuper Legili depoſito Martyrologio, Diaconus, ſiuè Sacerdos accipit Cochlear de Nauicula ſibi porrecta à Thuriferario, & oſculato ejus manubrio, porrigit illud Prælato Provinciali, ſit adſit, alioquin Prælato locali cum reverentiis debitis, dicens: *Benedicite Pater Reverende*, & impoſito incenſo in thuribulum, ambabus manibus accipit Martyrol. tenenſque elevatum antè Prælatum dicit: *Munda cor meum, &c.* Petens ab eo benedictionem, cui Prælatus reſpondet dicens! *Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, ut dignè, ac competenter, annuncies Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nativitatem In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* (quæ Benedictio, in tanta Solemnitate annunciãda, non repugnat Rubr. Martyrol.)

Accepta Benedictione, & oſculata Prælati manu, accedit ad Legile in cornu Evangelii: ubi accepto Thuribulo, ter librum incenſabit, ſcilicet, in medio, à dextris, & à ſiniſtris, poſteà reddito thuribulo, incipiet

piet lectionem Martyrologii manibus hinc, inde ſuper Legili poſitis, vel alio modo uti placuerit, non ſignans librum, nequè ſeipsũ: omnibus interim ſtantibus; quandò verò in Martyrologio pronunciantur illa verba; *In Betlehem Iudæ, &c.* Cantans elevabit vocem: & ſtatim omnes immediatè genuflectent, excepto cantante, Acolytho de Cruce, & Cæroferariis, qui tunc immobiles ſtabunt; deindè cantans proſequetur altiori, & Solẽniori tono, ſubdens: *Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Carnem*; & dum illa verba pronunciantur, omnes iam genuflexi, ſi ità videbitur, ſe proſternent; quibus dictis, paruula fiet pauſa in ſignum ſtuporis, & lætitiæ tantæ Solemnitatis; poſteà omnes ſurgent, & de mote ſedent; interim cantans (vel alius Acolythus) proſequitur lectionem in tono ordinario uſquè ad finem, illam concludens, ut moris eſt.

Abſoluto Martyrologio; redibit in Sacriſtiam ordine, quo venit, niſi velit permanere ibi, vel potius adire Chorum uſquè ad finem Primæ, & Lectionem brevem ſolemniter decantare, Prælato reſpondente, & non alio ob majorem Solemnitatem: quo facto omnes diſcedent ordine, quo venerunt. *Ità ex pia conſuetudine Religionis, quæ ubiquè ſervari deberet.* Tum partim ex variis *Cærem.* & præcipue *ex Gav. tract. 2. p. 4. tit. 4. Bauldr. p. 4. cap. 2. & Cærem. Ord. Min. p. 3. & cap. 12. num. 3.* ubi dicunt hac die Martyrologium legi debere cùm Magna Solemnitate.

De

De Antiphonis Finalibus Beatæ Mariæ Virginis Cap. IX.

SI transferatur officium *Purificationis*, non dimittitur Antiphona *Alma Redemptoris*, niſi in fine illius officii: imò ſi alicubi Purificatio octavam habeat, adhuc Antiphona hæc dicenda erit uſquè ad Completorium diei octavæ excluſivè, ſeu uſquè ad finem octavæ, ſi contingat finiri ad Nonam pridiè fer. 4. Cinerum, ità decrevit. *Sacr. Rit. Congr.* 1616. Si dividantur veſperæ Purificationis, à Completorio ejuſdem, adhùc dicenda eſt pro Veſperis Antiphona *Alma*; *Rubrica* enim mutare jubet Antiphonam in fine Completorii. *Sac. Rit. Cong. Gav. in epit tract. 2. p. 1. tit. 26. & Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 6. n. 2.*

De varia Hymnorum intonatione. Cap. X.

TOto tempore Adventus, & Quadrageſimæ, tàm in Dominicis, quàm Feriis ad omnes Horas, & Completoriũ, Hymni cantantur ſuper Hymnos *Laudum*, dummodo officium ſit de tempore: Paſſionis verò tempore ſuper *Vexilla regis prodeunt*.

A veſperis Nativitatis Domini, & per totam octavam, & feſtis tunc occurrentibus uſque ad Epiphaniam, ad prædictas, & alias Horas, quandò ſunt ejuſdem metri ſub *Jeſu Redemptor omnium*.

In Epiphania, & per totam octavam, ſuper *Crudelis Herodes Deum*. omnibus Feſtis

Feſtis Beatæ Mariæ Virg. & quandò de ea fit officium in Sabbato, ſuper *Quem terra Pontus, Sidera*.

Tempore Paſchali, ſuper tono ſuo, hoc eſt ſuper *Ad regias agni dapes*.

In Aſcenſione Domini, & per octavam, ſuper *Salutis humanæ Sator*.

In Pentecoſte, & per octavam, ſuper *Iam Chriſtus aſtra aſcenderat*; excepta *Tertia*, in qua dicitur; *Veni Creator Spiritus*.

In Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, ſuper *Iam Sol recedit igneus*.

In Feſto Corporis Chriſti, & per octavam; ſuper *Quem terra pontus ſidera*.

In Transfiguratione Domini, ſuper *Salutis humane ſator*.

In Feſto omnium Sanctorum, & per octavam ſub tono *Nativitatis Domini*.

In Feſto Inventionis Sanctæ Crucis, ſub *tono Paſchali*.

In Feſto Exaltationis ejuſdem, ſub *tono Beatæ Mariæ Virginis*, propter octavam Nativitatis ejuſdem.

In Feſtis Apoſtolorum, Evangeliſtarum, & plurimorum Martyrum, & in Feſtis Duplicibus non habentibus Hymnos talis metri, ut Nativit. S. Io: Baptiſtæ, & in Feſto S. Michaelis Archangeli, ſub tono *Æterna Chriſti munera*, *ſub quo* in omnibus Duplicibus proprium tonum non habentibus conſueverunt Eccleſiæ noſtræ Hymnos ad omnes Horas intonare; ſed in Feſtis Confeſſorum Pontificum, & non Pontificum, Virginum, nõ Virginum, ſub tono *Ieſu corona Virginum*, cantantur. In

In Feſto S. P. N. Franciſci, & Sanctorum Ordinis ſuper *Proles de Cælo prodiit*, & per octavam; in feſto verò *S. Claræ* adeſt *proprius tonus*, qui ſolet ſervari in feſtis Sanctarum ejuſdem Ordinis.

Notandum autem hanc tonorum varietatem intelligendam eſſe quo ad Hymnos Horarum: videlicet, *Primæ*, *Tertiæ*, *Sextæ*, *Nonæ*, & *Completorii*, nam in *Feſtis*, & *Dominicis* ad veſperas, & ad Matutinum ſemper cantantur Hymni *ſub tono*, & *notis propriis*, niſi ratione aliquarum Solemnitatum, vel ratione temporis Paſchalis, quarum cauſa ultimus verſus dicitur ad finem omnium Hymnorum ejuſdem metri, quia tunc Horarum Hymni cantantur ſub tono prædictarum ſolemnitatum.

Si verò occurrat, ut Capitulum fiat ad Veſperas de alio Sancto, tonus Hymni ad Completorium ſequens erit illius feſtivitatis, cujus celebratum eſt Capitulum ad Veſperas, niſi veſperarum antecedentium ultimus verſus Hymnorum eſſet proprius, quia tunc non ſolum ad Completorium, ſed etiam ad Capitulum cantaretur ſub tono illius feſti antecedentis: & ſi darentur duæ ſimul octavæ, ſervetur tonus octavæ prædominantis.

In Dominicis, quo ad tonum Hymni veſperarum, ſolitus tonus ſervetur ſuper *Lucis Creator optime*, & ad Completorium, ut in *Pſalterio*. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 5. num. 1, 2. & 3.*

Canticum *Te Deum*, in diebus feſtis cantatur

tatur in tono conſueto, & proprio, aliis verò diebus in tono *Quarto*, vel *Octavo*. *Cær. Ord. Min. p. 3. cap. 8. n. 5.*

Non mutantur unquam ultimi verſus Hymnorum, *Vexilla*, & *Chriſto profuſum Sanguinem*, *&c.* Pollac. *in Aphoriſ. p. 2. Cærem. 8. pag. 157.*

De Cereis accendendis, &c. Cap. XI.

IN Feſtis Solemnioribus, ſcilicet Primæ, & Secundæ Claſſis, non plura, quam *ſex* Cerei accendi debent in Majori Altari; & hoc regulariter *Et Conſuet. Eccl.*

In Duplicibus Majoribus, & aliis Feſtis ſolibilibus, ac Dominicis diebus ſufficient quatuor, Et deducitur *ex Cærem. Ord. Min. p. cap. 12. num. 1.*

In cæteris Feſtis Duplicibus Minoribus, quibuſdam exceptis) ſemiduplicibus, ſimplicibus, & Feriis *duo*.

In prædictis verò feſtis Cerei accenduntur, ut ſuprà, ad utraſque veſperas, Matutinum, & Miſſam ſolemnem, ſeu privatam Conventualem; ad Completorium autem regulariter ſemper accenduntur *duo*, & pariter ad Primam, Tert. Sext. & Nonam. *Congr. Epiſc. 7. Aug. 1595.*

Ad officium B. M. Virg. *unicus* Cereus in medio Altaris, vel ad majus Candelabrum poſitus accenditur.

In Miſſa Reverendiſs. P. Generalis, aut alterius Prælati, *quatvor* accenduntur Cerei ex *Conſt. ord.*

In

In Receptione Miniſtri Generalis, Provincialis, vel alterius Prælati, aut Principis, &c. *ſex* accenduntur Cerei. *Cærem. Ord. Min. p. 4. cap. 15. n. 1. & cap. 16. n. 1.*

Præterea in Miſſis Solemnibus habebuntur *quatuor* vel ſaltem *duo* intorticia, tempore Elevationis Sanctiſſimi Sacramenti. *Cærem. Ord. Min. ut ſup. cap. 7. n. 14.*

Quandò in Altari expoſitum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, cerei, juxtà Synodum Florentinum, non debent eſſe pauciores *duodecim*. *Tonel in Sacr. Enchir. lib. 3. cap. 2. §. 2. num. 6.*

Ad Benedictionem SS. Sacramenti in reditu Proceſſionis, &c. ad minus *ſex* accenduntur.

Dū remanet expoſitum ſaltem *quatuor, &c.*

Ad Viſitationem ejuſdem *ſex*, & Deduc *ex Cær. Ord. Min. p. 4. cap. 16. n. 1. & 5.*

Dum verò renovatur in Miſſa privata ſaltem *quatuor* Cærei accendi debent, ve juxtà conſuet. loci.

Cùm Miniſtratur Fratribus Infirmis, *ſin guli Fratrum* Cereos accenſos deferant, i Altari verò *duo, &c. Cær. Ord. Min. ut ſup. ca 17. n. 2. &c.*

In officiis Solemnibus Defunctorum, pu ta in Commem. Fidelium Defunctorum, i die obitus, & Anniverſario Fratrū Noſtro rum, in eo ſcilicet Conventu, in quo aliqu obiit *ſex* Cerei ſuper Altare accendantur, & *quatuor* ad latera Lecticæ, vel ſi ità videbi tur, juxta conſuetudinem loci, aut qualitat

per-

perſonæ, *ex Cær. Ord. Min. ut ſup. cap. 18. n. 4.*
In aliis verò Commemorationibus, & Miſſis Defunctorum, ſi cantentur, *quatuor*, ſi legantur, *duo* tantùm accenduntur.

Cerei debent eſſe albi coloris, tàm in officio Eccleſiæ, quàm in omnibus Miſſis Solemnibus, & privatis, tàm in diebus Feſtis, quàm Ferialibus; præterquàm in Miſſis prò Defunctis, & Hebdomada Sancta in Matutinis Tenebrarum, & in officio Feriæ Sextę in Paraſceue, in quibus vtendum eſt cera communi, *ut patet in Cær. ord. min. p. 1. cap. 14.*

Ad Sacriſtam, vel coadiutorem ejus pertinet regulariter (niſi alius fuerit à Superiore deſignatus) accendere, & extinguere cereos, quoties opus eſt.

Advertendum prætereà, nec antè omninò finitum officium, vel Miſſam pænitus abſolutam eos extinguere incipiat; item ut omnes accendat priuſquàm ſit officium inchoatum; tandem cavendum, nè relinquantur fumigantes, *ex Diſcipl. D. B. & Beauu. in Cær. eccl. cap. de Cæreis accend. &c.*

De Benedictionibus in generali. Cap. XII.

DE Benedictionibus, quia fusè patet *in Miſſali, & Rit. Rom. Paul. V.* nihil ponam, ſed ſolùm dicam; quod prudens ſit Prælatus, vel Sacerdos noſter benedictionem facturus, ne ſuæ iuriſdictionis limites excedat; nec Prælatus Regularis eas, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis: nec ſimplex Sacerdos, quæ Prælato conveniunt exerceat;

nec tamèn quamvis ex *Privileg. Xiſti IV.* benedicere poſſint omnia Altaris ornamenta, veſteſque Sacerdotales, præſentibus ſuis Superioribus, aut Diffinitorii Patribus id debent attentare.

Prælati Majores, Guardiani, & alii Superiores locales, in locis eorum juriſdictionis, benedicere poſſunt omnia paramenta, ornamenta, & alia quæcumque pro Diuino cultu, ad ſuum, vel extraneorum uſum neceſſaria, in quibus Chriſma non intervenit, ex conceſſione *Leonis X. & Innocentii VIII. Beav. in Cær. eccl. c. de Ben. & Ton. lib.* 1. *c.* 3. §. 7.

In omni benedictione extrà Miſſam, Sacerdos ſaltèm Superpelliceo, & Stola, pro ratione temporis utatùr, niſi aliter in Miſſali, & Rituali notetur.

Stando ſemper benedicat, & aperto capite, & rem aſpergat aqua benedicta, & ubi notatum fuerit, pariter incenſet nihil dicendo; habeatque Miniſtrum cum vaſæ aquæ benedictæ, & Aſpergillo cum Rituali libro, ſeù Miſſali. *Rit. Paul. V. ut ſup.*

Stabit etiàm manibus junctis, excepto tempore, quo aſpergit, &c. & niſi teneat librum. *Bauldr. p.* 2. *cap.* 8.

De Benedictione Menſæ, & gratiarum actione Cap. XVIII.

BEnedictio Menſæ, quæ mane fit, & veſperi originem habet à *Chriſto Ieſu*, qui *benedixit*, antequàm panes quinque diſtribueret turbis, & in ultima Cœna, *Benedixit*

fregit

fregit, &c. poſt cœnam eumdem Hymnum dixit. *Matt.* 16. Apoſtoli, etiam imitati Chriſtum docuere poſteros benedictionem menſę. *S. Hieronymus in Epiſtola* 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virg. ait: nec cibi ſumantur, niſi *oratione præmiſſa*, nec recedatur à menſa, niſi referatur, *Creatoris gratia.* Ejus autem omiſſio eſt peccatum veniale, *ex Navar. de orat. cap.* 18. *num.* 43. ideò nunquàm relinquenda, neque negligenda.

Igitur dato ſigno refectionis, accedant omnes in Refectorium, aſcendentibus hinc inde ſenioribus ad ſupremam partem ad latera menſarum, expectantes ibi genuflexi, vel ſtantes juxtà locorum conſuetudinem; cum modeſtia, & ſilentio, donec à Superiore detur ſignum ſurgendi, quo dato, ſurgent omnes, & ſuis locis ordine ſuo, converſis ad ſe invicem vultibus, apertiſque capitibus ſtabunt: intereà Superior, vel Hebdomadarius voce mediocri (diebus conſuetis) inchoabit Pſalmum *De profundis*, cæteris alternis: choris proſequentibus, dicto verſu *Requiem æternam*, *&c.* Hebdomadarius dicet *A porta inferi* cum cæteris verſibus, & orat. *Abſolve*, vel *Fidelium*, & dicto *Requieſcant in pace*, *&c.* Hebdomadarius cantat *Benedicite*, & cætera ordine Romano, ut in fine Brev. & ad *Pater noſter*, &c. omnes profundè inclinantur.

Hebdomadarius dicens: *Benedic Domine nos*, ſignat ſe ſigno Crucis, quod, & cæteri faciunt; ad ſequentia autem verba; *& hæc tua dona* producit ſignum Crucis verſus,

primam menſam, interim omnibus mediocriter ſe inclinantibus, Lector autem petens benedictionem ſtabit in medio Refectorii junctis manibus.

Pro gratiarum actione dato ſigno à Superiore, Lector junctis manibus cantabit. *Tu autem Domine*, &c. interim omnes ſurgent, ac in ſua loca, ut in benedictione ſe recipient. Tunc Hebdomadarius incipiet: *Confiteantur*, &c. vel *Memoriam fecit*, &c. reſpondentibus aliis; poſteà inchoabit Pſalmum *Miſerere*, aut alium feſto conuenientem, *ut in Rub. Brev. patet* quo inchoato, omnes ſimul cum ipſo Hebdomadario conuerſi ad Imaginem principalem, mediocriter ſe inclinabunt; tùm proceſſionaliter ad Chorum progredientur, ubi omnia fient de more; finitiſque gratiis omnes genuflectent uſque ad ſignum Superioris, vel Hebdomadarii.

Diebus autem jejuniorum, in colationibus ſerò faciendis, variæ ſunt formulæ Regularium, ideoque erit obſeruanda conſuetudo; itaut aliqua formula ſemper utatur pro benedictione, ac gratiarum actione

Signo autem à Superiore dato, omnes ſurgent, & menſis aperto capite aſſident, vel ſtabunt, iuxtà conſuetudinem loci, & dicta à Lectore *Salutatione angelica*, vel media, vel tota, aut alia *oratione* ſecundum conſuetudinem, petit benedictionem; Hebdomadarius vero benedicens dicet; *Donum charitatis benedicat ✠ dextera Dei Patris*, ſignum Crucis verſus primam menſam exprimens, cæterique reſpondentes. *Amen*.

Vel

Vel, ſi ità videbitur, *unico puncto ſacræ ſcripturæ lecto*, petatur benedictio, qua facta, eadem proſequatur lectio, juxtà beneplacitum Superioris, ſicuti optimè fit *Romæ in Conuentu Aracælitano*.

Eſt tamen aduertendum, quod in qualibet benedictione menſæ, ſaltem panis, & vinum appoſita eſſe debent in menſa, ne benedictio fiat omninò in materia abſenti.

In fine, ſigno ſuper menſam alluſione palmæ à Superiore facto, & dicto à lectore. *Tu autem Domine, &c.* Hebdomadarius dicet, *Adiutorium noſtrum, &c.* & *alias præces* iuxtà conſuetudinem Prouinciæ, & locorum, cæteri reſpondentes, ut ſuprà, *ex Beauu. in Cærem. Eccl. p. 2. cap. 31. & Gav. in Comment. ſect. 9. cap. 6.*

Si detur ſignum *Salutationis Angelicę*, dũ accumbunt menſæ, omnes ſurgere debent, & aperto capite recitare præces conſuetas, tamen laudabilis conſuetudo locorum ſeruari poterit [illegible]

Omnia, ut ſupra notavi, & meipſum S. Matri Eccleſiæ Romanæ, & peritiorum iudicio, ac cenſuræ humillime ſubiicio, &c.

LAVS DEO.

Digitized by Google

ADorna thalamum tuum Sion: & Suſcipe Regem Chriſtum.

Amplectere Mariam, quæ eſt cæleſtis porta: ipſa enim portat Regem gloriæ noui luminis.

Subſiſtit Virgo, adducens manibus Filium: ante Luciferum genitum.

Quẽ accipiens Symeon in ulnas ſuas, prædicavit populis: Dominum eum eſſe vitæ, & mortis, & Salvatorem Mundi.

Reſponſum accepit Symeon à Spiritu Sancto: non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.

Et cum inducerent puerum in Templum: accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit.

Nunc dimittis ſervum tuum Domine: in pace.


Cum inducerent puerum Ieſum, parentes ejus: ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo.


Ipſe accepit eum: in ulnas ſuas.

En-

Digitized by Google



OBtule runt pro eo, Do-
mi no, par turtu-
rum, aut du os
pul los co- ℣


lum ba rum; ✠ Sicut
ſcrip tum eſt in
le ge Do mi-
ni. ℣. Poſt quàm im-



ple ti ſunt dies, purgatio-
nis Ma riæ ſecun dum
le gem Moy ſi tu-
lerunt Jeſum in Jeruſalem,



Digitized by Google



ri tu i San cto.



Sicut ſcrip tum eſt.

Nel giorno delle Palme.

CUm appropinquaret Dominus Ieroſolymam: miſit duos ex Diſcipulis ſuis, dicens.

Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt: & invenietis pullum aſinæ alligatum, ſuperquem nullus hominum ſedit.

Soluite, & adducite mihi: Si quis vos interrogaverit, dicite, opus Domino eſt.

Solventes adduxerunt ad Ieſum: & impoſuerunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eũ.

Alii expandebant veſtimenta ſua in via: alii ramos de arboribus ſternebant.

Et qui ſequebantur clamabant hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini.

Bene-

Benedictum Regnum Patris noſtri Dauid: hoſāna in excelſis; miſerere nobis Fili Dauid.

Cum audiſſet populus, quia Ieſus venit Ieroſolymam acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obviã, & clamabãt pueri dicẽtes.

Hic eſt qui venturus eſt: in ſalutẽ populi.

Hic eſt ſalus noſtra: & redemptio Iſrael.

Quantus eſt iſte: cui Throni, & dominationes occurrunt?

Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi: Sedens ſuper pullum aſinæ, ſicut ſcriptum eſt.

Salue Rex fabricator mundi: qui veniſti redimere nos.

Ante ſex dies ſolemnes Paſchæ, quando venit Dominus in Ciuitatẽ Ieruſalem: occurrunt ei pueri, & in manibus portabant ramos Palmarum, & clamabant voce magna dicentes.

Hoſanna in excelſis: Benedictus qui venit in multitudine miſericordiæ tuæ, hoſanna in excelſis.

Occurrunt turbæ cum floribus, & palmis Redemptori obuiam: & victori triumphanti, digna dant obſequia.

Filium Dei oregentes prædicant, & in laudem Chriſti voces tonant per nubila: Hoſanna in excelſis.


Cum Angelis, & pueris, fideles inueniamur ttiumphatori mortis clamantis: Hoſanna in excelſis.

Turba multa, quæ convenerat ad diem feſtum clamabat Domino, Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excel.

Gionti

Digitized by Google


Giunti alla Chieſa, i Cantori entrano dentro, e ſerrata la Porta, cantino:




Quelli di fuori ſempre ripetino queſto Verſetto.



Digitized by Google



te ve nis. F. Gloria laus, &c.
D.Cœtus in ex cel ſis, te
lau dat cœ li cus omnis,
& mor ta lis ho mo, & cun-



cta cre a ta ſi mùl.
F.Gloria laus,&c.D.Plebs hebræ-
a ti, bi cum pal mis
ob vi a ve nit. Cum pre-


ce, vo to, hymnis ad ſu-
mus ec ce ti bi. F. Gloria
laus, &c. D.Hi ti bi paſ ſu ro,
ſol ve bant mu ni a lau-



dis. Nos ti bi re gnan ti,
pan gi mus ec ce me los.
F.Gloria laus,&c.D.Hi pla cue-
re ti bi, pla ce at de-











Percuotaſi la Porta; nell entrare ſi cãti il ſeguẽte ℟.




in San ctam Ci-
vi ta tem;
Hebræ o rum pu-
e ri re ſurrecti-


o nem vi tæ pro-
nunti an tes
Cum ra mis pal-
ma rum Ho-


ſan na cla ma bant
in ex cel ſis.
Cùm au diſſet po pulus,
quod Jeſus ve ni ret Hie-


ro ſo ly mam e-
xi e runt ob vi-
am e i. Cum
ra mis pal ma-



ROMA

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google